This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



600011434J

28

882.

H. Pothoren ad vivum del. 1791. Oehme & Müller lithog. Bonnae 1827. P. H. Jonais sculp. 1792.

DAVID RUHNKENIUS.

Viro Summo,
Jo. Aug. Ernesti
Dav. Ruhnkenius S. P. D.

DAV. RUHNKENII

ORATIONES, DISSERTATIONES

ET

EPISTOLAE.



CUM

SUIS ALIORUMQUE

ANNOTATIONIBUS

EDIDIT

FRID. TRAUG. FRIEDEMANN.

ADDITA EST EFFIGIES DAV. RUHNKENII

VOLUMEN PRIMUM.

BRUNSWIGAE, 1828.

SUMTUS FECIT AC VENUMDAT L. LUCIUS.

882.

BRUNSVIGAE,
IMPRESSUM
TYPIS IOAN. HENR. MEYERI.

CAROLO TIMOTHEO ZUMPTIO

S. P. D.

FRID. TRAUG. FRIEDEMANN.

A. F. Bernhardius, cujus memoriam nemo non summopere colendam nobiscum censet, quum aliquando gymnasia Berolinensia visurum me ob [illegible] quam studiorum nostrorum similitudinem ad [illegible]issimum adduxisset, ex confabulatione, ut [illegible] solet, orta est suavissima familiaritas, quam [illegible] epistolis mutuo mittendis variisque amicitiae [illegible]is dandis et accipiendis per decem fere anservavimus integram, tum sermonibus de ar[illegible] studio coram conferendis et antiquis litteris [illegible]holarum disciplinis publice privatimque ju[illegible]dis suo uterque modo ornare et exhilarare studimus. Ita factum est, ut Ruhnkenii opuscula [illegible]lecturo mihi vehementer suasor et adjutor esses, [illegible] mecum ita existimares, poliendae orationis [illegible]inae, quam multi viri docti et ingeniosi nimis [illegible]nc negligerent, melius incitamentum reperiri [illegible]on posse. Cujus rei ut testimonium quoddam

exstaret voluntatisque erga Te meae palam fieret mentio, mihi quidem exoptatissima, Tibi, ut confido, non injucunda futura, quae lectorum interesse possent, coram Te exponenda esse putavi, a quo scirem uno maxime me posse in hac causa et consilio juvari, et judicio regi, et assensione delectari.

Dum igitur moras mihi molienti injicit loci munerisque mei mutatio, Bergmanus anno 1823 *Lugduni Batavorum hanc provinciam necopinato occupavit, sed ita occupavit, ut me non deterreret tamen, quippe qui materiam satis largam a me collectam ex ejus copiis hic illic augere, et popularibus nostris reddere possem acceptiorem. Atque hoc meum institutum nec ipse, spero, improbabit, quum eodem antea usus sit, neque acerbum delectum intelligentes viri desiderabunt. De singulis satis est dictum in praefatione, et, ne incertum esset lectorum judicium aut furti suspicio in me caderet, nomen utriusque nostrum ubique apposui.*

In Ruhnkenio ipso etsi erant, quae posset hujus nostrae aetatis sive doctrina corrigere, sive industria supplere, sive lux illustrare, malui tamen videri dissolutus esse, quam intempestiva opera tanti viri memoriam velle obscurare; ac, ne moles libri justo magis excresceret vel odiosam speciem praeberet, ne illis quidem locis quidquam addidi, ubi facile erat, scriptorum recentiorum commemorare libros eadem de re, quam tractari

uderem, conscriptos, sed satis et nostratibus et exteris cognitos. Quae cujusmodi sint, intelliges, Vir Praestantissime, ex iis, quae a Kiddio et Bergmano annotata aliquoties posui, ne philologi nostri, satis plerumque inopes, externa requirere cogerentur. Verumtamen quia Ruhnkenii purum et simplex dicendi commentandique genus in primis dignum mihi videbatur, quod nostrae aetatis hominibus imitandum proponeretur, nonnunquam et re ipsa et aliorum vocibus invitatus quasdam annotationes, breves illas quidem, adjunxi, non quo periclitarer, quid ipse vituperare possem in tanto latinitatis auctore, sed ut juvenum studia excitarem, praesertim quum Bergmanum ad excusandum viderem esse proniorem. Sed, ne laureolam in mustaceo quaerere viderer, ibi tantum hoc faciendum putavi, ubi Ruhnkenius aut alios corrigeret, aut ipse meditate diceret; nam epistolas, quanquam vir factus has quoque accurate scribere debat, prorsus praetereundas fuisse, quivis me-[illegible] sentiet: ac possunt sane, quod ego saepe fa-[illegible] salvo tamen adolescentium pudore, magistri discipulos suos jubere exercendi causa in iis quaerere minus probabiliter dicta. Hemsterhusii autem elogium ita comparatum erat, ut opes paratas abjicere non deberem.

Haec si cui non satisfecerint, sunt enim quidem postulatores sive iniqui, sive immoderati, poterit is fortasse mitigari iis, quae scripsi in praef. p. LVII., quanquam Lipsia modo allatus

liber spem meam elusit. Tu vero, Vir Amicissime, sat scio, facile excusabis, si quid parum recte administratum offenderis, et qualicunque meo bene de litteris merendi studio, et summis meis scholasticis occupationibus, et vero etiam animo illo Tuo candido ac benevolo. Nihil enim habui prius et antiquius, quam ut, quantum equidem possem, Ruhnkenii opusculis repetendis et epistolis colligendis cum virorum maturam, tum praecipue ineuntem juvenum aetatem in animi probitate diligenda et antiquis litteris sobrie, accurate eleganterque tractandis confirmarem.

Neque praetereundi sunt, qui in adornando hoc libro operam suam benevole mihi praestiterunt. Ac primum quidem Georg. Henr. Kahlertus, vir harum rerum peritissimus exercitatissimusque, speciminum typographi emaculandorum onus mecum strenue sustinuit: deinde Corn. Cuntzius, juvenis antiquarum litterarum studiosissimus, qui de extispicuis Graecorum dissertatione (Gotting. 1825) *scripta futurae doctrinae exhibuit specimen, in indicum conficiendorum labore, ingrato sed necessario, naviter me adjuvit. Vale, et me, ut facis, ama. Scrib. Brunovici Cal. Sextil. a.* 1827.

AEQUO ET ERUDITO

LECTORI

S. D.

IOANNES THEODORUS BERGMAN *).

Constat, paucos ab omni aetate fuisse, qui doctrinae ubertatem cum scribendi elegantia ita conjungerent, *ut non* tantum civibus et aequalibus, verum etiam exteris et posteris, perfectum praeberent bene et cogitandi et dicendi exemplum; in quod intuentes, utilissimarum rerum scientia ingenium alerent, judiciumque ad omnis veri et pulcri sensum formarent. Hic fuit olim, in ipsa Literarum renascentium luce,

*) Quantum equidem scio, hic vir, Theol. et Lit. Hum. Doct., ineuntem aetatem litteris juvandis tradens privatam vitam agit Lugduni Batavorum, ac praeter hanc Ruhnkenianorum opusculorum collectionem edidit *Isocratis or. Areopagiticam* cum lectt. var. et annotatt. Lugd. Bat. 1819. et Elogium Hemsterhusii a Ruhnkenio scriptum et vitam Ruhnkenii a Wyttenbachio editam cum praef. et annotat. Lugd. Bat. 1824. Praeterea scripsit dissertationem de litterarum apud Romanos statu ante bella Punica et Lexicon Graeco-Batavum. *F.*

*

Marcus Antonius Muretus, qui cum accurata veterum Literarum et philosophiae scientia doctos suae aetatis homines longe lateque superavit, tum scribendi laude sic excelluit, ut ex ingenti illorum numero, qui Ciceronem imitari vellent, et sese Ciceronianos profiterentur, unus omnium ad Ciceronis praestantiam proxime accederet. Tales fuerunt nostra et patrum nostrorum memoria, et in hac ipsa Musarum sede, duo principes Viri, Ruhnkenius et Wyttenbachius. Quorum virorum scripta quo pluribus eminent eruditionis et eloquentiae dotibus, quoque similiora sunt praeclaris illis Antiquorum libris, quibus unice censetur vera sapienter et copiose dicendi laus; eo magis sunt juvenibus venerum antiquarum studiosis commendanda, et nocturna diurnaque manu versanda. Fit enim, nescio quomodo, ut juveniles animos subinde magis afficiant et delectent diserta recentiorum scripta, quam immortalia vetustatis monumenta; propterea quod haec plerumque in argumento versantur ipsis parum cognito nec usitato; illa autem, cum materiae delectu, tum orationis habitu, ad hodiernae aetatis sensum captumque magis accomodate composita esse solent. Neque alia fuit Ruhnkenio causa, cur dispersa Mureti opera tam studiose colligeret et nova editione frequentaret; quam quod illis egregium ad Veterum intelligentiam adjumentum contineri existimabat. Neque fateri dubitavit Wyttenbachius, sese ad Latinitatis studium quodammodo magis legendis Mureti orationibus, quam ipsius Ciceronis, excitatum esse; et, si quid ad scribendi facultatem profecerit, ejus se magnam partem Mureto debere. Bibl. Crit. P. X. p. 115. et Philom. L. I. p. 209. Tantae utili-

tis est, in Antiquorum scriptis assidue versantem, a recentioribus, ut quisque veterum simillimus est, in hujus lectionem cum illorum studio conjungere. In horum autem numerum, si a Mureto recesseris, communi omnium intelligentium judicio referuntur principes illos diximus, Ruhnkenius et Wyttenbachius *a*).

---

a) Eodem consilio in Germania nuperrime ediderunt *Kayserus* Mureti scripta selecta Heidelb. 1808. *A. Matthiaeus* eloquentiae latinae exempla, e Mureti, Ernesti, Ruhnkenii scriptis petita. Altenb. et Lips. 1821. *Kirchhofius* Mureti orationes et epistolas cum selecta ac brevi aliorum annotatione. Hannov. 1826. Voll. II. *Kraftius* ejusdem selectas epistolas, praefationes et orationes cum largiore e tironibus utilissima annotatione. Nordhus. 1826. Idem electurus ego vulgavi Vitas hominum quocunque litterarum genere eruditissimorum, ab eloquentissimis viris scriptas, et juvenibus tanquam discendi ac dicendi exempla propositas. Brunswig. 1824. Vol. I. 1825. Vol. II. P. I. Hujus volumen complectitur *Wyttenbachii* vitam a *Mahnio* scriptam, hoc *I. F. Reiskii* vitam a *S. F. N. Moro* et *I. F. Christii*, *Ch. F. Gellerti* ac *Ch. G. Ioecheri* memorias ab *Io. A. Ernestio* compositas, plenissimis *C. F. Zumptii*, paucis meis animadversionibus ornatas. Neque committam, ut frustra exspectentur, quae de soloeca ac barbara Latinitate, quae hic illic deprehenditur in *Mahnii* libro, scripturum me palam professus sum. Eodem spectans antea *T. Hemsterhusii* orationes separatim repetendas curavi Wittenb. 1822. et *G. Sarpius* denuo edidit *Hier. Osorii* libb. de gloria. Magdeb. 1825. Quomodo populares nostri grammaticum linguae studium juvent, nihil attinet hoc loco commemorare; illud non possum praeterire, quod non satis acerbus vulgo habetur delectus eorum, qui recentiore aetate latine scripserunt, quanquam in ea re non deest dux cautissimus eruditissimusque *Zumptius*, qui in appendice libri sui: Aufgaben z. Uebers. a. d. Deutschen ins Latein., aus den besten neueren latein. Schriftstellern gezogen (Berol. 1825. ed. tert.) p. 420 — 434. censuram

Ergo laudabili consilio Luchtmanni, Bibliopol clarissimi, ante hoc biennium conjunctim in luce emiserunt *Wyttenbachii Opuscula Varii Argumenti b)*, temporis ordine disposita. Nunc autem eodem ducti literas juvandi studio, similem Ruhnknii scriptiunculis operam navare statuerunt: quare quid sibi propositum habuerint, paucis exponendum videtur.

Tertium nunc prodeunt Ruhnkenii Opuscu Capto enim ante aliquot annos *Elogii Hemsterhusiani* una cum duabus *Bentleji ad Hemsterhusii Epistolis*, ex altera ed. a. 1789. repetendi consil mox aliis item additis, publici juris fecerant Luchtmanni D. RUHNKENII *Opuscula Oratoria, Philologica, Critica, Lugd. Bat.* 1807. Quo volumine, praeter illa quae diximus, tunc primum conjunctim ed tae sunt Orationes duae, altera *de Graecia Artium ac Doctrinarum Inventrice*, altera *de Doctore Umbratico*; itemque Dissertationes, de *Galla Placidia Augusta*, de *Antiphonte*, de *Tutelis et Insignib*

---

instituit fructuosissimam futuram consulentibus. Tu vero, ut intelligatur, quantum artis requiratur ad oratinem Latinam poliendam, non debet negligi *A. Matthiae* Entwurf einer Theorie des latein. Styls. Lips. 1826. Q vir acutissimus ac laboriosissimus si scripserit, quem e meditabar, brevem indicem earum vocum ac locutionu quibus perperam utuntur, qui nunc fere latine scribunt, m gnopere et mihi gaudebo et discipulis nostris gratulabor.

b) Propter ingens hujus editionis pretium ego aliam *op rum selectorum* collectionem suscepi, additis, quae de derarem in Leidensi, primumque volumen Brunswig a. 1825. vulgatum est; alterum brevi subsequetur, mult *Wyttenbachii* epistolis nunc primum editis ornatum.

niam, et *de Longino.* De singulis in Praefatione dicitur. Universam autem collectionem egregia cen- sura commendavit Cl. Wyttenbachius Bibl. Crit. P. III. p. 88 — 91. Sed ecce, clauso Britanniam inter ceteras regiones commeatu, accidit, ut eodem tem- pore eandem rem ageret nobilis Bibliopola Londinen- sis Gul. *Henr. Lunn*, qui illo ipso anno suis im- pensis prodidit *Opuscula Ruhnkeniana*, adjutore viro THOMA KIDD, *A. M. e Coll. S. S. Trinit. Cantabrig.*, qui docta et lectu digna Praefatione ac necessariis Indicibus de hac editione bene meruit. Ejus quidem Praefationis haec est ratio, ut, praeter alia multa, de singulis fere Ruhnkenii scriptis dicatur, et subinde breves animadversiones, eaeque non plane contemnendae, in medium proferantur. Omninoque et haec Editio Londinensis Batavâ partim locuple- tior, quippe quae multa habet sibi propria ac pecu- liaria, quae in altera frustra quaeras; partim contra pauperior, utpote quae ne ea quidem omnia comple- ctatur, quae sunt in Ed. Batava. Caret Elogio Hem- sterhusii, caret Dissert. de Longino, caret aliis, quae adessent magno cum fructu legerentur. Unde fa- ctum, ut utraque Editio suis se dotibus commenda- ret: neutra autem suis numeris absolutam complecte- retur Opusculorum Syllogen. Quamobrem nihil hoc tempore sibi prius aut antiquius duxerunt Editores, quam ut Viri Celeberrimi Orationes, Dissertationes, Praelationes, et reliqua minora scripta, nisi omnia, at quam plurima, et quae huic consilio aptissima vide- rentur, in unum colligerent, atque ita utriusque do- ctorum editionis conjungerent. Tum statuerunt scriptio- nes omnes temporis ordine collocare, ut a quibus

initiis ad quantam praestantiam brevi progressus s
Vir eximius, oculis, ut ita dicam, cerneretur. Porr
reliquo libri argumento Epistolas addendas censuerun
cum antea jam editas, tum, si quas nanciscerentu
novas. Denique, haec omnia summa fide repraesen
tare voluerunt, et ita ut ex ipsius Scriptoris erudi
tissimi manibus exierunt; quae autem, sive ex Prae
fatione Edit. Londinensis, sive aliunde desumta, bre
annotatione commemoranda videbantur, ne cum Ruhn
kenianis temere confunderentur, uncinis quadratis pl
rumque cautum est; aliis autem locis per se satis e
perspicuum. Haec breviter monenda videbantur: e qu
bus dilucide apparet, et quomodo hoc Opusculoru
Volumen, in duos Tomos distinctum, natum sit;
Editoribus ante omnia id consilii fuisse, ut librum
ederent nec mole sua valde molestum, et doctrina
fructu uberrimum, et omnino talem, qui possit
doctis placere, et tironibus Literarum elegantiorum
studiosis utiliter commendari c).

Iam exposito in universum hujus Operis consi
lio, sequitur, ut de singulis ejus partibus, sive scri
ptionibus, deinceps dicamus. In quo quidem argu
mento sic versari constituimus, ut simul, data occa
sione, nonnullas Vitae Ruhnkenii partes attingamus
nondum satis aut cognitas aut illustratas. Nam ets
quod ajunt, post Roscium in scenam prodeat, qui d
Ruhnkenio post Wyttenbachium scribere velit; ac-

---

c) Cf. quae in censura utriusque ed., et Londinensis et huju
Leidensis, dixi in *Seebodii* biblioth. crit. rei scholast
Hildes. a. 1824. Nr. 4. p. 387 — 405. et quae *G. F
Bekkerus* proposuit in Annal. litter. Heidelberg. a. 1824
Nov. p. 1081 — 1095. *F.*

dit tamen, singulari quadam Literarum felicitate, ut post editum Wyttenbachii librum, haud pauca innotescerent, quae ipsi novam lucem affunderent. Quae si quando novae editionis consilium d) perfecisset Wyttenbachius, quin sua facturus fuisset, non dubitem. Quo magis operae pretium videtur, eorum aliquot hoc loco in medium afferre.

Ac de prima quidem Vitae Ruhnkenii parte non est quod multa dicamus; quum constet, eum in Pomeraniae urbe Stolpa d. 2. Ian. a. 1723, parentibus honestissimis natum esse. Nam, quod ipse obiter addit Rittero Ep. X. p. 584. vix tanti est, ut ejus ratio habeatur. De juvenili institutione, quam primum in schola Schlavensi, duce Kniephofio, post, adolescens factus, Regiomontii in Collegio Fridericiano percepit, paucis retulit in Ep. ad V. Doct. V. D. Wilp, Ep. Vr. I. p. 702 sq. ubi, missis aliis, refert, anno aetatis *decimo sexto*, patria valere jussa, in celeberrimas Germaniae Academias sese contulisse, ibique per *quadriennium*, et quod excurrit, versatum esse. Quae ne cui pugnare videantur cum iis quae narrat Wyttenbachius p. 11 — 14, eum, decursis Collegii Fridericiani spatiis, *duodeviginti* annos natum, domo profectum esse, et in *una* Witebergensi Academia *biennium* transegisse; tenendum est, videri Ruhnkenium etiam illud biennii spatium, quod inde ab anno *sexto decimo* in Collegio Fridericiano traduxisset, annumerare studiis Academicis, quibus inde a *duodevigesimo*, ac per duos sequentes annos, Witeber-

d) Quod ipsi fuisse significat Mahnius V. Cl. in Epistolis Sodal. Philom. p. 18. *B.*

gae operam dedisset. Quo modo omnis difficulta facile evanescit: ne nunc dicamus, literas illas ac Wilpium ex eo genere fuisse, ut sufficeret univers scripsisse, nec singula accuratius referre attineret. *e*)

Biennio igitur Witebergae transacto, progressuum specimen prodidit *duas* illas *Dissertationes de Galle Placidia Augusta,* quae nunc primum locum tenent antea a. 1807. tam in Batava nostra, quam in Londinensi Ed. repetitae. Earum alteram, praeside Rittero, ipse Ruhnkenius; alteram, praeside ipso recen Philosophiae Magistro dicto, ad publicam proposui

---

e) Ita concidunt nonnunquam hominum imprudentium siv rumores sive ratiunculae. Illustre hujus rei exemplum praebent, quae *Villoisonus* ad *Chardonum* per litteras d Ruhnkenio retulit in *Wolfii* Litter. Anal. P. II. p. 416 „L'état de l'aimable Mr. Ruhnkenius me fait beaucoup de peine. Il y a peu de savants qui aient eu une am aussi sensible. La femme de R. étoit une *chanteuse Italienne*, fort belle, fort galante, ce qui a donné lieu à de épigrammes sanglantes de Burmann second. Une couch la rendit paralytique et lui ôta l'usage de la parole.' Pater lectissimae sane virginis fuit „Gerardus Heirmans mercator et mercaturae Batavorum procurator, Consulen vulgo vocant, in Italiae portu Liburno, qui Amstelodam Lugdunum habitatum venerat senex, uxorem secum habens ac duas illic sibi ex ea natas filias." Verba sun haec Wyttenbachii in vita Ruhnk. p. 119. sq. Praete alias corporis ingeniique dotes rarissimas hoc quoqu W. commemorat, *probabiliter eam cantasse.* Vid. etiam quae a *Rinkio* allata posui in Epp. p. 733. — De Ruhnkenii vita qui scripserint, *Bergmanus* in Addendis affer non solum *Saxium* Onom. Litter. P. VIII. p. 68 — 74 sed etiam nostratium librum consultissimum Real-Encyclopaedie s. Conversations-Lexicon et Gallorum Galerie historique des Contemporains, ou Nouvelle Biographie. T. VIII. P. I. Bruxellis a. 1820. p. 122. *F.*

disceptationem Christophorus Klaerner. Ac scripsit eas quidem Ruhnkenius juvenis, annos natus viginti, sed ita scripsit, ut, judice Saxio V. Cl. Onom. Liter. T. VIII. p. 69, *futurae celebritatis sui nominis haud fallax* jam illo tempore *ederet signum.* Quae etsi verissime dicta sint; vide tamen, quam tenuiter de ea ipse opere, paulo maturiore aetate, senserit scriptor, qui, post quadriennii spatium, a. 1747, in Ep. ad Ritter. I. p. 535: *sese pudere*, fateatur, *Diss. de Galla Placidia Aug. non quod suas ille partes minus bene egerit, — sed quod ipse praeclare ab inventa Bergeriano, i. e. declamatorum more in calamistris inusserit, ut ejus, quod in historica narratione naturale esse debet, nec vola nec vestigium supersit.* De cujus judicii aequitate nemo facile dubitet, qui cum reliquis Viri scriptis, hasce disceptationes contulerit. Nam quae illorum praecipuum ornamentum faciunt, orationis cum puritate facilitas et elegantia; eae sic in his desiderantur, ut, nisi aliunde constaret eas Ruhnkenium auctorem habere, facile quis hoc argumento abuti possit ad eas ei abjudicandas. Nunc eo ipso patet, quam fallax saepe sit judicium, quod ex orationis discrepantia creatur. De Bergeriano autem scribendi genere nota sunt, quae optime judicavit Cl. Wyttenb. Vit. Ruhnk. p. 15.

Decursis Academiae spatiis, anno superioris seculi XLIV, aetatis XXI, Ruhnkenius, Hemsterhusii potissimum famâ allectus, in Bataviam proficiscitur, comite, ut scribit Wyttenbachius p. 19, *juvene quodam nobili ac divite.* Iuvenem hunc fuisse Nobiliss. Uffenbachium, ad cujus moderanda studia adhuc in

Germania electus, cum eodem aliquanto post in han Academiam Lugduno-Batavam delatus sit Ruhnkenius patet ex Ep. ad Ritter. I. p. 556. et magis etiam e illa ad Wilpium Epp. Varr. I. p. 703. Iam quae ip sius in Bataviam adventum proxime sunt consecut breviter tantum pro instituti ratione a Wyttenbachi narrata, uberius referre lubet ex Ep. ad Ritt. I. p 551 sq. Vix in Bataviam pervenerat, quum eun studiis fratris sui minoris praefecit Gerardus Meer mannus, is qui postea Syndici Rotterodamensis di gnitate ornatus est, et ad quem, teste Wyttenbachi l. c., Ritteri literas commendatitias habebat Ruhnke nius. Cum Meermanno igitur juniori tres fere an nos in hac Academia traduxit. Quam autem seme cum Ger. Meermanno inierat amicitiae societatem eam postea constanter coluit: quod multis consta indiciis; vid. p. 552, 564, 569, 577, 580, al. Et ver fuit Meermannus is, qui, proditis eruditionis hau vulgaris speciminibus, Ruhnkenio dignus esset e fautor et amicus.

Interea accidit ut quaereretur, qui Nobiliss. Iuve nis Sixii studiis praeesset, praeceptoris eligendi cur demandata Viro Doctiss. W. F. van der Wilp, Gy mnasii Amstelodamensis Conrectori *f*). Aditur Ruhnkenius: hic amicorum magis desiderio, quam su ipse voluntate, datis ad Wilpium literis, modeste pro vinciam petiit. Fuit hoc exeunte anno 1745. Literas, a Cl. Mahnio nobiscum communicatas, retulimu

f) Pater fuit nobilissimae Poëtriae Batavae *Sarae Maria van der Wilp*, teste eruditissimo Hieronymo de Vries in Diss. de Poëtis Belgicis Sec. XVIII. Operum Societati Literarum et Poëseos Batavae Vol. IV. p. 270. *B.*

p. 702 sqq. Res ipsa quem habuerit eventum, deficientibus idoneis indiciis, ignoramus.

Triennio prope sic transacto, Ruhnkenium in contubernium suum adscivit vir praestantissimus, Iac. Phil. D'Orvillius: in quo, cum illas ad Ritterum litteras dabat, dedit autem eas sub finem mensis Jul. a. 1741, adhuc degebat g). Sed inde non ita multo post eum abstraxit auctoritas celsissimae dignitatis Viri, proposita certissima Professionis obtinendae spe. Hunc ergo patronum sibi eligendum ratus, rursus, cum Viri illustrissimi filio, Amstelodamo Leidam commigravit; eaque commigrationis causam ipse explicavit Ritterus suo Ep. II. p. 561. et IV. p. 568 et 575; quam de ejus a D'Orvillii latere secessione constet ex literis ad hunc datis d. 21. Aug. 1747. Quis autem magnificae illius promissionis fuerit exitus, no-

---

g) Sed hoc anno R. composuit breve carmen graecum, Lennepio Coluthi editionem vulganti scriptum, ne quid desideraretur, malui hoc loco ponere, quam in reliquis opusculis referre. Recte enim Kiddius judicat, nequaquam illud Callimacheum habere saporem: utpote ab adolescente profectum et ab eo, qui per totam fere vitam abstinuit a carminibus faciendis. *F.*

Εἰς εὐκλεέστατον καὶ λογιώτατον νεανίαν
ΙΩΑΝΝ. ΔΑΝΙΗΛ ΛΕΝΝΗΠΙΟΝ
τὸ τοῦ Κολούθου ποίημα καταρτίσαντα.
Πῶς σε λέγειν, θέμις; ἢ κριτικὸν σοφόν; ἢ μελοποιόν;
Δισσὴν δ' ἀγλαΐην σοι πόρε Καλλιόπη.
Εἴ ποτε μολπὴν ἐντύνεις μάλα λειριόεσσαν,
Αὐτίκα χαρμοσύνη λαμβάνει ἦτορ ἐμόν.
Εἰ δὲ κεδάζεις ποιητῶν σκοτόεσσαν ὁμίχλην,
Θαμβέω ἰδμοσύνην, θαμβέω εὐστοχίην.
Ἰὴ, ἰὴ, Λεννήπιε, δίπλοον ἔλλαχες αἶνον.
Θάλλ' ἔρνος Φοίβου, δεύτερε Καλλίμαχε.

bis non liquet. Sed hoc liquet, ex multis Epp. ad D'Orvillium locis, eum Leidae majore studiorum opportunitate, quam lauta rei familiaris conditione usum esse. Vid. Ep. I. p. 615 sqq. Quae tamen res non impedivit, quominus, spreta hominum Amplissimorum voluntate, Leidae ulterius commorare constitueret, *malens parce ac tenuiter vivere, quam hominibus, opulentis illis quidem sed ἀμούσοις, operam suam addicere:* quae sunt ipsa Ruhnkenii verba in Ep. IV. ad eumdem V. Cl. data ejusdem anni mense Octobri, p. 618 *h*). Ceterum patet ex literis ad Ritterum et Ernestum datis, eum a. 1748. studia moderatum esse Nobiliss. Iuvenis Nicolai de Dierquens; quocum, valetudine minus prospera utente, ad aviam ejus, matronam illustrissimam, Harlemum secedendum fuerit. Vid. p. 575 et 580. et cf. Bernardi Ep. ad Reiskium p. 322. Nam de ipsius cum Gente Fagelia necessitudine, cujus initium ortum est tum, cum ipsi Franciscus Fagelius *i*) in disciplinam tradebatur, notior res est ex Dedicatione Rutilii Lupi et Velleji Paterculi editionibus praemissa, quam ut de ea peculiariter dicamus.

Verum age, missis jam privatis Ruhnkenii negotiis, de rebus ad studia ejus pertinentibus accuratius videamus. Quae fuerit eorum in Academia Witeber-

---

h) *Bergm.* ad Ruhnk. vit. a Wytt. scriptam p. 371. „Quibus verbis, inquit, quos significaverit homines, nobis quidem non liquet." *F.*

i) *Bergm.* ad Ruhnk. vitam p. 372 affert *Francisci Hemsterhusii* librum: Description philosophique du Caractère de feu Mr. F. Fagel. 1773. quanquam suppresso nomine scriptum. *F.*

ai ratio, exposuit Wyttenbachius p. 14 sqq. Quam
tur illic viam tenuerat, ut, delibatis amoenioribus
losophiae et Literarum locis, elegantiori Iurispru-
tiae praecipuam, duce Rittero, operam navaret;
in Academia Lugduno-Batava sibi persequen-
duxit: ita quidem, ut Graecis literis, quibus ad
as percipiendas sibi in primis opus esse sentie-
, totum sese traderet, et, suadente Hemsterhusio,
utriusque Linguae studio Iuris disciplinam con-
geret. Obtigerunt autem ei duces, praeter Hem-
husium et Albertum in Graecis, in Iure Civili
acus Scheltinga, Schultingii discipulus, in Histo-
et Antiquitate Franciscus Oudendorpius. Quibus
dem praeceptoribus gloriari solebat. Vid. Ep. ad
ter. I. p. 552. ad Wilpium p. 703. alibi. Iam quid
roque studiorum genere effecerit, breviter videamus.

tur, haud ita diu in hac Academia commora-
, emendandum et illustrandum sibi sumsit *Con-
tinum Harmenopulum*, scriptorem seculi XIV,
ius exstat Graece scriptum πρόχειρον νόμων, i. e.
romtuarium Iuris Romani, invitatus ad id cum
ss. quae Biblioth. publica asservat copia, tum Hem-
rhusii voluntate, eoque consilio, ut tandem aliquod
iteri disciplina dignum proderet specimen. Qua de
, exeunte a. 1745, scripsit ad Wilpium p. 704, et
stea ad Ritterum p. 553. Et huc fortasse pertinet
us Ep. VII. ad D'Orvill. p. 622. Ad hoc vero
us rite perpoliendum pluribus indigebat subsidiis:
orum subinde mentionem fecit. In his fuit Har-
nopuli exemplar cum annott. Mss. Antonii Contii,
od, ut scribit Rittero Ep. IV. p. 565, per Valcke-
rium ad illum pervenit; cui propterea gratias egit

literis ad eum datis d. 28. Febr. 1748. quae ut aliquando publici juris fiant, speramus. In his fuerunt alia, de quibus vid. Ep. ad Ritterum II. p. 558, 559. IV. p. 565 et 579. VII. p. 576. Unum constanter desideravit, sibique deesse doluit, Harmenopulum Cujacianum, cui palmariae principis ICtorum emendationes essent adscriptae, quique in Biblioth. Lipsiensi servari diceretur. Saepius ea de re cum Rittero et Ernesto egit, idque adhuc exeunte a. 1749. Vid. Ep. IX. p. 582. VII. p. 576. VIII. p. 579. XI. p. 588. At frustra: cujus rei quae causa fuisse videatur, docuit ad Ep. VIII. Cl. Hugo. Sic factum, ut, retardato impetu, mox ad alia traductus, tandem consilium abjiceret Ruhnkenius. Plura petantur a Lennepio Praef. ad Coluth. p. XIII. et Meermanno Diarii Eruditorum mens. Febr. 1770. p. 563. quos eam in rem laudavit Kidd in Praef. p. XXIV.

Diximus, eum ad alia fuisse traductum. Nam postquam, in Graecis poëtis diligenter versatus, mense Octob. a. 1747. Specimen Emendationum in Callimachum D'Orvillio obtulerat (vid. Ep. VI. ad D'Orv. p. 620.); mox invitatus, ac fere coactus a Viris eximiis, Valckenaerio, Alberto et Hemsterhusio, quae in Graecis poëtis conjectura sanaverat, colligere et publici juris facere, ad hoc animum applicuit, ut eodem anni 1748 mense scribit Rittero Ep. VII. p. 576 et simul Specimen memorat Emendationum Callimachearum iisdem diebus ad Ernestum missum: quod specimen continetur Ep. I. ad hunc V. Cl. data, p. 626 sqq. idque Ernesto valde probatum fuisse, laetatur ad Ritt. Ep. VIII. p. 579. Triplex autem, ut aliquando Lennepio significavit, Epistolae Criticae scribendae

consilium ceperat: quarum illam de Callimacho, *Ernesto* inscriberet; alteram de Hymnis Homericis, *Valckenaerio*; tertiam de Orpheo, *Hemsterhusio*. Sed ab hoc eum proposito mox avertit amicorum voluntas, quibus quum Callimacheus libellus nimis videtur brevis, adjunxit ei conjecturas in Apollonium Rhodium et Orpheum, quas tertio libello reservaverat. Vid. Ep. ad Ern. II. p. 631. Sic prodiit sub finem a. 1751 *Epistola Critica* II, absolutamque Ernesto misit Ruhnkenius, exeunte mense Ian. anni proximi, una cum literis, quas retulimus p. 633. Interea jam ante biennium prodierat *Epist. Crit.* I. in *Homeridarum Hymnos et Hesiodum*, a. 1749; de qua paucis refert Ep. ad Ritter. IX. p. 582. Misit autem eam ad Valckenaerium, una cum literis datis epist. anni d. 6. Oct. quas editurus est Cl. Mahnius. Utrasque Epist. paulo post censura, teste Saxio l. c. p. 68, prodiit in Nov. Act. Erudit. 1750. Aug. p. 469 – 476. et 1752. Oct. p. 618 — 623. id quod voluerat Ruhnkenius. Quod vero apud Ritterum (p. 579) et Ernestum (p. 625.) gloriatur, se, nisi verba ipsi dent Valckenaerius et Hemsterhusius, in hoc genere prope Bentlejanum quid praestitisse, ne quis in deteriorem partem accipiat, et cum reliqua Viri modestia pugnare censeat; aliter scribitur ad amicum, aliter ad hominem parum cognitum: ac fuit illa modestia conjuncta cum virium suarum conscientia, ut nec quod deesset, sibi arrogaret, nec quod superesset derogaret: quae sunt ipsius Wyttenb. verba Vit. Ruhnk. p. 246. *k*)

k) In priorem Ruhnkenii ep. crit. pauca animadvertit Bernardus Ep. ad Reisk. p. 363 et multos ejus locos tracta-

Sequitur *Praefatio ad Thalelaei, Theodori, aliorumque Commentarios.* Quos commentarios dudum antea a. 1747. in Bibliotheca Leidensi detectos, mox ad editionem instruxerat Ruhnkenius, ut scri-

---

vit, qui nuper in eodem argumento versatus est, *Aug. Matthiae* in Anim. ad Hymn. Hom. Lps. 1800. Ceterum vix opus est monere, Bernardi illas aliorumque epistolas subjectas esse Vitae Reiskii Germanice scriptae Lips. 1783. de quo libro retulit Cl. Wyttenb. Bibl. Crit. P. VIII. p. 140 sq. *B.*

Eam in rem datas a Wyttenbachio ad Matthiaeum litteras a Viro Cl. mecum benevole communicatas hic posui. *F.*

Hymn. in Cer. v. 23.] Nonnus XI. p. 318.
— — 25.] Bochart. Geograph. Sacr. I, 12, p. 397.
— — 36, 37.] *Τόφρα — Ἤχησάν.* Inter hos duos versus Cl. Du Pui aliquot versus excidisse putat.
— v. 88.] Ernest. ad Callimach. H. in Del. 158.
— 132.] Appulej. Met. X. p. 700.
— 153.] H. Stephan. De Dialectis Append. p. 1095. Valckenaar. ad Nov. Test. p. 391.
— ib. *Διύκλου*] Valck. ad Theocrit. p. 411. Wesseling. ad Diodor. Sic. IV. p. 279.
— 174. *Αἳ δ'ὡς.*] Villoison. ad Long. p. 142.
— 203.] Heyn. ad Apollodor. T. I. p. 59.
— 205.] Heyn. ibid.
— 220. *Πολυήρατος.*] Plato Theaetet. p. 124, C.
— 229.] Orpheus De Lapidib. vs. 587.
— 256. ad locum Orphei] Scaliger ad Manil. p. 365.
— 368. in fin. *ὅρος κατὰ δάδκ.* cet.] Plin. H. N. VI, 31.
— 429. *Αὐτὰρ ἐγὼ*] Pindar. Pyth. V, 77.
— ibid. Suidas *Δρέπομαι* cet.] Grammaticus MS. de Syntaxi. Voc. *Διατίθημι.*
— 445.] Oudendorp. ad Appulej. X. p. 715.
— 477.] Livius XXII, 56.
— 499. *pluralis nominum foemininorum*] Hoogeven in Zeunium p. 48.

Rittero Ep. II. p. 557. eorumdemque alibi meminit Ep. IV. p. 565. *l*) Iam vero, editis Epistolis Criti-

Crit. H. Apoll.
— 15 — vers. 208. — 213.] Ἀζαντίδα cet.] Wesseling. ad Diodor Sic. IV. p. 278.
— 21. — 361.] Apoll. Rhod. IV, 473.
— Merc. p. 39 — vs. 238] ὁλοσποδὸς. Eldikius conjicit ἀλεὸς σποδός ex Hesychio Voc. Ἀλεός.
— 24 — 338.] Hesych. Voc. Βροτόφηλος.
— 45 — 409 sq.] Hesiod. Theog. 194. Apoll. Rh. I, 1142. Lindenbrog. ad Catalect. p. 335.
I in Ven. v. 212.] Epigramm. Jens. p. 26.
230.] εὐηγενέος. Eldikius conjecit εὐηπελέος τε.
I XVI, 33 p. 69. ad verba οἷα λάκαινα.] Apoll. Rhod. II, 25.
I XXIX. 5, 6. p. 79. ad finem Notae] Dionys. Per. 873. Nonnus XXXII, p. 814. V, p. 172. XIII, p. 354. XIV, p. 400. Nansius ad Nonnum p. 139.

Haec sunt, mi Matthiae, quae Ruhnkenius exemplo suo Hymni in Cer. et Epistolarum Crit. adscripsit, quaeque ego tuam in gratiam diligenter descripsi: fortasse tua spe et exspectatione tenuiora illa et pauciora: nec tamen aliud quidquam annotationis vel in hoc exemplo, vel aliis in schedis et adversariis Ruhnkenii, ad hos Hymnos, quamvis quaerens, reperire potui. Discipulus tuus, optimus adolescens *), valde mihi probat progressus, ingenium, industriam, studium, modestiam, et Te τὸν διδάσκαλον κοσμεῖ. Is fortasse Tibi scripserit, me oblatam Ruhnkenii cathedram accepisse, ejusque libros bibliothecae Lugduno-Batavae accessisse ea conditione, ut haeredibus in singulos deinceps annos 1500 Fl. numerentur. Tu, ut res tuas bene geras, studiorumque tuorum fructum prospera fortuna percipias, vehementer opto. Vale. Dab. Amstelod. d. 9. Febr. 1799. *D. Wyttenbach.*

l Propositi Ruhnkeniani obiter mentionem fecit *Bernardus* l. c p. 419. *B.* Conf. *Kiddii* praef. p. XXIV. *F.*

*) O. Guil. Berg, Amstelodamensis.

cis, intermissum Iurisprudentiae studium repet anno proximo progressuum specimen prodidit, *T lelaei, Theodori, Stephani, Cyrilli Commenta Graecos in Titulum Codicis et Digestorum de stulando, sive de Advocatis et Procuratoribus,* tina interpretatione et doctis animadversionibus i stratos, teste Cl. Wyttenb. p. 47. Hujus specim Praefationem, exemplo Editoris Angli, repetivi Ipsum specimen quominus repeteremus, effecit o ris cum magnitudo, quippe quod ultra centum pa nas formae maximae excurrit, tum argumentun reliquorum argumento opusculorum abhorrens tum etiam inseruit illud Meermannus Thesauri I Civilis T. III, Hagae Com. 1752. idemque in Basi Fabrotiani supplemento denuo prodiit, L. Bat. 17 Ergo minime verendum, ne quando in oblivion cadat: sed quamdiu sua Iurisprudentiae laus cons bit, tamdiu in ea celebrabitur Ruhnkenii nomen.

Solebat porro, Hemsterhusii magistri exemp haud exiguam operam dare cognoscendis doctae a tiquitatis reliquiis. Ejus rei, praeter alia, docume sunt quae exeunte a. 1753. scripsit Ernesto Ep. p. 644, coepisse se aliquid commentari in Marm vetera, quod inserendum esset Memoriis Academ Inscriptionum et Elegantiorum Literarum Parisin cui ante aliquod tempus socius fuisset adscriptus. cujusmodi sit, quamvis diligenter quaerendo, indag nondum potuimus: quamobrem doctos viros hic p blice rogatos velim, ut, si quid ipsis innotuerit,

---

m) Nec quidquam in annotationibus est, quo sive alii sc ptores sive linguae utriusque studia juvari possint. *F.*

de re certiores nos faciant. Ceterum, ut alia multa ad suam laudem pertinentia, sic etiam hanc cum erudita illa Societate Parisina necessitudinem, silentio praeteriisse videtur Ruhnkenius: nam in Vita quidem ipsius p. 71. nihil hac de re legitur. Sed Reiskio narravit Bernardus in literis p. 473 *n*).

Proximae sunt *Praefatio et Dedicatio* ex ed. priore a. 1754. *Timaei Lexici Platonici*, cujus antea nondum editi apographum debuit eidem, cui editionem inscripsit, Viro Doctiss. Henrico Gally. Sed de hujus libri consilio, ratione ac praestantia, quae dici possent, omnia exhausit Cl. Wyttenbachius p. 48 — 61. et postea commodior dicendi locus recurret. Obiter ejus mentionem fecit Piersonus Praef. ad Moer. p. XXIX. Vid. et Nov. Act. Erudit. 1755. Sept. P. II. p. 534 — 538. laudata Saxio l. c. p. 69.

Eodem a. 1754. iter in Galliam suscepit Ruhnkenius, et integrum annum transegit Lutetiae, e qua urbe anni proximi mense Febr. lectu dignas ad Ernestum dedit Literas, editas p. 645 sqq. ne iterum Wyttenbachium laudemus, p. 65 — 71. Inde redux ingentem secum attulit ineditorum vim: in quibus praecipuo loco erant, *Lexicon Rhetoricum* Ms. de quo retulit in Praef. ad Hesych. p. 133. et Grammaticus, qui *Antiatticistae* nomine laudari solet, de

---

n) Adscriptus fuit etiam Societati Literarum Belgicarum (*Maatschappy der Nederl. Letterk.*) Leidensi, et, quamvis nec natione Batavus, sed Germanus, nec professione Belgicarum, sed Graecarum Latinarumque Literarum doctor, consiliis tamen monitisque saepissime illi atque eximie profuit. Testis nobis est Cl. Te Waterus in actis societatis illius d. 17. Dec. 1799. *B.*

quo agitur in Hist. Crit. Gr. Gr. p. 355. et in B[illegible] de Antiphonte p. 160; e quibus [illegible] cum [illegible]inum qui huic tuetur: vid. l. 2. ex Valckenar. Lucap. Proem. c. 29. ac de *Cyrilli*, *Hudsoni*, *Photii* Lexicis Mss. *Cornutus* Theium Rhymologi[illegible] aliusque dicamus o). Omnino multum ea tempo[illegible] Grammaticis tribuit, in his *Phrynichio*, in cujus e[illegible]politionis praeterea opera Somerus [illegible] versari, jam antea significaveras, cum privatim B[illegible]ta in litera p. 644. 646 et 648, tum publice in [illegible]maei ed. pr. p. 13 et 31. Quod quoni. a. 1739. a[illegible] pud Doctiss. Piersonum Praef. ad Moer. p. xx. *elegantissimum Ruhnkenium novam Phrynichii, cum aliis grammaticis, editionem parare.* Quibus similia [illegible]gnatur in ann. ad Moer. p. 199. et in Bernardii [illegible]ria ad Reiskium p. 406. Sed postea proposito [illegible]stitit Ruhnkenius, qui in altera Timaei ed. nulla amplius ejus mentionem fecerit. et auctor Phryni[illegible] expoliendi extiterit discipulo Doctiss. H. Hamm, t[illegible] Wyttenbachio p. 199. Est autem incredibile di[illegible] quantam segetem glossarum inedita[illegible]rum, cum aliis scriptis suis, in primis autem in nova Timaei e[illegible]tione, in lucem ipse protulerit; tum amicis aliis viris eruditis larga manu suppeditaverit: quas, va[illegible] ex libris collectas, et literarum ordine digestas, suum quasque auctorem retulit insignis Editoris A[illegible]

o) Scripsit a 1751 Reiskio Bernardus p. 417. Ruhnkenius sibi pollicitum esse, se ex Cyrilli Lexico omnes i[illegible] glossas excerpturum, quae ad Thomam Mag. ornand[illegible] aliquid conferrent. De quo mihi, ex edito quidem Grammatico, nihil constat: neque huc pertinet obiter fa[illegible] Ruhnkenii mentio ap. Hemsterh. in Add. ad p. 535, 6.

diligentia, Praef. p. IX — XXII. *p)* Unde, quan-
emolumenti ex hac Ruhnkenii opera in Graecas

Hanc tabulam infra ponendam curavi. Literarum no-
significant Ruhnkenii scripta a Kiddio ad literarum
arum ordinem enumerata: D=Ep. Crit. I. E=Ep.
it. II. G=Tim. Lex. K=Diss. de Antiph. L=Praef.
Hesych. M=diss. de Dionys. O=Hist. Crit. Or. Gr. P=
Anim. ad Xenoph. Mem. T=Diss. de Long. U=Emend.
in Long. V=Vellej. Pat ed. X=Hom. H. in Cer. Dd=
Ep. Crit. I. ed. sec. Ee=Ep. Crit. II. ed. sec. Gg=Tim.
Lex. ed. sec. *F.*

„ANTI-ATTICISTA *). Vereor ut praestantissimi hu-
jus grammatici vocabulorum numerus a nobis, forsan
inepte sedulis, glossis alicunde derivatis augeatur. *ἄγαλμα*
Lappiers. Obs. Philol. 6. *ἀδημοσύνη* P, 233. *ἀκληρίαν* K,
Kop. 6. *Bastius Ep. Crit.* p. 96. *ἀναβῆναι*, *Kop.* 7.
ἀναβῆναι τὴν ἵππον O, lxxxix. *ἀναδέξαι* K, 37. O, lxxx.
ἀναμψει Kop. 7. *ἀναλφάβητος* emend. Gg, 167. *ἀνὰ*
μέσον apud VALCK. *ad Phoen.* 481. *ἀνὰ μέσον* K, 43.
Kop. 7. *Bast. Ep. Cr.* 96. *ἀπαραδκεύαστον* K, 17. *ἀπαρτὶ*
apud *Wesseling. addend. ad Herodot.* 182, 37. *ἀπειθαρχία*
I, 38. *ἀργύρια* O, xliv. *ἀστοργία* K, 17. *αὐθέκαστα* apud
Wesseling. addend. ad Herodot. 377. 52. *αὐτόθι* P, 232.
βασίλισσα T, 37. *βατάνια Kop.* 8. *βίος* P, 234. *βλεννὸν*
Gg, 165. *βουκολεῖσθαι αἶγας* apud VALCK. *ad Phoen.*
28. *γαλιδεὺς* ID. *in Adoniaz.* p. 402. *γαμῶ Kop.* 9. *γειτονᾶν Auct. em. ad Hesych. δεδιφκημένα Kop.* 9. Gg, 11.
δεύτερον Gg, 282 *διαδοχῆς Kop.* 12. *διαφέρον ib. διετίδουν* K, 43. *δίκαιον μέτρον* P, 236. *δραμακοῦσαι Kop.*
11. *εἴησαν* P, 235. *ἐλέγοσαν* Ee, 233. *ἐλεινὸν* X, 283.
ἐξηγητὴς G, 81 = 110. *ἐπίδημος Kop.* 13. *ἐπιστάτης id.*
ibid. εὐειματεῖν id. 14. *εὐωχεῖν* O, lii. *ἐχθὲς Kop.* p. 6.
ἤδη Id. 15. *ἠκρόασο Id.* 16. *καθαρὸς δοῦλος Id.* 17. P,

---

*) Excerpta, quae R. humanitati accepta refert *Brunckius*, literis majusculis ubique designavi. Literis quoque grandioribus ad varia R. opera distinguenda usus sum. *K.*

magis laetamur aetatis nostrae felicitate, qua plerosque illos Grammaticos in publicam notitiam protulit Imm. Bekkerus in Anecdotis Graecis.

---

p. 188. ἐπὶ Κόῤῥης apud *Koën.* p. 23. κολοστρόφοι—cccclix. οὐδὸς apud *Koën. addend. ad Greg.* 241. φείδομαι—cccclx.

ORION THEBANUS *Etymologico MS.* ἀβληχρὸν ap. VALCK. *ad Adon.* p. 218. ἀλίβας apud *Ernest. ad* lxxxix. ἀλίτης—ccccxxxvi. ἀτρέχως in Hesych. Ἀχαιὰ V, 15. cf. *Larcher, apud Br. ad Acharn. Aristoph.* 709. βάβαξ in Hesych. βροτός apud *Ernest. ad Ibin.* cc. lxxi. [δαιταλεύς *Larcher, ap. Br. ad fr. Aristoph.* p. 166.] δελφίνιος, D, p. 25. Ἔλεγος apud *Ernest ad Fr.* p. 439. ἐνείρεσθαι in Hesych. ἐπίῤῥησις ibid. ΙΗΙΟΣ· ἱστία ap. *Koën.* xix. κρούειν ap. *eund.* xxi. λακίδες L, 19. λάλλαι in Hesych. ΝΑΡΟΝ· ὀλοφυρόμενος ap. *Ernest. in Dian.* 77.—πατεῖσθε in Hesych. πεσσοί G, p. 217. cf. *Larcher, apud Br. ad Eccles. Aristoph.* 987. Gg, 217. *Schol. ad Plat.* p. 230. ὑπέρινον apud *Koën.* xix. φάτνη—ccccxxxvii. χεὰ καὶ χειὰ—ccccxxxviii. et Ee, p. 189. χεῖρες apud *Gesner in Pseud Orphei Fr.* p. 410.

LEX. MS. *Bibl. Reg. Paris.* ἀβάκης· in Hesych. ἀβάκτητον ibid. ἀβὰς ibid. ἄβδηλα ibid. ΑΜΙΣ· ἀμωσγέπως Gg, 29. ἀναβὰς τὴν ἵππον apud *Piers. ad Moer.* 4. et 138. ἄοιμον in Hesych. ἀπεσφακέλισεν Gg, 123. Βλὰξ Gg, 61. γόγγρος apud *Ernest. ad Ibin.* cc. ἐγγυτὶ cccxi. ΕΝΟΥΡΗΘΡΟΝ [ἐρανιστὴς *Larcher apud Br. ad fr. Aristoph.* p. 167.] θέρμη Gg, 139. θύμμενον Gg, 251. ΙΚΤΙΝΑ· κάλλαια apud *Piers. ad Moer.* 210. κέπφος Hesych. κήλων ibid. ΛΑΓΟΣ· παραιτοῦμαι σε P, 229. Gg, 207. πέπταμαι apud *Koën.* 310. σιπύη apud *Ernest. ad* ccccliv. ΣΥΑΓΡΟΣ· ΤΡΑΣΙΑ· τρίτην ἡμέραν K, 38. τυμβοχοῆσαι Hesych. ΤΩ ΧΕΙΡΕ [Schol. praeclari MS. Harl. *ad Lucian.* ii. 270. τοῖν χεροῖν·—vide *Koën.* 304.]

PHOTII LEX. MS. Ἄ ἄ L, 32. ΑΓΩΓΕΥΣ· Ἀντιφῶν K, 44. ΕΟΡΝΙΘΕΙΑΝ· ΕΡΡΗΝΟΒΟΣΚΟΣ· εἰς ὀλβίαν Gg, 59. ΕΣΕΦΘΗΝ· ἐσφηκωμένον apud *Br. ad Soph. Aethiop. Fr.* ii. ἑταιρίστριαι G, 91=124. ΕΥΕΙΡΟΝ· εὐθύ G, 92=127. εὔθυνος et εὐθύναι Gg, 126. ΕΥΝΑΙΟΣ.

magis laetamur aetatis nostrae felicitate, qua pleros-que illos Grammaticos in publicam notitiam protulit Imm. Bekkerus in Anecdotis Graecis.

---

p. 188. ἐπὶ Κόρρης apud *Koën.* p. 23. κολοστρόφοι—ccccliх. κλὸς apud *Koën. addend. ad Greg.* 241. φείδομαι—ccccлх.

ORION THEBANUS *Etymologico MS.* ἀβληχρὸν ap. PALCK. *ad Adon.* p. 218. ἀλίβας apud *Ernest. ad Ibin.* ἀλίτης—ccccxxxvi. ἀτρέχως in Hesych. Ἀχαιὰ V, 13. cf. *Larcher, apud Br. ad Acharn. Aristoph.* 709. βάβαξ in Hesych. βροτός apud *Ernest. ad Ibin.* cc. lxxi. [δαιτολεύς *Larcher, ap. Br. ad fr. Aristoph.* p. 166.] δελφίνος, D, p. 25. Ἔλεγος apud *Ernest ad Fr.* p. 439. ἐνείρεσθαι in Hesych. ἐπίρρησις ibid. ΙΗΙΟΣ· ἰότία ap. *Koën.* xix. κρούειν ap. *eund.* xxi. λακίδες L, 19. λάλλαι in Hesych. ΝΑΡΟΝ· ὀλοφυρόμενος ap. *Ernest. in Dian.* 77.—πεπεῖσθε in Hesych. πεσσοί G, p. 217. cf. *Larcher, apud Br. ad Eccles. Aristoph.* 987. Gg, 217. *Schol. ad Plat.* p. 20. ὑπέρινον apud *Koën.* xix. φάτνη—ccccxxxvii. χεὰ καὶ χεά—ccccxxxviii. et Ee, p. 189. χεῖρες apud *Gesner in Ind Orphei Fr.* p. 410.

LEX. MS. *Bibl. Reg. Paris.* ἀβάκης· in Hesych. ἀβάκητον ibid. ἀβὰς ibid. ἄβδηλα ibid. ΑΜΙΣ· ἀμωσγέπως Gg, 29. ἀναβὰς τὴν ἵππον apud *Piers. ad Moer.* 4. et 138. ἄοιμον in Hesych. ἀπεσφακέλισεν Gg, 123. Βλάξ Gg, 61. γόγγρος apud *Ernest. ad Ibin.* cc. ἐγγυτὶ cccxi. ΕΝΟΥΡΗΘΡΟΝ [ἐρανιστὴς *Larcher apud Br. ad fr. Aristoph.* p. 167.] θέρμη Gg, 139. θύμμενον Gg, 251. ΙΚΤΙΝΑ· κάλλιστα apud *Piers. ad Moer.* 210. κέπφος Hesych. κήλων ibid. ΛΑΓΟΣ· παραιτοῦμαι σε P, 229. Gg, 207. πέπταμαι apud *Koën.* 310. σιπύη apud *Ernest. ad* ccccliv. ΣΥΑΓΡΟΣ· ΤΡΑΣΙΑ· τρίτην ἡμέραν K, 38. τυμβοχοῆσαι Hesych. ΤΩ ΧΕΙΡΕ [Schol. praeclari MS. Harl. *ad Lucian.* ii. 270. τοῖν χεροῖν·—vide *Koën.* 304.]

PHOTII LEX. MS. Ἄ ἄ L, 32. ΑΓΩΓΕΥΣ· Ἀντιφῶν K, 44. ΕΟΡΝΙΘΕΙΑΝ· ΕΡΡΗΝΟΒΟΣΚΟΣ· εἰς ὀλβίαν Gg, 59. ΕΣΕΦΘΗΝ· ἐσφηκωμένον apud *Br. ad Soph. Aethiop. Fr.* ii. ἑταιρίστριαι G, 91=124. ΕΥΕΙΡΟΝ· εὐθύ G, 92=127. εὔθυνος et εὐθύναι Gg, 126. ΕΥΝΑΙΟΣ.

ipsi delatam, ejusdem anni mense *Majo*, non *Octobre*, ut minus recte dicitur in Vita Ruhnk. p. 73.

πεστικὸν G, 153=212. πλημμέλεια G, 156=219. ποίθιοι G, 162=227. πομπὴ G, 156=220. πορκὸς G, 157=220. ΠΟΡΣΥΝΕΤΑΙ πρανὲς G, 157=221. προβολὴ G, 159=224. προστέπαισε G, 158=222. cf. *Schol. ad Plut.* 245. 109. ΠΡΟΣΤΑΤΗΡΙΟΣ· ΠΡΟΥΝΟΥΣΤΕΡΩΣ· πρῶ et πρωΐ G, 161=266. πυρώνων id. ibid. ΠΤΕΡΥΓΕΣ· ΡΑΙΚΟΥΣ· ΡΑΧΟΙ· ΡΑΨΩΙΔΟΣ ΚΥΩΝ· ΡΕΙΤΑ· ῥῆσις μακρὰ G, 163=228. ΡΗΤΩΡ· ΡΙΚΝΟΣ· ΡΙΚΝΟΥΣΘΑΙ· ῥόμβος G, 164=230. ΡΥΤΗΡΕΣ· ΣΑΚΟΔΕΣΜΙΤΗΣ· ΣΑΛΑΒΗΝ· ΣΑΛΑΜΒΗ· ὀατυρικὰ G, 164=230. ΣΙΚΛΟΣ· ΣΕΜΝΑΙ ΘΕΑΙ apud *Br. ad Oed. C.* 90. σέρφοι T. p. 38. cf. *Toup. ad Longin.* p. 404. σκιωρεῖται G, 165=232. σκληφρὸν G, 166=233. σμινύην G, 166=233. σπαργῶσα G, 168=235. σταθερὰν G, 168=236. στέμφυλα G, 171=239. στιθρὸν G, 170=237. στρατιὰν G, 171=240. στύραξ G, 172=241. συμβιβάσει id. ibid. συνέμπορος G, 173=242. σφενδόνη G, 174=244. σφιγανὸν G, 175=244. σχηματιζόμενος G, 166=246. Ταλαντοῦσθαι G, 177=247. ταχὰ G, 111=151, 2. Vide *not. ad Hesych. Tom.* ii. 112. ταυτάζειν G, 183=256. τεγχθέντων G, 178=248. τεθυμμένος G, 179=251. τένθης G, 181=253. τερατίαι 181=253. τευτάζειν G, 182=254. τί δὴ τὰ θεῶν στέφη; (mendose) G, 184=257. τί μήν; G, 185=259. ΤΟ ΘΕΡΜΟΝ ΤΟΥ ΟΒΕΛΟΥ· ΤΟΠΑΖΕΙΝ· τραγικὴ σκηνὴ G, 185=259. ΤΡΟΠΑΙΑ· τυφῶνος πολυπλοκώτερον G, 186=261. Υηνία G, 187=262. [*Lexicon* quoque *Sophocleum* glossis sequentibus tam ex Alberti indice auctorum a Photio laudatorum, quam ex apographo RUHNKENIANO, locupletandi Brunckio copia fuit: ΜΑΣΧΑΛΙΣΜΑΤΑ ΜΕΛΙΝΗ· ΞΥΡΟΥ ΑΚΜΗΣ· ΟΔΟΣ· ΠΑΛΙΝΣΚΙΟΝ· ΠΑΝΟΝ· ΤΑΥΡΟΦΑΓΟΝ· ΦΑΙΚΩ· ΦΑΡΚΙΔΑ.]

PHRYNICHUS APPARAT. SOPHIST *). MS. ΑΒΟΥ-

---

*) Vide G, 29=41, 31. *Piers. in praef. ad Moer.* xl. *ad Moer.* 201, 2. Dd, 43. Ee, 161, 198. *Vit. D. R.* 199.

delatam, ejusdem anni mense *Majo*, non *Octo*-, ut minus recte dicitur in Vita Ruhnk. p. 73.

Scriptoribus Latinis, quos, ut supra significa- sibi tractandos sumserat Ruhnkenius, alter est Paterculus, *Historiae Romanae* scriptor, eodem a. 1779 tanta curâ expolitum et orna- emisit, nulla ut adhuc ullius Scriptoris Latini tot tantisque dotibus commendata videatur *e*). kenius tamen adeo non perfectionis laudem sibi cavit, ut etiam, post tredecim annorum inter-

741. Quod recte reputando emendarat R., Cod. Harl. aperte exhibet.

apud *Luzacium* in Exerc. Acad. ad Eurip. pp. 30. 52. 89. 65. 77.

apud eundem de Ostracismo Atheniensium, p. 34.

apud eundem in annot. ad orat. de Socrate cive; 96. 102. 8. 11.

apud *Musgravium* ad Soph. Oed. Tyr. 721.

apud *A. Matthiae* in animadv. ad hymnos Homeri- rum: pp. 150. 259. 72. 85. 340. 41. 57. 73. 76. 77. 88. 91. 459. vide Praef. xii. *F.*

e) *Hoc opus*, inquit Wyttenbachius Vit. Ruhnk. p. 174, *non dubito palmarium appellare; quippe quo prioribus editoribus, in iisque ipsi Latinarum Literarum principi, Iusto Lipsio, palmam eripuit. Huic enim quum nec emendandi felicitate, nec Latinae orationis interiore scientia et apparatu, nec exquisitis omnis Antiquitatis et Historiae copiis cederet; in Graecis certe Literis, sine quibus Latinae sibi constare nequeunt, tantum praestitit, quantum mediocriter tincto perfectus.* Mittimus plura, cum ibidem, tum in censura libri Bibl. Crit. P. IV. p. 45 — 66. praeclare dicta. *B.*

vallum, novae editionis, ejusque castigatioris, co lium caperet, teste eodem Wyttenb. Vit. Ruhnk 205. Quo magis Lectoribus nostris gratam et a ptam fore putamus Praefationem tam egregiè O praepositam.

Wyttenbachio, ut hic ipse refert l. c. p. 170, bliothecam Criticam scribere instituenti a. 1777, mum dissuasor, deinde suasor, atque adeo socius consilii. Duas ei censuras tribuit Vir Celeberri alio loco, in Epist. ad Fonteinium Bibl. Crit. P. p. VI. alteram *Commentarii de Palaestra Nea litana ab Ignarra scripti*, quae exstat P. V. p. sq. alteram *Poëmatis Orphici de Lapidibus, a T whitto editi*, ibid. P. VIII. p. 85 sqq. illam a. 17 hanc a. 1783 proditam. Utramque, praeeunte E tore Anglo, reliquis adjecimus Opusculis. Ac vell ei adjicere licuisset tertiam *Dissertationis de Bab auctore eodem Tyrwhitto*, ex B. Cr. P. II. p. 1 Nam quum se de Babrio alias dixisse alterius cen rae initio significet, fere suspicer, hanc quoque post mam a Ruhnkenio scriptam esse, nisi duas tant diserte commemorasset Wyttenbachius. At fieri p test, ut ita scripserit ille, non adeo ex sua, quan censoris, cujus tunc partes agebat, persona *f*).

Homeri Hymnum in Cererem, et alterius *hym in Bacchum fragmentum*, a C. F. Matthaei Mosc repertos, ineunte a. 1780. in lucem emiserat Ruh kenius. Vid. Vita ejus p. 172 et 176. et Bibl. C

f) In epist. ad Tyrwhittum data p. 721. Ruhnkenius commemorat suam Orphici libelli censuram, rariss tamen censuras a se conscribi affirmans. *F.*

III. p. 98 sq. Mox monitus *g*) a Matthaeo, in plari scripto ad eum misso complures versus se, abolita illa editione, biennio post a. 1782 prodidit justam suisque numeris absolutam, duabus *Epistolis Criticis*, post triginta anno-intervallum nova cura retractatis. De qua, qui cere cupiat, praeter Vitam Ruhnk. p. 183 sq., ejusdem censuram Bibl. Crit. P. VIII. p. 1 — 30. o autem inter utramque editionem anno prodie- Nic. *Ignarrae Emendationes Hymni Homerici Cererem, recens editi; praemissa ejusdem Hymni itia, judicio, aetatis divinatione, Neapoli* 1781. libelli, Bibl. Crit. P. VIII. p. 135 sq. censi, ore parte germanam hymni auctoritatem et anti- tem doctissimus Italus oppugnaverat. Hujus er- quamvis tacita Ruhnkenii voce jam satis confu- tiones brevi post palam profligavit Wytten- Bibl. Crit. l. c. p. 6 — 8. Cujus sententiam est is, qui postea eundem Hymnum, cum kenii et Ignarrae Animadversionibus, repetiit ae 1787, *Mitscherlichius*, Praef. p. 20. propterea lesio laudatus ad Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 345. nique alteram illam edit. a. 1782, additis Mitscher- hii Annotationibus, iterum recudendam curarunt achtmanni Lugduni Batavorum, a. 1808 *h*).

---

g) Vid. *Ruhnkenii* epistolam ad *Io. H. Vossium* datam p. 722. et hujus praefat. ad Hom. Hymn. in Cerer. editionem posthumam a. 1827. Heidelbergae vulgatam. *F.*

h) Sequitur, ut singularum partium, quas ex tam docto libro in horum numerum Opusculorum retulimus, rationem reddamus. Prima *Praefatio* est, insignis disputatione de Hymni antiquitate, auctoritate et praestantia; cujus summa

Iam ne peculiariter dicamus aut de insigni *Flo-*

---

refertur in censura laudata B. Cr. P. VIII. p. 3 — 8. Ejus autem, jam a. 1780. conscriptae, alteram partem a. 1782. adjectam, ab altera separavimus. Praefationem excipit *Fragm. Hymni in Bacchum*, versuum duodecim, doctis animadversionibus illustratum. Ejusdem hymni novem versus servavit Diodorus Siculus, opportune in annot. exhibitos. Ex utraque parte, in recentissimis Homeri editionibus conjuncta, constat hodieque Hymnus XVI. Nos nunc fragmentum illud speciminis loco repetivimus, cum quod breve esset, tum quo facilius intelligeretur Ruhnkenianae interpretationis ratio. Misso igitur longiore in Cererem Hymno, sequitur *Epistolae Criticae I. in Homeridarum Hymnos et Hesiodum, ad Valckenaerium, Exordium*, eique mox subjectus *Epilogus*. Utramque Epist. Crit. quominus integram assumeremus, in causa fuit cum ipsarum magnitudo, quippe quae per se justae formae volumen efficiunt, tum vero hujus collectionis consilium, quod non nisi breviores scriptiones postulare videbatur. Sed ex palmariis illis Criticae facultatis monumentis, quaecunque singulari quadam doctrinae laude excellere, et a reliquis separari posse videbantur, ea, missis reliquis, delibavimus. Huc igitur primum Exordia et Epilogos retulimus, quae a reliquo argumento sejuncta jucundam habent nec inutilem lectionem. Tum ex eadem Ep. Cr. I. desumsimus illam *de Hesiodo*, et alteram item *de Hesiodi Fragmentis* disputationem, quae quamvis brevis perfectam absolutamque habet Criticae scientiae laudem, adeo ut in hoc fragmentorum colligendorum genere fere nihil sit, quod emendandi felicitate, doctrinae varietate, rationis delectu et elegantia, cum ea comparari posse videatur. Sequuntur iterum *Exordium* et *Epilogus Epist. Crit. II. ad Ernestum*, cujus praecipuum argumentum versatur in *Callimacho* et *Apollonio Rhodio*. De illo in Exordio universe quaedam monentur. De hoc, ejusque *Argonauticorum duplici olim editione*, brevem porro particulam decerpsimus. Accedunt loci illustres *de Varrone Atacino*, Latino poëta et Apollonii interprete; *de*

ilegii Stobaeani fragmento i), quod circa idem empus Ruhnkenium retulisse, patet ex ejus Vita p. 85. aut de *Censura libri Tyrwhittiani* a. 1783. prolita in Bibl. Critica, de qua supra vidimus: proxi-

---

Eumelo, Corinthio, poëta historico; *de Orpheo et Argonauticorum Orphicorum antiquitate;* tandem *de Hermesianacte* et *Phanocle*, poëtis Elegiacis Graecis, cum de utriusque vita scriptisque universe, tum de eorumdem duabus Elegiis Athenaeo et Stobaeo servatis; quae quum multum corruptelae indeque ortae obscuritatis haberent, acutis et doctis animadversionibus emendantur et illustrantur. Qui omnes loci tantam habent, in summa brevitate, exquisitissimae doctrinae laudem, et ita sunt a Wyttenbachio l. c. p. 24 — 25, 29 sq. et Vit. Ruhnk. p. 184. in exemplum scriptionum ejus generis propositi, ut haud dubitemus, quin earum, quem nos delectum et usum nunc fecimus, omnes approbaturi sint veteris doctrinae et elegantiae studiosi. Paene praeterieram nonnullas in hoc Hymni Homerici et Epistolarum Criticarum Volumen Toupii aliorumque annotatiunculas, quas commemoravit Editor Anglus Praef. p. XLI. *B.* Ego autem, omittendum ratus, quidquid ex Epistolis Criticis delibavit *Bergmanus*, speravi me gratum facturum lectoribus. Sed optabile est, ut, qui novam harum epistolarum editionem se parare palam professus est, sub quaeque loco addat ea, quae post Ruhnkenium hominum doctorum solertia excogitavit, non quo imminuatur tanti viri fama, sed ut posteri intelligant, quantum ejus ingenium et doctrina ad veritatem inveniendam contulerit. Solent enim majorum labores vulgo in oblivionem abire et ab iis, qui ultra mediocritatem tendunt, praesertim adolescentibus, ex suae aetatis luce, non ex praeteritae tenebris, paulo iniquius judicari. Quanquam facile excusamus, ubi abest male dicendi cupiditas. *F.*

i) Cf. qui de Stobaeo nuper optime meruit *Gaisfordus* in praef. novae editionis paratae Oxoniae a. 1822. voll. 4, repetitae a Lipsiensibus a. 1824., in quam hoc ipso anno *Fr. Iacobsius* conscriptas suas emendationes edidit Ienae. *F.*

mae sunt *Praefationes* duae, in alieni Operis gratiam conscriptae, altera ad *Cornelium Celsum*, scriptorem medicum, editione nova apud Luchtmannos Lugd. Bät. 1785 ornatum; de qua quae desiderabantur in Vita Ruhnk. postea addita sunt Bibl. Crit. P. XII. p. 113: altera ad *Appuleji Metamorphoses, ex recensione Franc. Oudendorpii*, ibid. 1786, in quo opere, triginta post mortem Oudendorpii annis, in lucem proferendo quomodo versata sit Ruhnkenii diligentia, praeter brevem de hoc libro relationem Bibl. Crit. P. XI. p. 110—115, constat ex ejus Vita p. 192 sq.

Apollonii Sophistae Lexicon Homericum edidit a. 1788. *Herm. Tollius*, Vir Cl., Ruhnkenio potissimum auctore ad hoc opus impulsus, ut ipse fatetur Praef. p. I. Quam refert p. 742 ipsius conjecturam, in Scholio quodam Homerico Ms. pro ὁ δὲ αὖ Καλωνίτης restituentis ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης, eam auctoritate Codicis Harlejani confirmavit Anglus Editor Praef. p. XLIII. Meminit item Ruhnkenii p. 512 et 623.

Sequuntur *Dedicatio* et *Praefatio ex Timaei Lexici Platonici* editione altera *k*). Atque hic accedimus ad eam laboris partem, in qua quum maximam vitae partem consumsisset Ruhnkenius, tandem absolvere vetuit improba mors. Adeo verum est, quod ille dixit: *Vitae summa brevis spem nos vetat inchoare longam.*

Editis ante quadraginta fere annos duabus Epistolis Criticis, quarum materia ipsi fuerant Principes

---

k) *Bergmanus* nescio quo errore bis eam in sua edit. exhibuit. *F.*

poëtae: novae sibi scriptionis argumentum elegerat principem prosae orationis, Philosophorum Deum Platonem: quod his ipsis fere verbis legitur in ejus Vita p. 48. Ejusque novi laboris tanquam specimen a. 1754. primus in lucem protulerat *Timaei Lexicon glossarum Platonicarum*, doctis animadversionibus illustratum, de quo antea suo loco diximus. Iam vero inde ab edito Timaeo, magno doctrinae apparatu collecto, multo etiam magis ipsius Platonis edendi consilium ceperat, eumque scriptorem de manibus nunquam deposuerat, ut constat ex eodem Opere p. 60. Ad hoc eum incitaverant, ante aliquot annos, fratres Foulisii, Bibliopolae Glasgovienses clarissimi, splendidissimam Platonis editionem parantes; qui quum Leidam inviserent, hoc ei negotium dederant, ut varias Codicum Mss. lectiones, et doctorum hominum animadversiones, ex variis Europae locis, ipsorum sumtibus conquireret: de quo scripsit a. 1751. Ernesto Ep. II. p. 632. Simile postea, anno, ut videtur, circiter 1760, fuit Edenburgensium institutum, a quo se non alienum ostenderat Ruhnkenius, teste Wyttenbachio Vit. Ruhnk. p. 185 sq. Sed ut hoc, sic etiam illud ad exitum non pervenit. Adjuvabant porro consilium ejus in primis *Scholia veterum Grammaticorum in Platonem* praestantissima, ex omnibus fere Europae Bibliothecis, magna cum cura, collecta: quae Scholia, a nemine adhuc edita, in unum corpus digerere et commentariis illustrare constituerat. Quod propositum pluribus et locis et temporibus cum ipse de se, tum de ipso alii significarunt. Veluti Cl. Ernesto, eum ad Homerum ornandum vocanti, respondit a. 1759: *Equidem certum et perpe-*

tuum, ut spero, nominis mei domicilium in Platone habebo: in quem et Scholiasten ἀνέκδοτον et perpetuas animadversiones separatim edam l). Et cum aliis locis Scholiorum illorum praestantiam laudavit, suumque eorum edendorum professus est consilium; tum vero in altero Timaei ed. quam plurima ex illis et luculentissima protulit specimina *m).* Ad *Platonem* ipsum quod attinet, in eo ornando et edendo princeps sibi ac palmarium opus proponebat. Ac perfecisset, nisi, quod Hemsterhusio in Luciano, Valckenaerio in Tragicis, et nuper eheu Wyttenbachio quoque in Plutarcho edendo accidit, id ipsi quoque accidisset. Nam dum ad illam perfectionis summam, quam sibi ipse errore quodam opinionis finxerat, nunquam intermisso studio nitebatur, propositum in diem differens, intervenientibus deinceps aliis scriptionibus, tandem penitus deposuit, seque in arctius spatium coarctans constituit Platonicam materiam omnem tripertito libro complecti, cui *Platonica* nomen inscriberet: primam partem faceret *Timaeum* cum animadversionibus auctis et emendatis; alteram *Scholia Platonica*, item animadversionibus illustrata; tertiam *Miscellanea* Platonica, quae omnem

---

l) Ep. XIV. a. 1760. p. 660. *F.*

m) Ne autem alios testes afferamus, Cl. Wyttenbachius in Annotatione ad Plutarchi lib. de Sera Numinis Vindicta, a. 1772, sic scripsit p. 79: *Usus est eodem proverbio Euripides in Menalippe; ut Cel.* RUHNKENIUS *ad Platonis Scholiastem docebit. Quod egregium munus eo vehementius desideramus, quo magis et ipsi Platoni novam lucem effusum iri novimus, et a summo Viri Cel. ingenio et eruditione omnia praeclara exspectamus.* Ut nunc mittamus locum ex Vit. Ruhnk. p. 163 sq. *B.*

reliquam emendationum, observationum, variarum lectionum sylvam contineret. Quae quidem ex ipsius Vita p. 186 sq. fere ad verbum referenda putavimus. Ac de *Timaeo* quidem, quod constituerat, perfecit, eumque a. 1789. tertia parte ita auctum et correctum exhibuit, ut ne serae quidem posteritatis judicium ipse reformidaret, et hoc *unicum a renatis literis exemplum operis perfecti et absolutissimi* laudare non dubitaret idoneus, si quis alius, judex Wyttenbachius, cum vivo adhuc Ruhnkenio in Praef. ad Plutarchum, repetita Opusc. Wyttenbachii Vol. II. p. 453. et Bibl. Crit. P. X. p. 108 — 110. ubi de hoc libro uberius refertur: tum post ejus obitum in Vita ipsius p. 200. Paucula in eumdem annotavit Kidd Praef. Ed. Angl. p. XLIII *n*). Ad *Scholiastem*

---

n) Haud supervacaneum erit hac occasione monuisse, *alteram* illam Timaei editionem, *priore* quamvis tertia parte auctiorem, eâdem tamen hic illic breviorem esse, ita ut in illa subinde nonnulla desiderentur, quae in hac legantur, nonnulla etiam sic vel immutata in arctius contracta sint, ut plane alia videantur. Exempli gratia, si quis conferat Ed. I. p. 25 cum Ed. II. p. 36, anot. 51. in fine, deesse deprehendet verba: *Multum differt — ὀργιαζόντων*. Conferantur porro p. 31 cum 43, n. 66. p. 32 — 44, n. 68. p. 38 — 52, n. 85 p. 39 — 54, n. 87 in f. p. 53 — 72, n. 9. p. 79 — 109, n. 33. p. 85 — 117, n. 42. p. 104 — 143, n. 8. (cf. p. 93.) p. 125 — 174, n. 4. p. 127 — 178, n. 3. p. 137 — 190, n. 2. p. 143 — 198, n. 18 in f. p. 157 — 221, n. 32 in f. p. 160 — 226, n. 41. Haec sufficiant: nam non dubitamus, quin plura etiam, quae nos fugerint, passim reperiantur indicia. Tantum igitur abest, ut *altera* editione *prioris* omnis usus sublatus sit, ut contra sua utrique editioni constet laus ac pretium, et qui illâ cum fructu uti velit, idem ne hac quidem carere posse videatur. *B.*

quod attinet, cum identidem in manus sumtum identidem deponere coactus est, impedientibus eum temporum turbis, ingravescente senectute, tarditate ad scribendum, aliis: de quibus omnibus legatur Wyttenbachius Vit. Ruhnk. p. 203 sq. 204 sqq. 212 sqq. Et tamen ne extrema quidem aetatis parte, fractis morbo corporis viribus, et ingruente adeo summo periculo, de Scholiaste suo Platonico desperabat, nec prorsus abjiciebat consilium, teste eodem Wyttenb. p. 276 et 278. At vero, in ipso commentandi initio morte oppressus, opus inchoatum reliquit. *Scholia typis dudum descripta, Animadversionum* non nisi *una pagina,* conjunctim post ejus obitum a. 1800. in lucem prodierunt apud Luchtmannos: quod positum in Vita Ruhnk. p. 187. quomodo constet cum iis, quae antea Bibl. Cr. P. X. p. 110. fuerant scripta, *contextum jam totum, commentarium magnam partem typis expressum esse,* equidem non video. Illam autem Animadversionum paginam, una cum Scholiis ad eum pertinentibus, nos, suo loco praetermissam, in hujus voluminis Appendice *o*) denuo recudere operae pretium duximus; cum ut specimen proderemus Ruhnkenianae interpretationis, tum ut eo ipso intelligeretur, quantopere sit dolendum, palmariam opus a principe Viro perfici non potuisse. Quod superest, Scholiorum illa pars, quae Cod. Veneto continetur, paulo antea edita fuerat a Doctiss. Siebenkeesio *p*), nonnihil illa quidem a Ruhnkenianis

o) Retuli ego p. 543, ubi cf. quae annotavi et quae p. 548 addidi. *F.*

p) In *Anecdotis Graecis e Codd. Italis descriptis, Norimbergae* 1798. Vid. annot. ad Vit. Ruhnk. p. 288. *B.*

versa; cujus diversitatis, diligenti utriusque libri collatione facta, rationem reddidit Editor Anglus Ibid. p. XLV — XLIX, unde, si velint, petant sibi Platonis studiosi. Eadem laudabili instituto adjecta est Platonis editioni, quae nuper prodiit Lipsiae apud Tauchnitium, VIII. Voll. formae minoris. Ac [illegible]mus, fore ut aliquando, una cum laboris Ruhnkenii reliquiis, et Cel. Bakii animadversionibus, [illegible]bere doctrinae apparatu, denuo in lucem prodeant: [illegible] spem fecit V. Cl. ad Cleomedis Cycl. Theor. p. 381. De tertia parte *Miscellaneis Platonicis* de[illegible]ta, et adhuc per adversariorum libros dispersa, [illegible] statuendum sit, patet ex ejus Vita p. 187. Ex [illegible] autem Collationes Codicum Mss., a Ruhnkenio [illegible]ectas, prodidit in Specimine Critico in Platonem, [illegible], Cl. Heusdius, de cujus libro vid. Bibl. Crit. [illegible] p. 64 sqq. et nonnullis subinde usus est Wyttenbachius in Annotatione ad Platonis Phaedonem, [illegible] p. 133. item Bakius l. c.

De altera *Elogii Hemsterhusiani* ejusdem a. 1789 [illegible]tione supra vidimus: sed paucis dicendum est de *Praefatione* et *brevi Annotatione* addita *Mureti operibus*, Ruhnkenii curâ, conjunctim repetitis, eodem tempore. Eorum censuram egit Wyttenbachius Bibl. Crit. P. X. p. 111 — 117, e qua de praestantia et libri et Editoris judicare licet. Breviter item postea retulit in Vit. Ruhnk. p. 201. Ac de *Praefatione* quidem, quae versatur in consilio editionis exponendo et recensendis Mureti scriptis, non est quod peculiariter [illegible]. *Annotatio*, praecipua libri dos, subinde quidem materiam ac sententias attingit, saepius Latinitatem animadvertit. Ejus enim vide a re-

natis Literis vix quisquam exstiterat, qui propius Mureto ad Ciceronis praestantiam accederet, paucos tamen aliunde naevos sibi contraxerat ejus oratio: quos eo diligentius notandos censuit Editor, quo magis reliqua in exemplum purae et elegantis Latinitatis commendanda sunt. Qua de re fusius agitur in Vit. Ruhnk. p. 228 sqq. *q*). Similem operam Ruhnkenius postea navavit *Lexico Schelleriano*, cujus item *Praefatio* habet insignem exquisitissimarum animadversionum copiam de quarumdam vocum Latinarum significationibus, quae essent a Lexicographis aut omissae, aut minus recte expositae, vel in quibus prorsus a vero aberraverant. Quae omnia reliquis adjicienda fuisse opusculis, res ipsa loquitur. Hoc autem ita fecimus, ut Animadversionibus illis non continua deinceps serie positis, sed in unum conjunctis, et ad literarum ordinem digestis, quasi quaedam *Miscellanea Latinitatis* proderemus, e quibus, quantum in hoc quoque genere valuerit Ruhnkenius, perspicue intelligeretur *r*). Hic illic nonnulla interspersa sunt e genere historico, critico, alia. Sed plura diximus initio illorum Miscellaneorum. Superest, ut, quae de labore Schelleriano inchoavimus, breviter absolvamus.

---

q) Haud alienum ab hoc loco est monere, in *Santenii Annotationibus Prosodicis* ad Muretum Opp. T. IV. p. xxx sqq. esse item nonnulla Latinitatem spectantia; quae etsi non ipsius Ruhnkenii, tamen sunt ab eo probata. Cf. Bibl. Crit. p. XL. p. 136. *B.* Cf. quae dixi p. 519 sq. *F.*

r) Ego contra separata suo quaeque loco posui, ut profecta sunt ab ipso Ruhnkenio, indices satis facturos esse ratus conjungere omnia cupientibus. *F.*

Quum igitur Lexicon probae Latinitatis, in usum [illegible]tatis, desideraretur, Honkoopii, Bibliopolae Lei[illegible], capto *Lexici Schelleriani* de Germanicis Bel[illegible] vertendi consilio, Ruhnkenium rogarunt, ut ma[illegible] libri suo judicio emendaret ac formaret. Quod [illegible] nisi eo indignum, certe intempestivum et aliis [illegible]ndum, cogitatione utilitatis inde in bonas Lite[illegible] redundaturae, et suscepit, et perfecit. At prodiit [illegible]um post ejus obitum, qui accidit a. 1798. Quâ [illegible]re pluribus refertur in Vit. Ruhnk. p. 204—206. [illegible]id ipse de hoc labore senserit et Wyttenbachio [illegible]ipserit, legitur ibid. p. 265.

Tertium fuit opus, quod inprimis expromendis [illegible]quisitis de Latinitate observationibus destinaverat [illegible]hnkenius, *Dictata*, quae dicuntur, id est *Scholia* [illegible] *Terentium;* de quorum praestantia et utilitate ju[illegible]ket ex Vita ipsius p. 110. Haec, in privatum [illegible]scipulorum usum scripta, post Viri obitum in [illegible] prolata esse constat. Eorum tres feruntur Edi[illegible], Germanicae duae, tertia Anglica *s)*. Ex his [illegible] nisi una ad nostram pervenit notitiam, quam *P. [illegible]entii Comoediis ad textum Codicis Halensis [illegible]is Halae* 1811. II. Voll. 8. adjecit P. J. BRUNS, [illegible] Cl. qui in Praef. p. XXVII sq. suspicatur, ea anno [illegible]um 1786, aut postea, conscripta esse, si quidem

---

s) Tertiam nos prorsus ignoramus. In secunda latet error. Nam *Io. Gurlittus* quidem specimen tantum horum scholiorum ex suo apographo emendatius edendorum vulgavit Hamburgi a. 1817. Nuperrime demum *L. Schopen* hoc adjumento usus Ruhnkenii dictata, omissis Terentii comoediis ipsis, quam fieri potuit accuratissime denuo emisit Bonnae a. 1825. *F.*

ad Eun. II. 1, 14. laudatur Appulejus Oudendorp
qui prodiit illo anno. Quo argumento, si quid
deo, nihil levius est. Nam primum, quis credat Ruh
kenium, qui jam per sedecim annorum intervall
Latinas Literas docuisset, tam sero de Terentio
gitasse? Tum, quid prohibet, quominus dudum
tea scriptis adjecerit mentionem libri recens ed
Denique, scholas illas Terentianas Lugdunum veni
audivit Wyttenbachius: hujus autem adventus c
in a. 1770, ut constat ex Vit. Ruhnk. p. 152. E q
bus omnibus luce clarius est, dictata illa, diu ant
1770. scripta, sequentibus annis magis magisque
polita et novis identidem observationibus aucta e
Quod autem ad edendi rationem attinet, summâ
fide et diligentia in ea versatus esse videtur Brunsi
quamquam in exemplari, quo usus est, subinde no
nulla desiderabantur, ex aliis sive supplenda, s
emendanda; cujus generis exempla attulimus p. 7
et 757. in Miscellaneis Latinitatis; in quae pauca
speciminis loco, ex Dictatis illis referre, operae p
tium *u*) duximus: plura etiam daturi, nisi liber o
nibus et pateret et commendandus esset, qui quid
cum aliquo doctrinae fructu Terentianas fabulas
gere cupiunt. Ceterum, quo major illorum pr
stantia est, eo facilius de reliquis Viri Scholis sus
cari licet, cum Graecis et Latinis, in quibus q
Scriptores et qua ratione interpretatus fuerit, dis

t) Pauca ista paucissima profecto sunt, quanquam nos et
Germani vellemus, a Batavis omnia ex autographo q
plenissime edita fuissent. Neque impatientes morae
appellandi sumus, triginta fere annis post obitum Ru
kenii exactis. *F.*

u) Haec ego summo jure mihi videbar posse omittere.

ex ipsius Vita p. 74 — 78 et 109 sq. tum Hi-
ae et Antiquitatis, de quibus quae ibid. p. 95
et 108. jucunde copioseque disputata sunt, nemo
rat. Wyttenbachius quidem iis, quae Ruhnke-
in scholis auditoribus tradere solebat, tantum
statuit, ut iis editionem aliquando destinaret.
Bibl. Crit. P. XI. p. 177. Sed et hoc consilium
fecit optimi viri obitus *v*).

De *Xenophonteis* illis Ruhnkenii scholis, e quibus, quae subjecta sunt, attulimus ad Isocratis Areopag. p. 156, festiva sunt, quae narrat Cl. Wyttenbachius Vit. Ruhnk. p. 77 sq. Nec pauca illis insunt digna sane, quorum ratio habeatur: quamvis, quae nova haberet, pleraque ipse in lucem prodiderit Scriptor in Animadvss. Ernestio missis. *B.*

„Lib. I. cap. 2. §. 45. *Οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες* sunt *Ἐνίτες*, sed saepe supprimitur nomen *χρήματα*, et *οἱ ἔχοντες* simpliciter sunt *opulenti* et *fortunati*. Eurip. ap. Sen. p. 53. *Κακὸς ὁ μὴ ᾔχων, οἱ δ' ἔχοντες ὄλβιοι.* Hugo Grotius vertit: *Dites beati, pauperum infelix genus.* V. Kast. ad Aristoph. Plut. V. 596. Latini etiam hoc imitati sunt. Lactant. Div. Instit. V, 8: „*ut habentium pia collatio non habentibus subveniret.*"

Quae ad *Suetonii* vitas illustrandas auditoribus suis dictavit, optimae frugis plenissima, mox editurus est *I. Geelius*, cui eo lubentius hanc ego concessi provinciam, quo plenius ille omnia ex ipso autographo exhibebit, et quo benevolentius operam dedit, ut, quae sub prelo versantur ad *Ovidii Heroidas* dictata a me curanda, ex eodem fonte accuratius dari possent. Praeterea exstant Ruhnkenii dictata ad *Lucae Evangelium*, *Acta Apostolorum*, *Pauli epist. ad Galatas*, ad *Ciceronis epistolas*, ex quibus, si non margaritas, certe auri grana multa expiscaturus aliquis publico commodo inservire poterit; Ciceronem quidem nolim intactum jacere patiatur *Geelii* humanissimi industria. Quae in *Homerum* dictasse dicitur, ne inter autographa quidem conspici affirmat *Bergmanus* ad Ruhnk.

Ultimum inter Opuscula locum tenet *Inscrip* *Sepulcralis Gentis Dousae*, de qua quae dice erant, omnia suo loco diximus *w*).

Pergimus igitur ad alteram hujus libri part quae Epistolis continetur. De quibus universe m dicere, nihil attinet. Frequens cum hominibus li ratis non solum in patria nostra, sed et extra e in aliis Europae regionibus, literarum commerci Ruhnkenio fuisse, patet ex ejus Vita p. 232 sq. al que locis bene multis. Earum colligendarum ed darumque consilium ante hos fere sedecim an professus erat Wyttenbachius, Vir Cl. Bibl. Crit. XI. p. 156. et XII. p. 91 sq. Et posteriore quid loco refert, sese earum jam fere octoginta in ma bus habere: quibus postea accesserunt Ruhnkenii Valckenarii mutuae Epistolae, quas a Luzacio V. sese accepisse scribit Philom. L. III. p. 18. sq. A cesserunt aliae, de quibus, quamvis nondum pub constet, tamen sic accepimus, earum numerum signiter auctum esse. Interea nonnullae seorsum lucem prolatae fuerant: veluti illae ad Ritterum Ernestum in Germania, ad D'Orvillium in Ang aliae aliis locis temporibusque. Sic factum, ut ed dis principis Viri literis materia haud deesset, mo

vit. p. 422. *Antiquitatem Romanam* eodem modo illus tam specimine exhibito olim editurum se significavit *furdtius* in Königsberger Archiv (Horreo Regimonta a. 1811. P. I. p. 61 — 76., deinde copiose ornavit S ac *Fischeri* suisque annotationibus *Eichstadii* Prof. nensis Cl. doctrina, et duodecim fere particulis emi brevi totum opus absolvet, emtoribusque venale per bliopolas exponet. *F.*

w) Vid. p. 549 sq. ubi aliam inscriptionem addidi. *F.*

ne materiae, mortuo qui eam unus omnium optime digerere potuisset Wyttenbachio, deesset faber. Quibus de causis, horum Editores Opusculorum Luchtmanni, similem Epistolis operam navare cupientes, ea de re egerunt cum Cl. Wyttenbachii Viduâ, doctissima eademque humanissimâ foemina: a qua hoc responsi tulerunt, insignem illam Epistolarum Collectionem, quam sibi comparasset Wyttenbachius, esse hoc ipso tempore penes discipulorum Wyttenbachii optimum et magistri amantissimum, eumdemque Virum praestantissimum, Literarum Humaniorum in Academia Gandavensi statorem et doctorem, GUIL. LEON. MAHNE x); quem virum, ajebat illa, praeter Vitae Wyttenbachii scribendae officium, etiam hoc Epistolarum edendarum negotium in se suscepisse, eademque, quam sibi proposuisset Wyttenbachius, via ac ratione peracturum esse. Quibus auditis, gavisi Luchtmanni quod Epistolae illae tam docto editori obtigissent, protinus mutato consilio, cum ipso Mahnio, viro humanissimo, ita convenerunt, ut, quas Wyttenbachius collegerat, eas omnes hic sibi reservaret in posterum publica luce donandas: quae autem antea editae pluribus in libris dispersae jacerent, eas illi, in unum conjunctas, Opusculis subjicerent. Sic natus est hicce Epistolarum Fasciculus, cui insuper nonnulla accesserunt nunc primum edita. Sed jam de singulis seorsum videamus. Optamus autem,

---

x) Edidit hic, praeter *vitam Wyttenbachii* a se conscriptam, *Wyttenbachii Lectiones Quinque* de philosophiae historia, Gandavi et Lugduni Bat., a. 1824 et Ejusdem *Brevem Descriptionem Institutionum Metaphysicarum*, ibid. a. 1826. *F.*

ut Cl. Mahnio tantum otii contingat, quanto opus erit ad duplex, quod sibi proposuit, pens brevi ac faustis auspiciis absolvendum.

Primo igitur loco occurrunt *Ruhnkenii ad Dan. Ritterum*, Iuris in Academia Witteberge doctorem, Ruhnkenii et praeceptorem et amic *Epistolae* VIII. Has primus in Germania edid Cl. HUGO in *Horreo Iurisprudentiae Civilis*, P. p. 341 sqq. *y*). Quae sit earum praestantia, qui u ad cognoscenda Ruhnkenii et domestica et lite negotia, iis omnibus, quae hucusque disputavim satis superque demonstratum est.

Sequuntur IX. *ad I. P. D'Orvillium*, Ruhn nii, si quis alius, fautorem et patronum, *Epistol* quae in Anglia primum lucem viderunt, descrip ex autographis, Oxonii asservatis in Bibliotheca Bo lejana; in quam constat migrasse praestantissim

y) Sic enim interpretari liceat Germanicam libri inscrip nem, *Civilistisches Magazin*. Ac de priore quidem v cui, quod aliud satis respondens Latinum vocabulum s stitueremus solliciti, subjecimus tandem *Iurisprudent Civilis* notionem, speramus nos consilium editoris satis secutos esse, omnesque, quibus ea de re judicandi fac tas est, nobis assentientes habituros. Quod autem a rum, *Magazin*, vertimus *horreum*, nec potius *magasen promtuarium*, aut alio simili vocabulo; fecimus imitati Wyttenbachii, quem constat Diarium quoddam Belgic cui a materiae varietate et confusione *Magaseni* non esset inditum, Latine interpretatum esse *Horreum*, e que scriptorem vocasse *Horrearium*; cumque ei de v delectu a semidocto quodam negotium exhiberetur, ipsum *horrei* vocabulum, pro sua Latinitatis peritia, vindicasse, nihil ut reprehensoribus, quod responder amplius relinqueretur. Vid. Epp. Sodal. Philom. p. 2—6.

orum D'Orvillianorum partem. Vid. Praef. Ed. l. p. XXIV. et Bibl. Crit. P. XI. p. 160 — 163. dem nuper in Germania repetiit Friedemannus, cell. Crit. Vol. I. P. III. alias etiam pollicitus. fortasse qui eas a nobis praetermissas malint, e quae neque argumenti nomine valde commen- neque cum reliqua Ruhnkenii indole animique itudine satis convenire videantur. Nos vero in gnoscimus eundem animi candorem, eandemque estiam, quae in reliquis Viri factis scriptisque et; modestiam, dico, non fictam nec temporibus mmodatam, sed veram, ex intimo animi sensu fectam, et omnino talem, qualis decebat Ruhnke- n, tunc temporis Iuvenem Literarum peritissi- n, erga D'Orvillium Virum Amplissimum et Ve- um Literatorem, eumque cui plurima, eaque ma, commoda ac beneficia accepta referret, cu- Musas sese non nisi aegre deserere fassus es- Ep. ad Ritt. II. p. 562 *z*).

Proximae sunt XV. *ad Io. Aug. Ernestum Epi- lae.* Ex his XIV. priores desumsimus e Collectione *pistolarum Ruhnkenii Valckenaerii aliorumque*

---

1) Quapropter non erat, cur, quod a *B.* tamen factum est, in ep. I. p. 615. ante *rogo* haec omitterentur: *per eximiam illam humanitatem, qua Te mihi semper patronum adfuturum affirmasti, demississime* — et Ep. VIII. p. 622. *quo ex ejus correctione nonnihil ad me emolumenti redundaret* post *exscriberetur. D'Orvillii* quidem liberalitatem cum alii laudarunt, tum p. 20 et saepius *Reiskius* in vita sua, et, quem *Bergm.* affert ad Ruhnk. vitam p. 373. *Wassenberghius* in Mnemosyne, T. VIII. p. 308. 310. 329. Wyttenbachius silentio haec omnia in vita R. praetermisit. *F.*

ad Ernestum, quam ante aliquot annos ex autographis edidit IOA. AUG. HENR. TITTMANN, *Lipsiae* 1812. Sed de hoc libro, ejusque Praefatione, in patriae nostrae Literatores ut malevole atque invidiose, ita sordide ac barbare scripta, non est quod pluribus referamus, post aequissimam ejus censuram proditam Philom. L. III. p. 110 — 183. Epistolarum argumentum fere totum *Callimacheum* est, ex iisque luce clarius apparet, quae fuerint Ruhnkenii partes in illa hujus Poëtae editione, quam, ipso et Hemsterhusio juvante, protulit Ernesti a. 1762. Quo in libro quum frequentem Ruhnkeniani nominis mentionem fieri, res ipsa loquatur; singula loca si quis quaerat, ei satisfaciet Editoris Angli diligentia, qui ea indicavit Praef. p. XXVI. Praeterea vero nonnulla ejus reperiuntur inter Testimonia Veterum de Callimacho, p. 590. Ex iisdem porro Epistolis, de Ruhnkenii operâ Ernesto praestita in repetendâ *Corradi Quaestura* a. 1773, constat uberius, quam ex Wyttenbachii narratione in Vita Ruhnk. p. 164 sq. Vid. Ep. I. p. 630. IV. p. 640. Quae denique superest Epist. XV, hanc nobis non Tittmannus, sed, ut suo loco significavimus, suppeditavit SEEBODII Diarium Germanicum, nomine *Bibliothecae Criticae* inscriptum *a*).

Ex eodem Diario profectae sunt, quae literas ad Ernestum excipiunt, III. *ad Ritterum Epistolae b*):

---

a) A. 1821. P. IX. p. 746. ego eam primum edideram, simul cum tribus illis ad Ritterum datis Epistolis. *F.*

Quem ordinem in collocandis epistolis secutus sum, faprobari posse lectoribus confido, inspecta ea tabula, omnium scriptionum, quas continent haec duo vo-

quas, vellemus, superioribus proxime subjicere licuisset, nisi Seebodii liber sero in manus incidisset no-

lumina, seriem exhibet atque inscriptionem. Sed referam paucis de ineditis epistolis, quibus *Bergmani* sylvam augere mihi licuit.

Ac primum quidem octo epistolis ad *Ritterum* scriptis atque ab *Hauboldo* primum emissis addidi sedecim alias a discipulo mei ac Ruhnkenii, quantum in aetatem cadebat, studiosissimo Wittenbergae a. 1821 mihi oblatas. Fuit is optimae spei adolescens, Fridericus, *G. F. C. Iungwirthi*, I. V. D, et suis et civitati et lyceo Wittenbergensi praematura morte a. 1825 erepti, filius natu major, qui in *C. G. Assmanni*, oeconom. profess. acad. olim Wittenberg., supellectile literaria praestantissimum hoc κειμήλιον reperisset. Adjectae erant duae *G. Meermanni* et quinque *Ioa. Royeni* epistolae. Conf. praefat. oratt. Hemsterh. Viteb. 1822 separatim editarum p. V. sq. Ne quid omissum existimaretur, quod faceret ad Ruhnkenii voluntatem officiosissimam et summam Batavorum in evocando Rittero constantiam declarandam, *Royeni* epistolas adjeci, quamvis, ut chartae parcerem, minoribus litteris exaratas. Etsi enim praevideo, fore, qui talia contemnant, habeo tamen, quo culpam meam, si qua est, vel omnino purgem, vel certe imminuam. Neque *G. Meermanni* epistolas rejeci, quippe quum reliquis ejus epistolis, quas *Hauboldus* l. c. edidit, explicandis inservire possent.

De epistolis ad *D'Orvillium* scriptis satis est dictum antea. Quatuordecim ad *Ernestium* datis epistolis unam tantum addere potui repertam apud *Assmannum*.

Quas ad *C. G. Heynium* datas viginti posui, roganti mihi transmisit *A. H. L. Heerenii* V. Cl., humanitas, quam saepius expertus non possum non summis laudibus ferre. Delibaveram quaedam ex his copiis speciminis loco in Miscell. nostris Crit. Vol. II. P. I.

Sequuntur epistolae variae, in quibus quas ipse addidi, significabo. Ad *Raphelium* scriptas quis mecum communicaverit, suo loco p. 705. narravi. Quam ad *Kulenkampium* Ruhnkenius scripsit, *F. A. Eberti* V. Cl. amicitia ad me misit in *C. G. T. Schoenemanni*, prof. olim Got-

stras. Incidit autem rara quadam felicitate, de eo magis laetamur, quo magis dolendum fuisset

---

ting., libris servatam. Epistolam ad *Imm. Kantium* tam petii ex *Rinkii* libro p. 712. nominato atque Ba ut videtur, prorsus ignoto. Quae ad *Musgravium* et *whittum* scriptae sunt epistolae, protuli ex libro Ang quem p. 718. significavi a *Bergmano* neglectum. *Vossius* a me rogatus misit epistolam ad se datar admodum benevole addidit, quam ipse deinde ad *R kenium* latine scripsit, quum praeterea ubique fere naculo sermone uteretur et in epistolis conscriben libris in vulgus emittendis. De quibus rebus nupe tulit *H. E. G. Paulus* in Lebens- u. Todeskunden *I. H. V.* (Heidelb. 1826.) ubi addita sunt, quae *Vo* ipse de vita sua proposuit. Ad *Rinkium* data epi latuit in libro supra allato. Duae epistolae ad *Schneiderum* missae in manus meas tradidit benevole *G. A. H. Stenzelii* generi, acad. Vratisl. prof. hist. epistolis duabus ad *F. A. Wolfium* datis paulo post d tur. Illud non praetereundum est, praeter eam qua gitur p. 740. annotationem, quum paulo post edita lecta in Germania libri in vulgus exituri censorum diciis subderentur, usque ad obitum d. 20. Aug. a. nihil palam scriptum esse a viro et ingeniosissim vero etiam frenorum impatientissimo. Praeterea non possum supprimere, quod *Ebertus* mecum com nicavit epistolae ad *Bandinium* datae fragmentum. epistolas ad multos, quos scirem, viros doctos in Ge nia missas frustra indagare studui, muliercularum rumque et haeredum incuria sive deletas sive neglecta

Ad AUG. MAR. BANDINIUM.

IN BANDINII CATALOGO CODD. GRAEC. BI LAURENT. T. III. praef. p. V.

Quod scribis Te dubitare, an, graecis codicibus rec tis, latinos etiam recenseas, quaeso, vir praestantis tollas omnem dubitationem, et opus, quod pulcerrim

notitiam nostram fugissent literae illae, cum aliis de causis memorabiles, tum vero propterea quod iis, quae de oblata, Ruhnkenii commendatione, Rittero Iuris Publici in hac Academia cathedra prodita sunt in Vita Ruhnk. p. 87 — 89, mirum quantum affundant lucis.

Sequuntur jam singulares Epistolae Epistolarumque fragmenta, ex multis aliunde locis petita, de quibus breviter adhuc dicendum est. Ac de prima quidem ad V. Doct. *W. F. van der Wilp*, qua occasione scripta sit, supra diximus. Eam excipiunt *Fragmenta Epistolarum ad I. D. Lennepium*, eximium Valckenaerii discipulum, qui Groningae primum, deinde Franequerae bonas Literas tradidit; ut constat ex Valckenaerii ad Phalaridis Epistolas, ab illo ad editionem paratas, Praefatione. Cf. Bibl. Crit. P. II. p. 63 sqq. 74. Eidem Lennepio, *Coluthi* carmen *de raptu Helenae* a. 1747. edenti, gratulatus fuerat Ruhnkenius *Carmine Graeco*, unico, quantum novimus, poëseos Ruhnkenianae monumento, quod retulimus p. 70 *c*). Eidemque, praeter collationem Codicis Ms., in gratiam ejus ab amico Reimaro Hamburgensi impetratam, ejusque libello subjectam in Addendis p. 198 — 203. paucas suppeditavit obser-

---

choasti, feliciter consummes. Noli indignari, si homines a musis alieni haec frigide excipiant vel contemnant. Eadem omnium eruditorum sors est. Cogita potius, quanta tibi laus parta sit, quantum decus, tum apud eos, qui nunc sunt, tum apud seram posteritatem. Equidem institutum tuum, quocumque modo possum, ubicumque possum, laudibus fero, et eruditos nostrates ad tuos libros legendos excito et impello. Lugd. Bat., 8. Maji 1769.

c) Ego supra referendum putavi praef. p. XI. *F.*

vationes, quae leguntur ibid. p. 205, 206, 207, sed cum argumento Coluthi arctius conjunctas, quam ut inde divelli possent. Quo pertinent, quae aliquando scripsit Rittero Ep. II. p. 556 sq. *se etiam pauculis suppeditante* prodiisse Lennepii Coluthum, et quae in hujus Praefat. leguntur p. XIII. Ceterum plures etiam Ruhnkenii literas subinde memorat Lennepius l. c. eique nonnulla accepta refert in Phalarideis p. 130 et 332: sed eas omnes post mortem Viri egregii cum aliis multis esse deletas, auctor nobis est Cl. Wassenberghius: qui quum in auctione librorum Lennepianorum sibi emisset chartarum fasciculum, in quibus scriptae essent Lennepii *Observationes et Conjecturae in multos Auctores Veteres Graecos et Latinos;* has inter exemplum reperit literarum ab ipso ad Valckenaerium datarum, unde illae ductae sunt reliquiae, quas nobiscum humanissime communicavit Venerandus Senex.

Proximae sunt *duae ad Io. Albertum Epistolae,* quae, ut diximus, debentur Viro Cel. *Ionae Guilielmo Te Watero,* nuper eheu, quamvis valde seni, Literis nostris, Academiae, Patriae, Ecclesiae, fatali necessitate erepto. Idem, pro sua humanitate, nobis pollicitus erat apographum *Diplomatis* illius *Wittebergensis,* quo, post quinquaginta annorum intervallum, Ruhnkenium denuo *Philosophiae Doctorem et Liberalium Artium Magistrum* dictum esse, scripsit Wyttenbachius in ejus Vita p. 262. Ejus enim ajebat sese exemplum habere; at dolemus, in ditissimo, quem sibi collegerat Ven. Senex, Chartarum S. aliarumque thesauro, ejus generis nihil reperiri tisse.

Ut cum aliis doctis aequalibus, sic etiam cum *Piersono* literarum commercium Ruhnkenio fuit: ut patet ex iis quae leguntur ad *Moeridem Attic.* p. 114. Cujus Grammatici edendi auctorem sibi, cum Lennepio, fuisse Ruhnkenium, fatetur Piersonus in Praef. p. VI. eique sese debere ordinem verborum Moeridis e Cod. Coislinensi, seu Sangermanensi, inditumque Herodiani libellum, ait ibid. p. VIII. et XLVI sq. Pauca, ipsis Ruhnkenii verbis in Addendis servata, in usum nostrum convertimus. Alia plura indicavit Ed. Angl. Praef. p. XXV. Quod superest, alterius Grammatici editori, *G. Koenio*, *Gregorium de Dialectis* a. 1766 ornanti, similem opem tulit, duorum exemplorum Collationes, plurimaque Apollonii Dyscoli fragmenta inedita, ei suppeditando: vid. Praef. p. XXXV, XXI, XLII. Ruhnkenii literas ad se datas diserte memorat Koenius ibid. p. XVIII. et ad Greg. p. 37 et 114 *d*). Reliqua hujus libri loca, ubi aliqua ejus mentio fit, notavit Ed. Angl. Praef. p.

---

d) Quos h. l. praeteriit populares quibus cum Ruhnkenio litterarum commercium fuisse credibile est, eos *Bergmanus* ad Ruhnk. vit. Wyttenb. p. 484 sqq. affert, in primis *Eldikium*, *P. Burmannum* Minorem, *Santenium*, et *I. Ruardium*, rarissimum antiqui Grammatici de Synonymis Ciceronianis libellum, auctore Ruhnkenio, si per vitam et alia negotia licuisset, editurum: qua de re conf. *Wassenberghii* Orat. Eucharist. p. 27. et *Peerlkamp.* in praef. ad Xenoph. Ephes. p. 59, praesens operae Ruardianae possessor et futurus editor. In exteris commemorantur praeter eos, quorum nomina allata variis locis leguntur, *Edwardsius*, *Gesnerus*, *Herelius*, *Hottingerus*, *Morellius*, *Rossius*, *Porsonus*. *Tzschuckio* quoque aliquot epistolas scripsit de Strabone, olim a me visas, postea frustra quaesitas. *F.*

XXXVI. Ex his unam, eamque egregiam, de Dianae nomine animadversionem, p. 140. proditam, repetivimus in Miscell. Lat. p. 710 — 713 e).

Epistolam, qua Ampliss. Munchusio, Academiae Goettingensis Curatori, in defuncti Gesneri locum, Heynium commendavit Ruhnkenius, commemorat Wyttenb. in ejus Vita p. 113. Unde, quum constet Munchusium cum eo egisse per Illustriss. Iungium, probabile fit, hanc esse ipsam illam *Ep. ad Iungium*, ab Heerenio in Vita Heynii servatam: quam eo magis inde repetendam judicavimus, quo dignior nobis videbatur, quae in exemplum ejusmodi epistolae commendatitiae et ipsa commendaretur.

Sequitur *Fragmentum Ep. ad I. F. Heusingerum*, e Bibl. Bremensi desumtum, quod item legitur in Ed. Londin. Initium commercii literati cum hoc viro, quo tempore exstiterit, patet ex Ep. ad Ern. VII. p. 648. cf. et p. 650. Post eundem impulit ad retractandum *Mallii Theodori de Metris* libellum, qui denuo prodiit ejus curâ Lugd. Bat. 1766. eique cum varietatem scripturae duorum Codd. Paris. suppeditavit, tum egregias quasdam observationes, quas in Miscell. Lat. transtulimus p. 710, 717, 740, 749, 755, 758, 761 sq *f)*. Fatetur item Heusingerus p. 63, ad edendum e Cod. Guelpherbytano *Pomponii* Grammatici Commentarium in utramque Donati artem, Ruhnkenium sibi adhortatorem exstitisse, inter-

---

e) Omissam a me esse nemo mirabitur. *F.*

f). Ego ut alienas ab hoc loco et viris doctis satis aliunde cognitas, ut chartae parcerem, praetermisi. *F.*

posita etiam Hemsterhusii auctoritate *g*). Nam de *Nepotis Fragmentis*, Theodori libro subjectis p. 105 sqq. res est notissima ex Vita Ruhnk. p. 126 sq.

De insigni *Epistolae ad Wyttenbachium* parte, ex Ann. ad Plutarch. de S. N. V. desumta, non est quod peculiariter dicamus. Nam de frequenti horum duumvirorum commercio literato nemo dubitat, et satis superque constat ex plurimis Vitae Ruhnkenii locis: vid. p. 170, 174, 193, 196, 199, 200, 202, 265, 274. item Ep. ad H. Bosschium, Bibl. Crit. P. XI. p. XXXV. Quae omnia nostra facere constitueramus, nisi integras literas editurus esset Cl. Mahnius *h*).

Similis ratio est *Epistolarum ad L. C. Valckenaerium*, e quibus cum duae nobis oblatae essent, eas potius visum est Mahnio cedere, reliquis, magno numero a Wyttenbachio collectis, adjungendas: nam de fragmento, quod exstat in Vit. Ruhnk. p. 44. idem valet, quod modo diximus. Interim non negligendas putavimus duas egregias Ruhnkenii animadversiones e *Theocriti Decem Idylliis a Valcken. editis a.* 1773. p. 98 et 202. Similes aliae exstant ibid. p. 217 sq., 307, 335, 402: sed illae omnes cum reliquo argumento arctissime conjunctae. Omnino

---

g) Hunc librum nostra demum aetate edidit *Fr. Lindemannus* Lipsiae a. 1820. *F.*

h) Alia epistolae ad Wyttenb. datae fragmenta deteximus in Viri Cl. Annot. ad nuper editum Boissonadii Eunapium p. 4, 17, 58, 325. Sed et haec suo loco reliquimus. *B.*

Neque ego a me potui impetrare, ut totius corporis a Mahnio colligendi membra quaedam particulatim apponerem; modo hic sitim nostram diu jam excitatam mox restinguat. *F.*

frequens est in hoc libro Ruhnkenii mentio, laudatis in Ed. Angl. Praef. p. XXXVIII. Quo tinet, quod ait in Praef. p. IV. Valckenaerius, *risini Codicis lectiones, emendationes quasdam ex ineditis Grammaticis permulta secum com nicasse Cl. Ruhnkenium.* Similem operam a eruditissimo praestiterat antea a. 1754. *in Euri Phoenissis*, vs. 28, 216, 481. ejusdemque a. *Hippolyto*, vs. 77, 386, 630, 689, 890, 1038; ac ribus etiam *Diatribes Euripideae* locis, notatis tori Anglo p. XXXVII: et praestitit quoque post *Theocriti, Bionis et Moschi Bucolicis* a. 1779. de, quae huc pertinent, enotavit ejusdem dilig p. XLI. et insignes aliquot locorum Bionis eme tiones retulit in hujus libri censura Cl. Wytte chius Bibl. Crit. P. V. p. 6 sqq. e quibus illam, in Bionis Id. I. v. 77. pro vulgata lectione, *ῥαῖ μιν μύρτοισιν, ἀλείφασι, κ. τ. λ.* Ruhnkenius feliciter stituerat, *ῥαῖνε δέ μιν Συρίοισιν ἀλείφασι*, probavit Burmannus ad Propert. p. 299. Omnino in Bu cis poëtis corrupta plurima sanasse Ruhnkenii men, nemo mirabitur, qui meminerit, quam dili ter olim in Theocriteis versatus fuerit, ipso teste ad Ern. I. p. 625.

De *Ep. ad Vaassenium* V. Cl. qua ante item usus erat Editor Anglus, suo loco diximus: uti *Narratione de Vitâ Ruhnkenii*, quam, ab ipso tine conscriptam, vernaculo sermone prodidit in Pomeranis Ven. *C. G. Hakenius.* Ne quis a censeat, nos nobis ipsos parum constitisse, qui antea Animadversiones Platonicas, Gallice scri Gallice servassemus, hanc Notationem Latinam

fecerimus; alia illarum, alia hujus fuit ratio. Ac
is quidem quae supra diximus repetere, nihil
et. Hanc autem, e Scriptoris manu Latino ser-
profectam, Latinam quoque reddere maluimus,
rtim cum ei Latine scripta addita esset Epistola.
ssa, quae sequitur, ad *H. Bosscham* de Eu-
metaphraste, Capitone Lycio, Epistola nunc
m edita; alterius ad *Heerenium* pars, et inte-
ad *Schweighaeuserum* de Scaligeri emendatio-
Polybianis literae, exstant etiam in Ed. Lond.
eodem porro Schweighaeusero, Appianum eden-
gmenta inedita ex Grammatico Sangermanensi
nicavit Ruhnkenius, T. III. p. 16 — 18.

Literas ad Virum Ampliss. *B. P. van Wesele*
lten, insigni ejusdem Viri humanitati, quo par
ti animi sensu, acceptas referimus. Quae eas
t, ad *Ios. de Retzer*, Hieronymi Balbi edi-
guntur quoque in Ed. Londin. Illas ad *Hier*,
m et *Spaldingium* Wyttenbachii debemus
locis laudatis. Quae *ad Amicum quemdam*
, in Vit. Ruhnk. p. 260 servata sunt, nisi ar-
ti nomine, at propterea quia sunt Ruhnkenii,
emoranda erant. *i*) Alia vero eorum ratio est,
ex literis ad *F. A. Wolfium* supersunt. Quam-
enim paucissima, insignem in illa brevitate vim
t ad cognoscendam Ruhnkenii de illa a Wolfio
rolegomenis Homericis tractata quaestione senten-
praesertim si, quod nos fecimus, cum Wytten-
narratione conjungantur. Atque utinam inte-
literas, gratissimum sane futurum omnibus Lite-

Ego paucissima ista verba ex instituto meo omisi. *F.*

rarum amantibus munus, aliquando in lucem pro ret Cl. Wolfius *k*)!

Et quandoquidem nunc in hoc argumento sati sumus, juvat de aliis insuper Ruhnkenii lit tam ad cives, quam ad exteros datis, referre. I ne illas ad *Wesselingium* commemoremus, quas in manus incidisse scribit Wyttenbachius Vit. Ru p. 86. vel eas, quas sese ab eo accepisse, tes tur *Hultmannus* in Miscell. Epigraph. p. 441 *Medenbachius Wakkerus* Amoen. Liter. p. 4 *Musgravio m)*, quocum Parisiis amicitiam junx profuit, cum *Exercitationibus Euripideis*, edit 1762, tum in edit. *Sophoclis Oedipi Tyranni*, laudatis in Praef. Ed. Lond. p. XXVI et XLV. Pr *Brunckio*, cui a. 1786. *Sophoclem* edenti, pr alia excerpta inedita, insignem opem tulit in e dendo Lexico Sophocleo, quo continentur mul deperditis fabulis fragmenta et voces a veteribus g

---

k) Quas ego protuli plenas epistolas, *Wolfii* ipsius hum tas meo rogatu ad me paulo ante obitum transmisit, quam specimen editas in Miscell. Critt. Vol. II. P. 19 sqq. Nec dubito, quin plures edantur ab eo, qui quam viri summi supellectilem litterariam bono pu nunc cum maxime apparat. *F.*

l) Adde, multa ei accepta retulisse *van Goensium* in Porphyr. de antro Nymph. Traj. ad Rh. a. 1765. *H. Barkeri* Aristarch. Anti-Blomfield P. I. p. 53. *F.*

m) Epistolam ad eum datam retuli p. 718. Anglicu liber quum rarissimus sit in his regionibus, curabo quae eo continentur epistolae *Brunckii*, *Villoisoni* rumque quam plurimae, referantur in *Seebodii* Archi Philol. u. Pädagog. *F.*

p) Idatius *in Chronico anno Abrahami* 2430. qui Kalendis Octobris A. C. 313. inchoatur, *Ataulphus*, inquit, *apud Narbonam Placidiam duxit uxorem.* Olympiodori narrationibus de his nuptiis, quae p. 148. 149. ed. Venet. leguntur, nihil potest esse praestantius. Verum ob illud ipsum longiores sunt, quam quae hic locum invenire possent. Recte quidem atque ordine facit, cum diem nuptialem *A. C.* 414. *Constantio et Constante Cos.* Narbonae agitatum refert fuisse. Deteriora tradunt Jornandes *de Reb. Geticis c.* 31. et Paullus Diaconus *in fine Lib.* XIII. *p.* 92. *Tom.* I. *Script. Rer. Italic. Muratorii.* Nam uterque Ataulphum dicit, in Foro Livii Placidiam in matrimonium duxisse. Sed pluris facio Idatii et Olympiodori auctoritatem, nisi quis Duumviros istos vel sponsalia in Italia celebrata putet respexisse, cujus III. Mascovio in mentem venit *Lib.* VIII. *Hist. Germanic.* §. 36. n. 1. Guiliel. Catellus *Rer. Occ. Lib.* III. p. 453. discrepantes

igitur Mensis Januar. nuptiis dixerunt, in aedibus
ii cujusdam celebrandis. Sed juvat, nuptiarum
ex Olympiodoro referre paulo fusius, quo, qui
pud illas gentes fuerit, lucide appareat. Placidia
, cum regio ornata cultu, in aula apprime splen-
locum occuparet digniorem, assedit illi Ataulphus,
minus a natura ad decus dignitatemque fictus,
hoc ipso tempore laenae cujusdam ornamento
s. Jam vero Ataulphus, quantum sibi in Placidiae
placeret, illustri prodidit documento. Nam cum
us lautissimisque donis sponsam cumulavit, tum
e quinquaginta pueros vestimentis nitide decoratos,
iter muneri dedit. Quod quidem donum auxit
e lapillorum aurique haud exigua vis. Nec, dum
etur, caruit decore. Juvenes enim illi aptissime
is dona concinnaverant, quos utraque gestantes
Placidiae offerebant. Cumque sponsus sponsaque
um ingrederentur, more institutoque majorum,
s ac virgines lectum circumstantes, scite festiveque
nt, Attalo primum, deinde Rustacio, Phoebadio
e praecinente. Sic illis nuptiis tam barbari, quam

---

s ita sibi commode conciliasse visus est, si Ataulphum
n A. C. 410. in Foro Aemilii sive Imolae duxisse quidem,
arum cerimonias ad A. C. 414. Narbonae peragendas,
diceret. Sed nos quidem isto Gallo, si nihil certius
non aegre carebimus magistro. Conferantur viri eximii
Pagius *in Critica ad A. C.* 414. *n.* 2. et du Fresnius
il. Byzantin. p. 58. *ed. Venet.* et Philippus Labbeus *in*
Olympiodorum. Ex his patet, quantum Carolus Sigonius
n. Occident. Lib. II. *p.* 184. conjectura aberraverit, cum
diem nuptialem apud Forum Cornelium agitatum, quam-
nunc quoque, quam ipsum Honorium ad illas honestandas
invitatum esse, tradit. Si quis vero Candidianum, nu-
conciliatorem, propius nosse velit, illi, credo, satisfaciet
s Norisius *in Historia Pelagiana p.* 97.

Romani, gavisi vehementerque laetati sunt *q*). Ne defuerunt eo tempore, qui tum maxime Danielis divi nationem, qua *filia regis Austri Regi Aquiloni jungi tur, nullo tamen superstite liberorum*, facto compro batam, probe magis, quam acute, judicarent.

X.

Ataulpho vero, ut Gottfridus Viterbiensis *r*) Otto Frisingensis *s*), scriptum reliquerunt, Heracle loco ad Rhodanum sito, regiam sibi constituit sede quam nomine Palatii Gothorum postea insignem fui scimus. Silvam etiam, quae hanc civitatem adjacet, vetustis Monasterii S. Aegidii tabulis, silvam Gothica *la Selva Gothesca*, dici, prodit ille, quem paulo an excitavimus, Guiliel. Catellus *t*). Neque minus Jacob

---

q) Idatius *in Chronico An. Abraham.* 2430. *In quo prophe Danielis putatur impleta, qui ait filiam Regis Austri soci dam Regi Aquilonis: nullo tamen ejus ex eo semine subsiste*

r) *In Pantheo Part.* 16. *p.* 402. *apud Pistorium Tom. Ataulphus vero, rex Gothorum, amore uxoris suae Placid quae erat soror Honorii Imp. a finibus Romanorum discedit, in Gallia prope civitatem Narbonensem, ubi hodie Villa Aegidii dicitur in loco, qui usque hodie Palatium Gothor dicitur, consedit supra Rhodanum fluvium.*

s) *Chronic. Lib.* IV. *c.* 21. *apud Urstisium Tom.* I. *S Ataulphus amore uxoris Placidiae a finibus Romanorum seced ac in Gallias juxta provinciam Narbonensem, quam postmod Vir Dei Aegidius inhabitans, metropoli ex nomine suo, villa S. Aegidii dicatur, dedit, in loco, qui usque hodie P latium Gothorum vocatur, consedit.*

t) *Vid. Histoire des Comtes de Tolose p.* 5. Adde *ejusd Memoires de l' histoire du Languedoc p.* 453. ubi relatum leg Monasterium S. Gilles in chartis vetustis, quae Monasterii bliothecis attinentur, Monasterium S. Aegidii in Valle Flavi

Sponius u), priscae vir doctrinae, inscriptionem in lucem protraxit, qua, quae laudati scriptores de hoc Gothorum Palatio enarrarunt, confirmari egregie posse, sunt, qui arbitrantur. Sed, ecce, tibi illud marmor:

...i. Credit igitur vir doctus, Vallem Flavianam a Flavio, in ...o cognomine Wisigothi Reges sibi magnopere placebant, nomen ...nisse.

u) Confer, si placet, ejus *Miscellanea eruditae antiquitatis* ...g. 157. Eandem inscriptionem, tabulae marmoreae incisam, ...e prope monasterium S. Gilles inventa sit, laudat Petrus Ga... *in Serie Praesulum Megalonensium p.* 7. Ego tametsi non ...dubium voco, quae Gottfridus Viterbiensis et Otto Frisin...is de Palatio Gothorum tradidere: tamen non possum non ...m doctissimis Gallis, qui *Languedociae Historiam* nuper con...scripserunt, falsitatis illam inscriptionem arguere. Adeas velim ...rum optimorum disputationem p. 643. n. 46. quae quidem ...n elegans idoneo harum rerum arbitro, Ill. Mascovio visa est, ...n ut Observationibus ad Hist. Germ. Tom. II. p. 78. totam ...ret. Ac primum quidem inter se homines apprime eruditi, ...Sponius l. c. Joannes Harduinus *in Plin. Lib.* III. *c.* 4. et ...che *en Histoire de Provence*, de loco, quo Inscriptio reperta ...itur, dissentiunt, quod quidem signum satis luculentum est, ...postorem aliquem hanc tabulam subjecisse. Deinde Flavii no...n nullis comprobatur monumentis, imo ex more Seculi Flavius ...ulphus, non Ataulphus Flavius scribendum fuisset. Denique ...eriles verborum lusus: *Regum rectissimus Victorum invictis...ius*, minutum quoddam et umbrativum *) redolent ingenium, ...lia tulerunt superiora tempora. Ista vero *Caesarea Placidia* ...l Heracliteae severitatis homini risum excuteret. Nam barbarus ...e Inscriptionis auctor, quisquis demum fuerit, historiae lumine ...stitutus, vim ac potestatem, quam veteres verbo *Caesareae* ...bjecere, minime intellexit. Plura laudati viri suppeditant ...gumenta, ad auctoritatem harum tabularum infringendam, com...parata.

*) Haec forma omni auctoritate caret. *B.*

ATAULPHO. FLAVIO.

POTENTISSIMO. REGI. REGUM.
RECTISSIMO.
VICTORI. VICTORUM. INVICTISSIM
VANDALICAE.
BARBARIEI. DEPULSORI. CAESAREA
PLACIDIAE.
ANIMAE. SUAE. DOMINIS. SUIS.
CLEMENTISSIMIS.
ANATILII. NARBONENSES. ARECOMI
OPTIMIS. PRINCIPIBUS. IN. PALATIO
POSUERUNT.
OB. ELECTAM. A. SE. HERACLEAM. IN. REGIA
MAJESTATIS. SEDEM.

XI.

Sed Ataulphus uberrimum sibi ex nuptiis fruc
cepisse visus est, cum Placidia exoptatissimum eo
anno filium eniteretur, cui quidem nomen ab A
Theodosio M. haesit. Hunc quamquam uterque parent
magnopere sibi congratulabatur: tamen illa laetitia f
minus diuturna. Nam paulo post, turbato naturae
dine, e vita migravit. Ipse Ataulphus cum filio susce
laetans, tum Placidiae suavitate delinitus, pacis co
servandae studio, si quisquam alius, ducebatur.
Constantius, qui nuptias celebratas graviter molesteq
ferebat, id sibi negotii datum esse putavit, ut illo i
anno Ataulphum bello persequeretur *x*). Hic igit

---

x) Olympiodorus *p.* 149. *ed. Venet.* ὅτι Ἀδάουλφος τεχθε
τος αὐτῷ ἐκ τῆς Πλακιδίας παιδός, ᾧ ἐπέθηκε κλῆσιν Θε
δόσιον, πλέον ἠσπάζετο τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν. Κω
σταντίου δὲ καὶ τῶν περὶ Κωνσταντίον ἀντιπραττόντω
ἔμενεν ἄπρακτος ἡ τούτου καὶ τῆς Πλακιδίας ὁρμή. Ατ

lacessitus, Attalum, quem, tanquam inanis imperii ıcrum, secum ex Italia duxerat, ad insignia γ) talia resumenda, incitavit. At Constantius cum in Galliam profectus, Gothis fuit superior, et hum e Gallia in Hispaniam secedere coëgit, *Con-* *et Constante Cons. A. C.* 414 *z*). Sequenti *1. C.* 415. *Honorio* X. *et Theodosio* VI. *Cons.* hus Barcinonae consedit, in qua civitate filium ›sium sepeliendum *a*) curavit. Ipse paulo post

---

ıato sibi e Placidia filio, cui Theodosio nomen dedit, ım amplius Rempublicam amare videbatur. Verum Con- ejusque asseclis repugnantibus, ejus et uxoris Placidiae ineundae) conatus frustra fuerunt.

rosper Aquitanus *in Chronico ad Consulatum Constantii ıtantis A. C.* 414. *Attalus*, inquit, *Gothorum consilio et io tyrannidem resumit in Galliis.* Adde Paulinum *in ıstico* v. 298.

quippe Gothis fretus, (Attalus) male jam sibi notis,
ad praesidium vitae praesentis habere
etiam imperii poterat, per se nihil ipse
pibus propriis, aut milite nixus.

rosius *Lib.* VII. *c.* 43. Anno ab V. C. MCLXVIII. *Con- Comes Gothos Narbona expulit, atque abire in Hispa- ëgit.* Hic annus V. C. ex computatione Capitolina incidit ulatum Constantii et Constantis A. C. 414. Consulatur Pagius *in Critica ad an. cit. n.* 3. Idatius *in Chronico Honor.* XXII. i. e. *A. C.* 414. *Ataulphus*, inquit, *a Constantio pulsatus, ut relicta Narbona Hispanias per quendam Gothum apud Barcinonam inter familiares trucidatur.*

Olympiodorus et Idatius locis citatis. Franciscus Diago *in a Comitum Barcinonensium Hispanice conscripta Lib.* I. 5. Ataulphum, existimat, Barcinonam tum sibi regiam legisse, quod mihi quidem secus videtur. Certe observavit quid Constantius adversus se moliretur.

inter bellicos apparatus, fraude servi cujusdam, q
Dobbium vocant, interiit, coeli prius ruinam, q
tale quid praecipiens cogitatione, quippe equos suo
more in stabulo dicitur contemplatus *b*). Hinc
apposite Carolus Sigonius *c*) eum propterea a G
occisum judicat, quod Placidiae voluntati obsec
plus, quam par erat, pacis studia coluisset.

XII.

Jam Ataulphus moriens animo praesagiebat, se
tincto, Placidia, Gothis exosa, nihil infelicius futu
Quare fratri suo, ut eam Honorio redderet, imperav
Neque vano ille divinavit augurio. Nam Singeri
quidam non lege, sed partium studio ad regnum
tus, et Ataulphi liberos e priori conjuge susceptos
teremit, et in Placidiam adeo ipsam rabie saeviit t

---

b) Prosper Aquitanus *in Chronico Honorio* X. *et The*
VI. *Coss. A. C.* 415. *Ataulphus a quodam suorum vulne*
interiit. Paullus Orosius *Lib.* VII. *c.* 43. *Ataulphus apud*
cinonem, Hispaniae urbem, dolo suorum, ut fertur, oc
est. Olympiodorus *p.* 149. *Εἶτα ἀναιρεῖται καὶ Ἀδάουλ*
(εἰς ἐπιτήρησιν τῶν οἰκείων ἵππων, ὡς εἴθιστο αὐτῷ,
τρίβων ἐν τῷ ἱππῶνι) ἀναιρεῖ δὲ αὐτὸν εἷς τῶν οἰ
Γότθων Δόββιος τοὔνομα. Interficitur deinde et Atau
ipse (dum equos suos de more in stabulo contemplatur) a
quodam ejus domestico, Dobbii nomine. Jornandes *de*
Geticis servum istum Vernulfum vocat. *Occubuit gladio perf*
Vernulfi, de cujus solitus erat ridere statura. Auctor *Chr*
Paschalis ad A. C. 415. *p.* 246. caedem Honorio tribuit, ut
aliquis ab Constantio, qui scelus patraret, subornatus ess
deatur.

c) *De Regno Occidentali Lib.* XI. *p.* 187.

d) Olympiodorus *p.* 149. *Τελευτῶν δὲ Ἀδάουλφος*
ἐταττε τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ ἀποδοῦναι Πλακιδίαν. Mo
Ataulphus fratri suo injunxit, Placidia ut Honorio reddere

[illegible] in pristini mariti contumeliam, una cum reliquis [illegible]tivis, pedibus ante equum incedere sit coacta, idque [illegible]mi illo spatio, quod est ab urbe ad duodecimum [illegible]que lapidem *e*). Sed hoc teterrimum hominis mon[illegible]um terra non diu tulit. Septem enim dies cum fu[illegible]re esset debachatus, Gothorum ferro occubuit *f*). [illegible]nc in regno excipit Vallia, mitius a natura ingenium [illegible]tus. Quamquam enim initio transitum contra Ho[illegible]rium in Africam moliebatur, ac postea bellum terra [illegible]endum *g*) adornabat: a priori tamen conatu naufra[illegible], a posteriore quidem Constantii virtute se depulsum [illegible]it. Misit igitur, qui pacem hac facerent conditione,

---

[illegible]) Olympiodorus *l. c.* *Διάδοχος δὲ ὁ τοῦ Σάρου ἀδελφὸς [illegible]ηφίριχος, σπουδῇ μᾶλλον καὶ δυναστείᾳ ἢ ἀκολουθίᾳ [illegible]νόμῳ γίνεται - - - Καὶ τὴν Πλακιδίαν εἰς ὕβριν Ἀδαούλ[illegible], ἐκ ποδὸς προηγήσασθαι τοῦ ἵππου ἅμα κ. τ. λ. At [illegible]ccessit Sari frater Singerichus, studio potius ac vi, quam [illegible]sione ac lege creatus - - - Atque ipsam* Placidiam *regi[illegible], in Ataulphi scilicet contumeliam pedibus ante equum [illegible]lare coegit etc.*

[illegible]) Olympiodorus *l. c.* *Ἑπτὰ δὲ ἡμέρας ἄρξας, ἀναιρεῖται. [illegible]ημῶν δὲ τῶν Γότθων Οὐαλίας καθίσταται. Septem ille [illegible] cum imperasset, interemptus est, et Gothorum dux Vallia [illegible]tituitur.* Cum Singericho nihil fuerit ab humanitate alienum [illegible]is, nihilque atrocius, mirabile mihi videtur, illum ab Orosio [illegible]. VII. *c.* 43. Dei judicio ad pacem propensum dici.

[illegible]) Orosius *Lib.* VII. *c.* 43. *Deinde Vallia successit in [illegible]num, ad hoc electus a Gothis, ut pacem infringeret, ad hoc [illegible]ornatus a Deo, ut pacem confirmaret.* - - - Placidiam *Im[illegible]atoris sororem, honorifice apud se honesteque habitam, fra[illegible] reddidit.* Juvabit ipsum Orosium evolvisse, quippe qui haec [illegible]nia explicat fusius.

[illegible]) Jornandes *de Rebus Geticis c.* 32. *Constantius ovans cum [illegible]pia armatorum, et pene jam regio apparatu Hispanias petit. [illegible] Vallia Rex Gothorum non minori procinctu ad claustra*

ut, annona recepta, Placidia redderetur *h*). Constanti igitur, qui nunc tandem digito sibi coelum attigi videbatur, e vestigio frumentum, Euplutiumque *i*) M gistrianum, qui foedus percuteret, transmisit. Idem Placidiam *Theodosio* VII. *et Palladio Coss. A.* 416. ab exercitu mox ad Honorium *k*) mittendam

---

Pyrenaei occurrit: ubi ab utraque parte legatione directa, convenit pacisci, ut Placidiam sororem principis redderet, s que solatia, Romanae Reipubl. ubi usus exigeret, non de garet. Philostorgius *Lib.* XII. *n.* 4. *p.* 546. *Ἐκ τούτου βάρβαρον πρὸς Ὀνώριον σπεύδεται, καὶ τὴν οἰκείαν ἀδ φὴν, καὶ τὸν Ἀτταλὸν τῷ βασιλεῖ παρατίθενται αὐτοὶ, τήσεσί τε δεξιοθέντες. Exinde barbari foedus cum Hon percusserunt, et Placidiam sororem atque Attalum Impera Honorio tradiderunt, cum prius ipsi ab Imperatore anno accepissent.* De eadem annona data fidem facit Olympiod loco mox laudando. De obsidibus utrinque iu fidem datis, q rum mentionem fecit Orosius, accurate disseruit Carolus Sigo *de Occid. Imperio Lib.* XI. *p.* 188.

i) Olympiodorus *p.* 150. *Ὅτι Εὐπλούτιος ὁ μαγιστρια πρὸς Οὐάλιον, ὃς τῶν Γότθων ἐχρημάτιζε φύλαρχος, ἀ στέλλεται, ἐφ' ᾧ σπονδάς τε θέσθαι εἰρηνικὰς, καὶ ἀπο βεῖν τὴν Πλακιδίαν. Euplutius Magistrianus ad Valliam thorum praefectum, mittitur, qui pacis foedera iniret, Pl diamque reciperet.*

k) Prosper Aquitanus *in Chronic. Theodos.* VII. *et Pall Coss. A. C.* 416. Placidiam, *Theodosii Imperatoris filiam, q Romae Gothi ceperant, quamque Ataulphus conjugem habue Vallia, pacem Honorii expetens reddidit, ejusque nuptias p meretur Constantius.* Cassiodor. *in Chronico Iisdem Coss. Coss. Gothi placati, Constantio Placidiam reddiderunt, c nuptias promeretur.* Idem legitur apud Paullum Orosium VII. *c.* 43. Accedit tandem *L. ult. Cod. Theodos. de infirm his, quae sub tyrann.* inscripta Constantio Comiti et Patri dataque *A. C.* 416. *Raven. Kalend. Mart.* qua Honorius crimi gratiam facit iis, qui operas suas hostibus in depopulando vo rant esse adjutrices. Ergo jam ante Kalendas Martias pax

xit. Constantius vero, cui campus obtigerat, in quo currere virtus spectarique posset, sequenti anno ope- pretium tulit. Nam et Consul iterum designatus est, Placidiae matrimonio decoratus..

XIII.

Jam vero, qualis quantusque vir fuerit ille Con- ntius, quam brevissime res patitur, nobis erit do- ndum. Constantius igitur Illyrius ex urbe Panaeso, te, ut Philippus Labbeus *l*) ad Olympiodorum suo iculo legi jubet, Naiso, jam inde a Theodosii M. pporibus stipendium meruit *m*), tantamque Honorio

---

dis constituta debet videri. Conf. Jacob. Gothofredus *ad h. l.* Anton. Pagius *in Critica ad A. C.* 415. *n.* 25. Fabulam vero sapit narratio Zonarae *in Annal. Lib.* XIII. *p.* 31. *Tom.* II. *ed. Venet.* itemque Malalae *in Chronogr. Part.* II. *p.* 18. m uterque Placidiam perhibet, ab Alarico captam, tradi- e Constantio cuidam Comiti custodiendam, qui, cum eam, Alarico, ad fratrem perduxerit, primum ad Senatoriam atem, deinde ad affinis gradum, denique ad Augusti fasti- , adspirarit.

l) Olympiodorus *p.* 152. *Ὅτι Κωνστάντιος Ἰλλύριος ἦν νος, ἀπὸ Παναίσου πόλεως τῆς Καδίας, καὶ πολλὰς ρτείας ἀπὸ τῶν Θεοδοσίου χρόνων διελθὼν, ὕστερον καὶ βασίλειον ἀρχὴν ὑπέδυ. Constantius genere Illyrius fuit Panaeso, urbe Daciae, qui multis obitis jam inde a Theodos. temporibus militiae muneribus, ad summum tandem imperii em evectus est.* De Naiso uberius disputavit et fusius is, m laudavi, Philippus Labbeus *in notis ad l. c. p.* 204. et rus Wesselingius, Academiae Ultrajectinae, quin interiorum rum lumen, verumque ornamentum p. 566. in exquisitissimis notationibus, quibus *Itinerarium Hierosolymitanum*, optimo que applaudente, voluit esse locupletatum.

m) Sozomenus *Lib.* IX. *c.* 13. 14. Prosper Aquitanus *in Chronico*, *Theodos. Aug.* IV. *Cos.* Idatius *in Chronico ad An.* XVII. *Honor. A. C.* 411.

virtutem probavit, ut A. C. 412. Magister mili
L. ult. Cod. Theodos. de desertor. et A. C.
Consul in Occidente crearetur *n*). Cumque in
Gothico multa fortiter animoseque fecisset, eodem
quo pacem cum Gothis factam esse diximus, et C
tiva et Patriciatus dignitate ab Honorio est orn
Sane harum titulum dignitatum praefert *Inscr*
Leg. ult. Cod. Theodos. de infirmandis his,
sub tyrannis. A. C. 417. iterum cum Honorio
iniit consulatum, et hoc tandem tempore Placid
tot expetitam votis, nuptiarum sibi foedere junxi
Quae quidem tantum abfuit, ut sibi in hoc sp
placeret, ut potius, quomodocunque poterat, repudi
Tandem, cum diu multumque recusaret, ipse eam fr
manu arreptam, Constantio eodem, quo Consul
iniit, die, tradidit in manus *p*). Anquirentibus
nobis, quid esset, quod Placidia has nuptias tanta
tinacia detrectasset, duorum inprimis venit in men
quorum alterum ad Constantii formam, alterum

---

n) Consulantur Anton. Pagius *in Critica h. a.* Petrus R
dus *in Fastis, Chronologia et Prosopographia Cod. Theod*

o) Olympiodorus *p.* 151. *Ὅτι ὕπατος ὁ βασιλεὺς Ὀνω
προελθὼν τὸ ἑνδέκατον, καὶ σὺν αὐτῷ Κωνστάντιος το
τερον, τὸν Πλακιδίας γάμον ἐπιτελοῦσιν. Honorius Aug
et Constantius* II. *Coss. creati, Placidiae nuptias concilian*

p) Olympiodorus *p. c. Ἐφ' ᾧ πολλὰ μὲν αὐτὴ ἀνανεύο
Κωνστάντιον παρεσκεύασε κατὰ τῶν αὐτῆς ὀργίζεσθαι
ραπόντων. Τέλος ἐν τῇ τῆς ὑπατείας ἡμέρᾳ, ἀπὸ χ
ταύτην ὁ βασιλεὺς καὶ ἀδελφὸς Ὀνώριος ἄκουσαν λα
ἐγχειρίζει παραδιδοὺς Κωνσταντίῳ. Sed has ipsas nu
cum vehementer detrectaret, effecit, ut ipsius famulis indi
retur Constantius. Tandem nihilominus ipso, quo consul
iniit die, manu ipsam arreptam Honorius Imp. frater eju
ritam in manus Constantio dedit.*

Placidiae iracundiam videtur pertinere. Namque Constantii membra non tam apta compositione, quam Ataulphi, oculos movebant; cujus omnes partes inter se cum viro quodam decore consensisse perhibentur. Fuit enim Constantius truci minacique vultu, oculis justo majoribus, cervice sublata, verbo, parum amabilis sexui natiori, ut adeo Placidiae ancillae sub ejus adspectum aegre risum continerent *q*). Neque injuriae, quibus Ataulphum Constantius affecerat, tam cito e Placidiae animo poterant effluere. Si enim in mentem revocabat, eum Constantium et pacem cum Honorio ineundam abbasse, et bello maritum graviore pressisse, et caedem utique, quod Gothorum animi exasperabantur, admanasse, non potuit fieri, quin tantum non capitali eum vio persequeretur.

XIV.

Sed neque Placidia sua obstinatione vim humanitatis compressit. Nam illo ipso anno, quo nuptias celebraverat, aut initio sequentis 418. Justam Gratam Honoriam in lucem videtur edidisse *r*). Constantius

---

q) Olympiodorus *p.* 148. formam Constantii satis graphice descripsit, belle, arbitrans, in eum convenire Euripidis illud: *Ἐμοῦτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.* Aliter hic sentit, neque Honoria, Philippus Labbeus, nisi quis forte illud *ἐπιφώνημα*, cujus et ipsi huic viro erudito in mentem venit, ab Olympiodoro *ἀγωνικῶς* adjectum putet.

r) Olympiodorus *p.* 151. *Εἶτα καὶ παῖς αὐτοῖς τίκτεται, ἣν ὀνομάζουσιν Ὀνορίαν· καὶ ἕτερος πάλιν, ᾧ κλῆσιν ἔθεντο Οὐαλεντινιανός. Hinc nata iis filia est, quam Honoriam appellarunt: filius item, cui Valentiniani nomen datum.* Cum vero Valentinianus A. C. 419. natus sit, ut mox probabimus: Honoria aut A. 417. aut initio 418. lucem aspexit. Integrum ejus nomen nobis servavit Agnellus *Lib. Pontifical. Part.* I. *in vita S. Joannis, τοῦ Ἀγγελόπτου. Cap.* 6. *p.* 68. *Tom.* II.

tum maxime, devictis, Valliae ope, Suevis, Ala
Vandalis, amplissimos sibi triumphos parabat, et A

Script. Rer. Ital. Muratorii, ubi inscriptionem producit, templo S. Joannis Ravennae, Galla Placidia curante, collocat *Sancto ac beatissimo Apostolo Joanni Evangelistae Galla P cidia Augusta, cum filio suo Valentiniano Augusto, et f sua Justa Grata Honoria Augusta, liberationis periculo me votum solvit.* Recte Benedictus Bachinius, qui commendati nostra non eget, ad hunc locum observavit, Placidiam in una filia, geminarum aviarum, *Justae* videlicet et *Gratae*, Ga matris suae, sororum, ex seniore Valentiniano progenitarum, moriam conservare voluisse. Janus etiam Gruterus *in Cor Inscriptionum* MXCVIII. 1. idem hoc monimentum publicis j fecit, in quo id quidem inprimis singulare occurrit, quod Hon titulo Augustae insignitur. Sed quamvis omnes Historici de taceant dignitate, bene tamen res habet. Nam Caesar Baroni museo Laelii Pasqualini *in Annal. ad A. C.* 454. et ex eo C du Fresnius *in Famil. Byzant. p.* 54. aureum protulerunt numis hoc titulo: DN JUST GRAT HONORIA PF AUG et in altera p SALUS REIPUBLICAE, addito Christi monogrammate in co quercea, et infra CONOB. Vidit et Henricus Norisius, uti narrat in *Addendis ad Histor. Pelagianam p.* 2. aureum mum inter numismata Illustriss. Comitis Joan. de Lazara, altera parte iisdem literis, quo prior numus, altera vero C coronata, signatus fuit. Ac nobis quidem credibile est, Honor hoc titulo Constantinopoli fuisse ornatam, quo Attilae furor tigaretur. Refert enim Jornandes *de Regnorum successione* 259. ipsam flagrasse cupiditate nubendi, clamque ad Attil Hunnorum Regem misisse, qui ejus sibi amorem et nuptias a conciliarent. Interim vero, cum mollis femina atque aetate fl amore sexus superioris debacharetur, allexit Eugenium, Proc torem suum, ut muliebre decus, aegerrime hucusque a se c servatum, expugnaret. Neque enim consilia, Attilae sibi co liandi, satis poterant celari. Cumque exirent ea in vulgus, fratre Valentiniano, ne in Attilae manus veniret, A. C. 434. C stantinopolim missa est. Marcellinus *in Chronico, Ariobindo Aspare Coss. A. C.* 434. *Honoria, Imp. Valentiniani soror, Eugenio, procuratore suo, stuprata concepit, palatioque*

nnio et Plinta Coss. A. C. 419. tradita Valliae Aqui-
nii, Galliam omnem reddidit pacatiorem *s*). Eodem
mo, quo, fractis hostium opibus, domum revertit,
gularem ex filio, quo *t*) eum Placidia A. C. 419.

---

*a, Theodosio Principi de Italia transmissa est. Attilam
contra Occidentalem rempubl. concitabat.* Idem plane
mat Jornandes l. c. Legimus apud Priscum Panitem *in ex-
tis Legation. p.* 27. *Tom.* I. *Script. Rer. Byzant.* Attilam,
is iis, quae Honoriae acciderant, Legatos in Occidentem
e, qui Honoriam, dum matrimonium cum Attila contrahere
et, nihil se indigni fecisse demonstrarent. Et certe, cum Attila
C. 452. Italia longe lateque vastata, Romae immineret, refert
ndes *de Rebus Geticis c.* 42. eum esse, legatis obviam
, minitatum, graviora se in Italiam mala illaturum, nisi
riam sibi traderent, opumque illius portionem. Neque minus
Historiae Miscellae Lib. XV. *p.* 98. *Tom.* I. *Script. Ital.
torii.* Attilam, scribit, Honoriam, cum parte regni debita,
se. Consule praeterea Zonaram *in Annal. Tom.* II. *p.* 39.
ris. et p. 31. *ed. Venet.* Theophanem *in Chronographia
ed. Reg. et p.* 72. *ed. Venet.* qui quidem eam perperam
riadem appellat. Hieronymum Rubeum *in historia Raven-
ii Lib.* II. *p.* 100. Anton. Pagium *in Critic. ad Annal.
nii A. C.* 435. *n.* 42. Carolum du Fresnium *in Famil.
ntin. p.* 59. *ed. Venet.* qui tamen in eo errat, quod Valen-
nam Honoriam cum parte regni tradidisse dicit. Nec minore
re Prosper Aquitanus *ad A. C.* 423. Cassiodorus *ibid.* Cu-
nus et recentiores Dionysius Petavius et Joan. Baptista
ciolus ducuntur, qui utramque Placidiae prolem masculam
re.

t) Prosper Aquitanus *in Chronic. Monaxio et Plinta Coss.
A. C.* 419. *Constantius,* inquit, *pacem firmat cum Vallia, data
eidem ad habitandum secunda Aquitania et quibusdam civi-
tibus confinium provinciarum.* Quae omnia Idatius *in Chronic.
Anno Honorii* 24. *i. e. A. C.* 418. exponit paulo largius.

t) Olympiodori locum, ubi de Honoria disserendum erat,
ascripsimus. Prosper Aquitanus *in Chronico, Honorio* XII. *et*

auxerat, laetitiam percepit. Hic postea Valentiniani II nomine regnum Occidentale administravit, nec est, quo

---

Theodos. VIII. *Coss. Placidiae filius nascitur* VI. *Non. Jul.* Theophanes *in Chronograph. ad. an.* XI. *Theodosii, i. e. A.* 418. *p.* 57. *ed. Venet.* τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει ἐγεννήθη Οὐαλεντιανὸς ὁ υἱὸς Κωνσταντίου καὶ Γάλλας Πλακιδίας ἐν Ῥαβέννῃ. *Eodem anno Valentinianus patre Constantio et Galla Placidia Ravennae natus est.* Sed paulo post, quasi correctus se ipsum, eadem verba Anno sequenti 419. repetit. Marcellinus *in Chron. Monaxio et Plinta Coss. A. C.* 419. et Idatius eodem anno Valentinianum natum esse contendunt, quibus nos quidem eo lubentius suffragamur, cum Olympiodorus in fine fragmenti Valentinianum septennem Augustum dicat esse renunciatum. Factum vero illud est, prope praeterlapso A. C. 425. Cogitur igitur ex his, ipsum ante A. C. 419. natum non fuisse. Accedit aliud momentum, neque id contemnendum. Idatius in Chronico, Valentinianum aetatis suae XXXVI. necatum esse tradit. *Valentinianus A. C.* 455. *nefaria cecidit manu.* Ergo anno demum 419 lucem aspexit. Diem ejus natalem ex Polemii Sylvii laterculo apud Bollandum in *Praefat.* ad Vit. SS. Mens. Januar. stabilivit Anton. Pagius ad A. C. 418. n. 73. Ibi enim ad VI. Non. Julias legitur: *VI. Nonas Iulii Natalis genuinus Dn. Valentiniani.* Parum tamen placet hic calculus Benedict. Bachini V. Cl. *in notis ad Agnelli Librum Pontifical. p.* 74. *Tom.* I. *Script. Rer. Italic. Muratorii*, Prosperumque secutus, statuit Placidiam Kal. Januar. A. C. 417. Constantio nubentem, decem et octo mensium spatio (tot enim intercedunt inter praedictam diem et secundum Jul. sive VI. Nonas Julias 418. Valentiniani natalem) Honoriam primum, deinde Valentinianum parere potuisse. Cumque ille septimum tum egisse annum Olympiodoro dicatur, cum primum Augusti nomen usurpavit, A. nimirum C. 425. X. Kalend. Novembr. sive 23. Octobr. annum septimum completum aptius intelligi apud Olympiodorum censet. Verum ipse Agnellus, cujus tamen sententiam vir eruditissimus sibi defendendam sumpsit, eo nos adigit, ut Olympiodorum annum septimum minus completum in animo habuisse credamus. Ita enim Agnellus *Libr. Pontifical.* Part. I. in vita Joannis τοῦ ἀγγελόπτου Cap. V. scribit: *Valentinianus, cum bis ternos annos et quatuor*

quam de eo huc transferamus, cum plurimis mo-
ntis sit ejus nomen celebratum. Tantis, vero, tot
s gestis cum Constantius magis ac magis illustrare-
dignissimus Honorio visus est, qui Theodosio in
malibus Consuli prodeunti A. C. 420. in Occidente
ga daretur *u*). Ipse non minus, quam Placidia,
imum illo tempore auctoritate apud Honorium va-
, quem etiam invitum eo adegit, ut A. D. 421.
l cum uxore Augustali honore, puerulus vero Va-
ianus Nobilissimi titulo ornaretur *x*). Sed cum

---

ra anni essent, Divo Honorio, patruo suo, in imperium
uit. Agnellum vero imperii nomine Caesaream indicasse
item, non item Augustale fastigium, Bachinius fortasse sibi
ersuasit, qui doctissimis alioquin observationibus, curaque
anxia, scriptoris barbarie inquinatissimi, tenebras dispellit.

Vide Antonium Pagium *in Critica ad h. a.* et Petrum Re-
n *in Fastis.*

Olympiodorus *p.* 151. *ed. Venet.* Ὁ δὲ Κωνστάντιος
ιβασιλεύει Ὀνωρίῳ, αὐτοῦ μὲν χειροτονοῦντος, ἀλλὰ σχε-
κοντος. Χειροτονεῖται δὲ καὶ ἡ Πλακιδία Αὐγούστα,
τε ἰδίου ἀδελφοῦ καὶ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς χειροτονησάν-
Εἶτα πέμπεται πρὸς Θεοδόσιον, ὃς ἀδελφιδοῦς ὢν
ίου, τῶν πρὸς ἕω μερῶν ἐβασίλευσεν, ἡ ἀνάῤῥησις
μένη τῆς Κωνσταντίου βασιλείας καὶ μένει ἀπαρά-
. *Constantius vero Honorii in Augustali imperio collega*
illo quidem ipso, sed paene repugnante, constitutus.
lia quoque Augusta a fratre et marito dicta est. Dein
eodosium, qui fratre Honorii genitus Orientes partibus
stus imperabat, de Constantii Imp. electione nuntius mit-
minimeque receptus est. His fere consimilia enarrat Phi-
gius *Lib.* XII. *p.* 550. Caesar Baronius *in Annal. ad A. C.*
Prosperum auctorem probans, Constantium eodem anno,
Consul factus est, a Caesaris ad Augusti dignitatem putat
isse. Falso. Nam Constantius, quantum scimus, nunquam
ris nomen gessit, et anno tantum 421. idem et Augustus
us est et decessit. Neque hic Idatius et Cassiodorus sunt

more institutoque majorum ejus imagines Constantin polim mitterentur, a Theodosio minime sunt recept Quam quidem injuriam cum Constantius nullo mo ferendam putaret, sagum sumpsit, fortunamque b statuit experiri *y*). Sed vitae brevitas vetuit spes t longas inchoare. Namque moerore, quem inde hauriel quod imperium suscepisset, adeo affigebatur, ut septi imperii sui mense Ravennae de vitae discederet s tione *z*). Hic etsi tristi truculentoque adspectu om

---

audiendi. Quodsi A. C. 420. Augustus jam nuncupatus fuit leges, eo anno latae, procul dubio, ejus nomen praeferrent. in Codice Theodosiano, si inscriptionem spectes, *Honorium* tum et *Theodosium A. A.* deprehendes: sin subscriptionem, *Th dos.* IX. *et Constantio V. C. Coss.* Anno vero sequenti quatuor occurrunt in Codice eodem Constitutiones, quarum scriptio haec est: *Impp. Honorius et Theodosius et Constan A. A. A.* Quod quidem luculento argumento est, illum demum anno ad supremum illud fastigium pervenisse. *Chronologiam Cod. Theodos.* Suffragatur nobis Theophanes *Chronographia*, qui annum adeo et diem inaugurationis desig Nam ad A. C. 413. secundum Computat. Alexandrinam, qui choatur Mense Septembr. A. C. 420. haec habet: *Τούτῳ τῷ Κωνστάντιος ὁ πατὴρ Οὐαλεντινιανοῦ ἐβασίλευσε πρὸ εἰδῶν φεβρουαρίου. Καὶ ἐσφάγη πρὸ τεσσάρων νω Σεπτεμβρίου. Hoc anno Constantius Valentiniani pater perium obtinuit sexto Idus Februarias: quarto vero No Septembris occisus est.* Ex his satis liquet, Constantium VIII. mensis Februar. 421. electum, jam II. die Mens. Septembr. fuisse functum. Igitur et Philostorgius, qui menses tantum ejus imperio tribuit, ultimum, tanquam minus absolutum, silui dicendus est. Constat porro ex Olympiodoro, Placidiam Constantio demum Augustae nomine esse salutatam. Anton. Pag *in Critica ad Baronii Annales A. C.* 420. *n.* 2. *seq.* Tillemo tius *n.* 46. *ad Vitam Honorii.*

y) Videatur Olympiodorus et Philostorgius *l. c. ad not. x.*

z) Idatius *in Chronico ad an.* 27. *Honorii. Constantius,*

minari videbatur: illa tamen aetas neminem ore et urbanitate conditiorem. Nam tantum in s sibi indulsit, ut, cum mimis, ad mensam lu-, certare, ne dedecori quidem sibi esse putaret. quisquam eum vitae integritate, temperantia, ione anteivit. Quid autem de pecuniae despi- commemorem? quae quidem in eo fuit tanta, ut, m Placidiam duceret, paene profunderet omnem *a*). n uxor rei familiari diligentius servire institue- deo et ipse fervebat ferebaturque avaritia, ut s per injuriam opibus exueret suis *b*). Memoria onstantii duobus vetustis monumentis conservatur, alterum in Italia Albingae, alterum in Germa- pter Augustam Trevirorum est repertum. Albinga , uti antiquitate, ita excellentia quadam alia, reliquas quondam eminuit civitates. Hunc ei n Constantius attribuit tum, cum in constituenda , a Gothis devastata, versaretur. De quo nos dubitare non sinit carmen marmoreae tabulae , quae olim prope Pontem Longum, ubi idem tius Centam fluvium conjunxerat, spectata, Fer- i Ughelli tempore, a quo in *Italia Sacra in*

Imperator, Ravennae moritur in suo tertio Consulatu. Aquitanus *in Chronico, Agricola et Eustathio Coss.* tium dicit animam efflasse.

Olympiodorus *p.* 148. *Ἦν δὲ Κωνστάντιος ἐν μὲν ταῖς ς κατηφὴς καὶ σκυθρωπὸς - - - ἐν δὲ δείπνοις καὶ ίοις τερπνὸς καὶ πολιτικὸς *), ὡς καὶ ἐρίζειν τοῖς μί- λλάκις, παίζουσι πρὸ τῆς τραπέζης. Erat ipse Con- cum prodiret, subtristi vultu ac tetrico - - - In coenis atque symbolis, jucundus adeo civilisque fuit, ut et cum interdum ad mensam ludentibus contenderet.*

Olympiodorus *p.* 152.

Interpretandum per ἀστεῖος. v. *Ruhnk.* ap. *Piers.* ad Moer. *B.*

Episcop. Albingaunensibus p. 1261. *Tom.* IV. ju
est publici facta, tanquam venerandae antiquitatis re
quiae, apud Comitem Octavium Costam, asservabat
Versus autem, qui ad Constantium nostrum, non
Constantini M. filium referri debent, hi sunt:

Constanti virtus studium victoria nomen
Dum recipit Gallos constituit Ligures.
Moenibus ipse locum cinxit duxitque recenti
Fundamenta solo curaque parta dedit.
Cives tecta forum portus commercia portas
Conditor extructis aedibus instituit.
Dumque refert orbem me primam protulit urb
Nec renuit titulos limina nostra loqui.
Et rabidos contra fluctus gentesque nefanda
Constanti manum nominis apposuit *).

Alterum monumentum, quod e lapide Basilicae Pa
nianae Treviris descriptum Christ. Browerus Annal. T
virens. p. 283. in lucem protulit, hoc est:

H. JACET. FILIUS.
CONSTANTIUS. VIR.
CONSULARIS. COMES. ET.
MAGISTER. UTRIUSQUE.
MILITIAE. ATQUE. PATRICIUS.
ET. SECUNDO. CONSUL. ORDINARIUS.

Fleetwood *in Syllog. Inscript. p.* 378. edidit *E*

---

*) Versus hosce emendatius, quam antea, repetivimus ex
Ughelli Opere laud. T. IV. p. 911. Edit. 2ae. Venet. 1717.
tamen singulari mendo vss. 2 et 3 sic exstant:

Dum recipit Gallos cinxit constituit Ligures.
Moenibus ipse locum duxitque recenti

Manifestum vitium metri ratio satis probat: ibid. v. 6 perper
editur *extractis*. Ceterum vs. ult. haud scio an rectius lega
opposuit. *B.* Ap. *R.* scribitur v. 4. *fundamentum* v. 5. *po*
Vel sic tamen nondum clara sunt omnia. *F.*

stantius. Apte scienterque alii emendant, fastorum toritatem secuti, *Fl. Constantius.* Hunc lapidem Constantium pertinere nostrum, nihil dubitationis bet. Sed quisque paulo eruditior videt, maximam idis partem periisse. Nam illa, *hic jacet*, ad alium ent referri, cum Constantius, non in secundo sed tertium Consulatum, quin acceptam Augusti digni-m, de vita abierit.

DISPUTATIO POSTERIOR
DE
ALLA PLACIDIA AUGUSTA,

quam, praeside

DAV. RUHNKENIO, PHIL. MAG.

d. Decembris MDCCXLIII
in Academia Wittembergensi
publice tuebitur

CHRISTOPHORUS KLAERNER,

Bernstadio Silesius, S. S. Theol. cultor.

---

uam pulcre Galla Placidia fortunam vel secundam erit, vel, quod difficilius putatur, adversam, quibus-e adeo artibus admirabilem sese praebuerit omni, quae ura est, posteritati, in priori commentatione satis cide satisque copiose, nisi amore mei decipior, me-ni me explicare. Quae etsi alicui illorum, qui ne men quidem Placidiae unquam sermone usurparunt, is, et plus forte, quam satis, dicta videantur: tamen

mihi non committendum putavi, ut quidquam illoru quae ad Placidiae nomen illustrandum pertinerent, r liqui fecisse existimarer.

II.

Galla igitur Placidia, Constantio, marito, mo de medio sublato, quod reliquum erat vitae, apud H norium sibi transigendum duxit. At ille, quod dic fere pudet, tantum sibi in Placidiae amore indulsit, ardentius illam frequentiusque, ac fratrem dece osculando, perdite multis amare videretur. Sed id ille amor, quamquam erat multo flagrantissimus, tam brevi, ut fit, in summum evasit odium. Nam Spadu atque Elpidia, Placidiae nutrix, quae plurimum gratia poterat, Leonteo, Augustae curatore, auctori tem adjungente suam, tantos discordiae motus Raven excitarunt, ut res primum ad seditionem, deinde vim spectare videretur. Gothi certe, qui tum ad Placidiae causa omnia volebant, ut erant ingeniis bulentis, cum Romanis identidem sunt digladiati Nec desunt, quibus tum Placidia dicitur et insid Honorio tetendisse et barbarorum copias, tanquam turas sibi auxiliatrices, advocasse *b*). Cum vero H norius superior factus, principatum suum obtiner Placidiam *Asclepiodoto et Mariniano Coss. A. C.* 4 una cum liberis Ravenna Constantinopolim ad Theod sium facessere jussit.

---

a) Olympiodorus *in Eclogis Historiarum p.* 152. *ed. Vene*

b) Prosper Aquitanus *in Chronico An. Honorii* XXXI. *P cidia*, inquit, *cum insidias fratri tenderet, deprehensa est, Constantinopolim exilio delegata.* Cassiodor. *in Chronico Asc piodoto* et *Mariniano Coss. His Coss.* inquit, *Placidia Aug. fratre Honorio ob suspicionem invitatorum hostium, cum H noria et Valentiniano, filiis, ad Orientem mittitur.* Olympi dorus *l. c.*

III.

Huc ut pervenit, aedes sibi in Regione X, quas ...us *Urbis Constantinopolitanae descriptio* Domum ...idiae Aug. appellat, magnificas apprimeque lautas ...andas curavit *c*). Quibus quidem illa nunquam ...gium imposuisset, nisi Bonifacius, Africae *d*) Comes, multum ejus voluntati obsequebatur, quae ad cul- ... splendoremque pertinerent, suppeditasset. Eodem ... cum Honorius debitum naturae redderet, Joannes, ...cerius Notariorum, quem sibi, absente cum filio ...lia, opinionis errore finxerat principatum, stabi- ...um putavit *e*). Sed Theodosius II. Placidiae ejusque ... quibuscunque rebus potuit, fuit adjumento. Itaque

---

...Auctor *Chronici Paschalis p.* 243. *ed. Venet. et p.* 304. *ed.* ... *Κτίζει τὸν οἶκον τῆς Πλακιδίας.* Hujus domus et So- ...*Lib.* VI. *c.* 14. mentionem injicit, et Nicephorus Callistus ...IIII. *c.* 15. Postea videtur Romanis Pontificibus concessa, ...n vel ipsi diverterent, si Constantinopolim adirent, vel, ...itterent, Apocrisiarii; quod quidem accurate probat Carolus ...nius in Constantinopoli Christiana *Lib.* II. *c.* 6.

...) Olympiodorus *l. c.* hunc inprimis Bonifacium a Placidia ..., illique opes, ex Africae provinciis exactas, suffecisse re- ...lmo Bonifacius A. C. 422. in Placidiae gratiam Africam ...r occupasse. Idatius enim *in Chronico ad An.* XXVIII. ...ii scribit: *Bonifacius palatium deserens Africam invadit.* ...lia enim sperabat, fore, ut, Africa a se occupata, frater in ...m rediret. Verum, ne sic quidem, quod voluit, impetravit.

...) Olympiodorus *l. c.* Marcellinus et Cassiodor. *in Chronicis.* ...tes *Lib.* VII. *c.* 23. Theophanes *in Chronographia p.* 58. ...*Venet. et p.* 72. 73. *ed. Paris.* Renatus Profuturus Frigeridus ...*Gregorium Turonensem Lib.* II. *c.* 8. Philostorgius *Lib.* ... *p.* 550. *ed. Reading.* Paullus Diaconus *Lib.* XIV. *p.* 93. ...nem, quendam ex imperialibus scriptoribus fuisse, scribit. ...ndes *de Regnorum Successione p.* 239. *Tom.* I. *Script. Rer.* ... *Muratorii.*

et ipsa et liberi A. C. 424. *Castino et Victoro C*
iter in Occidentem cum exercitu instituerunt *f*), iteru
que, Theodosio auctore, Placidia, Augustae, Valen
nianus, Nobilissimi nomen, assumpsit *g*). Cum v
Thessalonicam accesserunt, Helion, officiorum Magist
Theodosii jussu, Valentinianum Caesarea veste orna
Ardaburio, Magistro militum, cum Aspare filio,
Candidiano aciem instruentibus adversus Joannem
Ardaburius vero, dum milites navibus in Italiam tr
portat, ipse vento adversum tenente, in tyranni ma
compellitur. Interim Aspar, qui equestribus co
praeerat, Placidiamque et Valentinianum secum duce
opinione citius Aquileiam occupavit. Nec minore
licitate in aliis urbibus capiendis usus est Candidia
Jam igitur luctus, in quem et Augusta et Caesar
Ardaburii captivitatem inciderant, victoria dispelleba
Neque vero Aspar satis habuit, Aquileiam cepisse,
statuit etiam, cum Joanne praelio esse decernend
In quo quidem id longe laetissimum accidit, q
Joannes ipse suorum perfidia Aspari traditus, ad l
cidiam, et Valentinianum Aquileiam ducebatur,
dextra primum manu, deinde capite est truncatus

---

f) Olympiodorus *saepius c. l.*

g) Idem *l. c.* Placidia quidem A. C. 421. ut supra docui
ita Augustae, ut Valentinianus Nobilissimi titulo, erat insig
At id sive insciente Theodosio, sive invito, factum dix
Quare hoc demum tempore ipse et matrem et filium tanto ho
voluit esse ornatos.

h) Socrates *Lib.* VII. *c.* 24. Olympiodorus *l. c.* Philostor
Lib. XII. *p.* 550. *ed. cit.* Jacobus Gothofredus *in Comment*
ad Leg. 47. *Cod. Theodos. de Episcopis.*

i) Olympiodorus *in fine operis.* Philostorgius *Lib.* XII
550. 551. Socrates *Lib.* VI. *c.* 23. cujus tamen narratio

cidia et Valentinianus, fracto jacentique tyranno, nam intrarunt. Helion vero, officiorum Magister icius, Romae Valentinianum, septennem, purpura renuntiavitque Augustum, *Theodosio XI. et iniano Caes. Coss. A. C. 425. d. XXIII. mensis is. k).* Cumque Valentinianus nondum ea esset

---

illis fabulae admixtum habet. Idatius *in Chronico*, *Ioannuit, a Ducibus Theodosii apud Ravennam primo anno tyrannidos occiditur.* Quae quidem longissime abeunt a gii narratione, qui Joannem Aquileiam ductum esse reque supplicio affectum. Neque veritati consentaneum puto, rannidis anno illum interiisse. Nam cum jam exeunte 23. tantos sibi spiritus sumsisset, A. demum C. 425. prelit, arrogantia sua dignum. Vid. Antonius Pagius *in in Baronii Annales ad A. C.* 425. *n.* 4. Procopius *de ndalico Lib.* I. *c.* 3. ait: *Joannem, amputata mam, circo Aquileiensi vectum, multasque indignitates ab bus perpessum, sic demum vita privatum esse.* Idem de Joannis prudentia, humanitate, temperantia magnifice ujus postea vestigiis institit Suidas in voce: *Ἰωάννης.* o debet castigari, quod Joannem per quinquennium dicit m suam exercuisse. Antonius quidem Pagius, cum Sui- n de quinquennali taceat, hoc, velut quandam Iaciniam, a manu assutam putat. Verum culpam Procopii non m. Nam paulo post pari modo hallucinatus, Ardaburium, sparis patrem dicere debuisset, Asparis filium appellat. etiam Theophanem *in Chronographia p.* 58. *ed. Venet.* equid de his rebus disserit, Socrati sublegit.

nilostorgius *l. c.* Olympiodorus *in fine fragmenti.* Auctor *Paschalis Theodosio Aug.* XI. *et Valentiniano Caes.* 250. *ed. Venet. et* 314. *ed. Paris.* *Ἐπὶ τούτων τῶν ἐπήρθη ὑπὸ Θεοδοσίου Νέου Αὐγούστου Οὐαλεν- Νέος Αὔγουστος μηνὶ ὑπερβεριταίῳ, πρὸ ἑ Καλαν- νεμβρίων. His Cos. Valentinianus Jun. levatus est a Theodosio Jun. Augusto mense hyperberetaeo X. Novembr.* Socrates *Libr.* VII. *c.* 25. ait, Augustum Va- i nuncupationem Constantinopoli X. Kalend. Novembr.

aetate, ut ipse imperare posset, summa rerum omni
ad Placidiam rediit, cui quidem nihil antiquius fi
quam ut regnum, non mediocriter convulsum, ad p
stinum florem revocaret *l*).

IV.

Sed Placidia probe intelligebat, tantas res,
Aëtium sibi conciliasset, minus prospere successu
Viderat enim perpaucos illa aetas, quos vel rei milit
peritia, vel diuturno praeliorum usu contendere c
Aëtio potuisset. Tum quidem ille, curam palati
Joannis aula gerens, cum ingenti auri pondere ad H
nos erat profectus, hos ut ad suppetias ferendas s
citaret. Is, cum neque munera deerant, neque famil
cum Hunnis consuetudo: qua tum fuerat usus,
obsidis loco apud eos retineretur: is igitur, ut sexag
Hunnorum millia in Italiam confluerent, nullo
negotio impetravit. His cum Asparis exercitus ob
iret, facta est utrinque maxima caedes. Sed A
de Joannis morte certior factus, satius putavit,

---

nuntiatam esse. Henricus Valesius ad h. l. ne fidem So
minuisse videatur, eo quidem die nuntium Constantinop
allatum, verum ob id ipsum nuncupationem ante aliquot dies
actam fuisse arbitratur. Sed hunc in viam reduxit Anton. P
in Critic. ad A. C. 425. *n.* 5. Neque minus falluntur Marcel
in Chronico et Jornandes *de Regnorum Successione p.* 497.
Valentinianum Ravennae Augusti dignitate decoratum dicunt.
omnia scimus ex Olympiodoro, Philostorgio, Prospero Aqu
et Idatio.

l) Socrates *Lib.* VII. *c.* 24. *Τῇ μητρὶ αὐτοῦ Πλακιδίᾳ φροντίδα τῶν πραγμάτων ἐπιτρέψας. Matri ipsius Plac rerum administrationem committens.* Sozomenus *Libr.* IX. Constantius *in Vita S. Germani Lib.* II. *c.* 13. *apud S d.* 30. *Iul.*

a, Placidiae et Valentiniani gratiam aucupari, liutius belli periclitari fortunam. Itaque spem ugustam iniens, futurum, ut, si barbari, quos suis exciverat, studio operaque sua ad Lares t, Comitis dignitate ornaretur: in eo omnes in- e nervos contendit, ut Hunnos mercenarios, auro ter donatos, obsidibus datis, in suos verteret). Sed idem ille Aëtius sive, quod nimia aemu- efferebatur, sive, quod impotenti regnandi libi- grabat, maximum occidenti attulit detrimentum. a, uti jam supra docuimus, neque in secundis neque in adversis, quem fidei perpetuitate Bo- aequaret, habuerat quemquam. Illum igitur, us de se et meritum quondam, et merentem ad- mni Africae voluit praeesse *n*). Sed viri hujus tegri tamque praeclari existimatio ab aemulo in summum vocabatur discrimen. Latius hanc lisserit Procopius *o*). Nos pressius illam expo- Aëtius etsi vehementer dolebat, Bonifacium , ex qua Roma Italiaque annonam petebat, e: tamen initio sub persona sibi vivendum, blan-

---

Philostorgius *Lib.* XII. *in fine.* Prosper Aquitanus *in o ad A. C.* 425. *Data*, inquit, *venia Aëtio, Hunni, r ipsum Ioannes exciverat, ejusdem studio ad propria unt.* Cassiodor. *in Chronico* Paullus Diaconus *Lib.* XIV. 3. *Tom.* I. *Script. Rer. Italic. Muratorii* et Frigeridus *tegorium Turonensem Lib.* II. *c.* 8.

Multus in Bonifacii laudibus est Olympiodorus *p.* 152. *Venet.*

Procopius *de bello Vandalico Lib.* I. *c.* 3. Cui, velim, Theophanem *in Chronographia p.* 64. 65. *ed. Venet.* Diaconum *Lib.* XIV. *p.* 94. Anton. Pagium *in Critica* A. C. 427. Ruinart. *in Historia persecut. Vandalicae, cap.* 201. *ed. Venet.*

ditiisque utendum putavit. Absentem vero Bonifaci tanquam regnandi cupidiorem, apud Placidiam, quo modo potuit, in suspicionem adduxit *p*). Cui cri nationi quo major fides haberetur, addit, Bonifaci ne revocatum quidem, ex Africa rediturum. At lidissimus homo his jam praeverterat, clanculum Bo facium monendo, caveret, nisi de se actum vellet, subitae revocationi obsequeretur. Quae cum ille de nihilo esse putaret, vocantibus negavit, se, vel cidiae, vel Valentiniano, morem esse gesturum. Augusta perceptis, Aëtium sibi tam credidit fid quam Bonifacium suspectum. Sed hic, Placidiae Valentiniani viribus cum se haud parem sentiret, G daricum et Gensericum, strenuos Vandalorum d in Africam ad se defendendum, ac deinde provinc inter se dispertiendam vocavit. Gundaricus vero A. C. 428. capta Hispali, Hispaniae civitate, vitam morte commutabat *q*): tamen Gensericus, ejus fr quo nemo plus contulit ad Occidentalis regni in necionem, A. C. 429. *Felice et Tauro Coss.* omni Vandalorum turba, mense Majo *r*), relictis Hi

---

p) His tantis calumniis tum Bonifacius occasionem de videtur, cum jussu Augusti ad Vandalos in Hispaniam p ciscens, uxorem sibi inde reduceret, Regi Vandalorum cogna conjunctam. Moleste id fert Augustinus *Epist.* 220. *n.* 4. modo Aëtius Placidiae sine ullo negotio persuadere potuit, B facium adversus Imperium Romanum monstri nonnihil alere. Idatius *ad an. I. Valentin.* et Baronius *in Annal. A. C.* *n.* 2.

q) Probavit hoc Anton. Pagius ex Idatio *in Critica ad Ba Annales A. C.* 428. *n.* 2.

r) Cum irruptio Vandalorum mense Majo facta sit, ad 249. auctoritate *Legum Codicis Theodosiani* debet referri. lentinianus enim ad Celerem Afr. Proconsul. V. Kal. Maj.

n Africam trajecit. Placidia vero, posteaquam as Bonifacii innocentiaque claris argumentis lu- ut tantum belli incendium restingueretur, curam t omnem. Hac mente Darium s) ad Bonifacium qui etsi cum Vandalis arctissimo societatis vin- ntinebatur: tamen iis, quantum in se fuit, et iis additis et promissis, ut solum Africanum ut, auctorem esse consuasoremque, nullus du- Sed surdo, ut ajunt, narravit fabulam. Quin apientes, tantam Romanorum stragem edidere, ifacius Hipponem, in maritimum munitumque ae locum, confugere sit coactus.

Felicis et Tauri A. C. 429. quatnor dedit Constitutiones *e annon. et tribut. L.* 68. *de appellat. L.* 185. *et* 186. *ionibus.* Quodsi jam superiori anno Africam à Vandalis ns vastatam, nullum esset dubium, quin Valentinianus gibus aliquam ejus rei fecisset mentionem. Certe bene- legibus propterea dixisset tributa, quod Afri, quamvis calamitates perpessi, fidem tamen, sibi debitam, prae- . Imo Valentinianus ne ferre quidem leges, impressione tuit. Afri enim non legibus, quae siluissent inter arma, lio forti indigebant. Hinc, cum post mensem Aprilem 29. nulla amplius extet in Codice Theodosiano Constitutio, rorum causa data videretur, praeter *L.* 33. *de Susceptio- l. C.* 430. *emissam in Byzacenae provinciae gratiam,* e patet, Vandalos ante Mensem Majum neque Africam ressos, neque Provinciam Byzacenam ante A. C. 430. sub nisisse. Confirmat ea, quae diximus, Idatius *in Chronico V. Valentiniani,* qui incidit in A. C. 429. *Gaisericus, Rex de Baeticae provinciae litore cum Vandalis omnibus, e familiis, mense Majo ad Mauritaniam et Africam transiit Hispanis.* Consule *not. ad. L.* 185. *Cod. Theo- de Decurionibus* et Anton. Pagium *in Critica ad A. C.* 4. *seqq.*

Hunc, ob operam praeclare navatam, singulari laude dignum Augustinus *Ep.* 229.

V.

Sequenti anno 430. *Theodosio Aug.* XIII. *et Vale tiniano Aug.* III. *Coss.* Vandali Hipponem obsidio cinxerunt. S. Augustinus *t*), qui tum hac ipsa ur continebatur, inter maximos armorum strepitus e vi migravit. Sed Vandali, cum urbem neque vi neq conditione in potestatem redigere suam possent, veri ne fame conficerentur, ab obsidione destiterunt. Int rim Vandali omnem Africam, praeter tres civitat Carthaginem, Cirtam, Hipponem, occuparant. Theod sius vero II. cum id minime ferendum putaret, mi *Basso et Antiocho Coss. A. C.* 431., Asparem, viru bellicis laudibus abundantem, qui Africae, quoad e fieri posset, suppetias ferret. Bonifacius ceterique R mani, qui in Africa versabantur, auxiliis accept tanquam respirarunt, nec quidquam minus, quam c tamen cum barbaris, differendum existimarunt. Init praelium: sed iniquissima Romani fortuna utunt Nam pars exercitus deleta penitus, pars in servitute abducta est. Aspar, diutius sibi in Africa non comm randum ratus, summa cum tristitia Constantinopol revertit *u*). At Bonifacius, cujus voluntas Placid jam videbatur esse reconciliata, pertenui aut nulla p tius spe conservandae Africae relicta, sequenti an *Aëtio et Valerio Coss.* est in Italiam revocatus *x*

---

t) Possidius *in vita Augustini c.* XXIX.

u) Procopius *de bello Vandalico Lib.* I. *c.* 3. Auctor *hist riae Miscellae p.* 94. *Tom.* I. *Script. Rer. Ital. Murator* Haec vero A. C. 431. accidisse omnia, probavit Caesar Baroni *ex Actis Concil. Ephesini in Annal. ad. an. cit. n.* 129.

x) Prosper Aquitanus *in Chronico ad A. C.* 432. *Bonifaci* inquit, *ab Africa in Italiam vertit.* Idatius *in Chronico Annum* VIII. *Valentiniani A. C.* 432. ait: *Bonifacius,*

cum Aëtius plus justo sibi assumere videretur, esset quisquam, qui tantos ei spiritus reprimeret: ia unum Bonifacium, quem et ea, qua Aëtius nduerat, Magistri militum dignitate ornaret, et leo homini arroganti opponeret, dignum judicavit. , qui multum apud exercitum, neque minus apud ıs, gratia florebat, quidvis potius, quam hanc ım, sibi duxit perpetiendum. Tali modo cum ne congrederentur, Aëtius quidem inferior ad ıs discessit, at Bonifacius tantum reportavit vul- ıt paucis post diebus anima esset reddenda *y*). amquam Sebastianus, Bonifacii gener, in ejus succedebat, tamen versatissimus ille Aëtius tam ter inserviit scenae, ut ipse A. C. 433 *z*), *Theo- Aug.* XIV. *et Ancio Maximo Coss.*, pristinam ıraret dignitatem, Sebastiano quidem, insequenti in exilium eunte *a*).

VI.

o tempore Galla Placidia ex perditis Honoriae, moribus vulnus gravissimum accepit. Etenim illa, priori Disputatione latius demonstravimus, et n adversus Italiam concitarat, et ipsa Eugenio, itatem eripiendi, praebuerat occasionem. Anno 435. Placidiam oportuit iniquam cum Vandalis

---

tionem Aëtii de Africa per Placidiam evocatus in Ita- d Palatium redit.

Prosper Aquitanus *in Chronico ad A. C.* 432. uberius haec . Idatius *in Chron. an.* VIII. *Valentiniani.*

Idatius *ad an.* IX. *Valentin. A. C.* 433. *Aëtius*, inquit, *riusque militiae Patricius appellatur.*

Idatius *ad an.* X. *Valentin. A. C.* 434. *Sebastianus*, in- *exul et profugus effectus navigat ad palatium Orientis.*

pacem inire. Nam et Hippo, quam diximus, et loc omnia, quae ceperant, in barbarorum imperium ditio nemque ceciderunt *b*). Quamquam vero triumphi c de Burgundis superatis acti, animum aliquantum exci tabant, tamen non sine indignatione audiebat, Genseri cum etiam tum, purioribus sacris imbutos, crudelissim divexare *d*). Eodem Placidia tempore, quo Valentinianu Aug. *Aetio et Sigisvulto Coss.* A. C. 437. in Quin decennalibus Caesareis Constantinopolim erat profectu ut Eudociam, Theodosii filiam, tanquam uxorem, R vennam duceret, imperium Occidentis *e*) administravi A. C. 439. Galliam vidit a Bagaudis, Gothis, Hunnis vastari, cumque Vandali jusjurandum violarent, Ca thaginem, Romae aemulam, funditus delevit *g*). S adulto jam filio, Valentiniano Aug. sepositis imper curis, animae tantum curam habuisse videtur. Ac

---

b) Prosper Aquitanus *in Chronico ad A. C.* 435. *Pax*, i quit, *facta cum Vandalis, data eis ad habitandum per F getium in loco Africae Hippone* III. *Id. Februar.* Cassiod *in Chronico Theodos.* XV. *et Valent.* IV. *Coss. His Coss.* inq *pax facta cum Vandalis, data eis ad habitandum Afric portione.*

c) Idatius *ad an. Valentiniani* XII. *et* XIII.

d) Initium persecutionis Vandalicae incidit in an. 437. Pros Aquitanus *in Chronico.* Caesar Baronius *in Annal.* et Aut Pagius *in Critica an. cit.*

e) Prosper Aquitanus, Marcellinus et Cassiodor. *in Chroni* Auctor *Chronici Paschalis an. cit.* Socrates *Lib.* VII. *c.* Anton. Pagius *in Critica an. cit. n.* 3. *Chronicon Codic. Th dos. an. cit.*

f) Anton. Pagius *in Critica ad A. C.* 437. *n.* 5. *et A.* 439. *n.* 5. 7.

g) Prosper Aquitanus et Marcellinus *in Chronicis an.* Anton. Pagius *in Critica an. cit. n.* 8.

quid postea egit, omnem tamen industriam, ad templa ornanda, conservandamque religionis veritatem, revocandam putavit. Etenim si in quaquam alia, certe in hac rari exempli femina, purissimae pietatis studium emituit; id quod numismatis quibusdam potest demonstrari. Eminentissimus Baronius *h*) numum protulit aureum, in quo nota labari humero ejus dextro inscripta, additis verbis: DN. GALLA PLACIDIA FF AUG. in altera parte victoria cernitur, dextra tenens crucem longiorem, hac epigraphe: VOT. XX. MULT. XXX. et infra CONOB. ad latera R. V. Ita consenuit, annoque 452. *Sporatio et Herculano Coss.* variis agitata casibus, Romae acquievit *i*).

---

h) Baronius *in Annal. A. C.* 449. *n.* 166. Carolus vero du Fresnius *in Famil. Byzant. p.* 52. 53. *ed. Venet.* numum a priori diversum, in laudem pudicitiae Placidiae cusum, aeri incidendum curavit. Apparet enim typus pudicitiae, velum capiti admoventis, sinistraque tenentis hastile, his adscriptis verbis: PUDICITIA AUG. infra s. c.

i) Baronius *in Annal. Ecclesiast. ad A. C.* 449. *n.* 166. Placidiam, statuit, anno 449. e vita migrasse. Sed ne auctorem quidem hujus sententiae laudat. Anton. Pagius *in Critica ad A. C.* 449. *n.* 20. Placidiam anno 450. decessisse contendit, propterea, quod Prosper Aquitanus *in Chronico Valentiniano VIII. et Avieno Coss. A. C.* 450. ait: *Placidia defuncta est quinto Kalend. Decembris.* Verum cum Baronius *ad A. C.* 425. n. 4. numum exhibeat, in cujus altera parte Placidia Aug. cernitur, dextra erigens Italiam, sinistra crucem gestans, addita epigraphe VOT. XXX. MULT. XXXX. argumento id clarissimo esse debet, illam vota tricennalia Caesarei imperii cum filio celebrasse, quae incidunt in A. C. 451. quo anno insignem ab Attila victoriam e campis Catalaunicis reportarunt. Hinc lucem capit numus, in quo Italia erigitur. Quare Placidia A. C. 452. demum vita est defuncta, id quod vel maxime probat Idatius *in Chronico ad an.* XXVIII. *Valentiniani, qui in A. C.* 452. *incidit. Valentiniani,* inquit, *mater Placidia moritur apud Romam.* Diem mortis

Corpus Ravennam translatum, in ecclesia S. Nazarii sepultum est *k*).

VI.

Sed, age, omnem ut historiam Placidiae melius animo complectaris, in fine libelli Genealogiam Valentiniani M. emendemus, factam illam quidem a S. Nicephoro *in Chronographia Compendiaria*, sed ita in mendo cubantem, ut medicas exspectare manus magnopere videatur. Ecce vero illam, uti extat *p.* 322. *ed. Venet. inter Scriptor. Byzant.*

---

servavit Agnellus *Libro Pontifical. Part.* I. *in vit. Joannis τοῦ ἀγγελόπτου cap.* VI. *Galla vero*, inquit, *non vidit necem filii, quia antea Romae obiit* V. *Kalend. Decembr.*

k) Agnellus *l. c. Sepulta est*, inquit, *Galla in monasterio S. Nazarii, ut ajunt multi, ante altarium infra cancellos, qui fuerint aerei, et qui nunc esse lapidei videntur.* Ex hoc diligentissimus Rerum Ravennatensium scriptor, Hieronymus Rubeus haud dubie illa hausit, quae de Placidiae monumento scripta reliquit.

Γενεαλογία Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ μεγάλου.

Οὗτος γεννᾷ

ΙΤΙΑ-
Ν βασι-

ΟΥΑΛΕΝΤΙ-
ΝΙΑΝΟΝ
βασιλέα, ἐξ οὗ νῆ

ΓΑΛΛΑΝ γυναῖκα Θεοδωσίου τοῦ μεγάλου. Τούτου ἑτέρα γυνὴ Πλακιδία, ἐξ ὧν

ΑΚΙΔΙΑ γυ-
ωνόταντίου, ἐξ

καὶ ΟΥΑ-
ΛΕΝΤΙΝΙ-
ΑΝΟΣ ὁ βα-
σιλεὺς ἐν Ῥώ-
μῃ.

ΑΡΚΑΔΙΟΣ,
ἐξ οὗ

Καὶ ΟΝΟΡΙ-
ΟΣ, ἐξ οὗ

Α-
ΔΙΑ
νῆ Ο-
ρίου.

Καὶ ΕΥ-
ΔΟΚΙΑ
ἣν ἔλα-
βεν Ὀνό-
ριχος υἱὸς
Γιζερίχου
ῥηγὸς Οὐ-
ανδαλῶν.

ΘΕΟΔΟ-
ΣΙΟΣ ὁ μι-
κρὸς, ἐξ οὗ

ΠΟΥΛΧΕΡΙΑ
ΠΛΑΚΙΔΙΑ
ΕΥΔΟΚΙΑ.

ΕΥΔΟΚΙΑ γυνὴ Οὐαλεντινιανοῦ. Οὗτος Οὐαλεντινιανὸς ἐξάδελφος ὢν Θεοδωσίου τοῦ νέου ἔλαβε γυναῖκα (θυγατέρα) αὐτοῦ Εὐδοκίαν, ἣν αἰχμαλωτίζει Γηζέριχος ὁ τῶν Οὐανδαλῶν ῥήξ.

Legitur etiam haec Genealogia, in latinum conversa sermonem, apud Anastasium *in Historia*, *pag.* 6. *Edit. Venet.* quae tamen ita restituenda est.

Genealogia Valentiniani Magni.

Hic genuit

GRATIANUM *Aug.* hic liberos non suscepit.	VALENTINIANUM *Aug.* sine liberis hic obiit.	JUSTAM. caelebs fuit.	GRATAM. caelebs fuit.

GALLAM quae nu Theodosio M. c prior uxor fuit *F cilla.* Ex quib

ARCADIUS *A. Orientis.* Flaccillae filius.	HONORIUS *A. Occidentis,* Flaccillae filius. Ex *Maria* et *Thermantia* Stiliconis filiabus liberos non suscepit.	GALLA DIA. Gal lia. Uxor stantii.

THEODOSIUS *Jun.* Orientis Aug.	FLACCILLA. virgo obiit.	PULCHERIA. *Marciano, Aug.* nupsit.	ARCADIA et MARINA quae obierunt virgines.	VALENTINIANUS III. *Occidentis Aug.* Hic Valentinianus Theodosii Jun. consobrinus, filiam ejus *Eudociam* duxit uxorem, quam captivam abduxit Gizerichus Wandalorum Rex.

EUDOCIA nupsit Valentiniano III.

EUDOCIA S. *Eudoxia.* a Maximo Tyranno uxor data filio *Palladio Caesari.* Sed utroque caeso, a Genserico sive Gizericho abducta in Africam, et *Hunerico* primo genito filio collocata.

PLACIDIA, cum m tre et sorore in A fricam ducta Genserico. Veru cum matre Constan tinopolim remis nupsit *Olybrio.*

* * *

PRAEFATIO

) THALELAEI, THEODORI, STEPHANI, CYRILLI,

ALIORUMQUE ICTORUM GRAECORUM

COMMENTARIOS

In Titt. D. et Cod.

E POSTULANDO, SIVE DE ADVOCATIS,

ET

PROCURATORIBUS ET DEFENSORIBUS.

LECTORI S.

m in Bibliotheca Lugduno-Batava, vetustis libris tissima, Synopsin Basilicorum cum Codice manu ato committerem, huic subjectos deprehendebam mentarios in Titt. D. et Cod. *de Postulando sive Advocatis*, et *de Procuratoribus et Defensoribus*. quod opus describendum, et in lucem vindicandum im alliciebant animum praeclara Commentatorum ina, Thalelaei, Theodori, Stephani, Cyrilli et Go- e; quorum in Jurisprudentiam merita non Cujacius tum, quamvis id satis ad laudem esset, sed quicquid quam fuit elegantiorum ICtorum, et agnovit dudum, amplissimis verbis ornavit. Codex quondam Isaaci ii, si aetatem spectes, recentissimus est, si scriptu- elegantiam, egregius. Librarium natione Graecum e inde colligas, quod verba Latina passim inter- ta tam mendose exararit, ut, quid sibi voluerit, divinando assequaris. Vetus exemplar, ex quo ianus Codex descriptus est, tineas et cariem sensisse detur. Hinc crebrae in MS. lacunae; hinc ipsius li- rii in fine confessio: Ἐλλιπὲς ἦν τὸ τέλος ὑπὸ τῆς

ἀρχαιότητος. Quamquam eo loco exiguam tantum Sch
cujusdam jacturam fecimus. Deficit enim MS. *in l*
ult. Basilic. Lib. VIII. *p.* 436. in his verbis: *Γίνε*
σύνδικος καὶ διὰ καινοτομίαν — — Ipsius operis rati
nem hanc esse scias. Primum, tanquam fundamentu
Textus ponitur non diversus, nisi *διττογραφίαις* quibu
dam, ab eo, quem majus Basilicorum opus exhib
Lib. VIII. *Tit.* I. *p.* 394. *seqq. et Tit.* II. *p.* 410. *seq*
Textui, praeter Thalelaei, Theodori, Stephani, Cyri
et Gobidae Interpretationes, subjiciuntur plurima pa
tim breviora, partim longiora quorundam Anonym
rum Scholia, illius etiam, qui ab *ἀντινομίαις* congeren
Ἐναντιοφανοῦς vel *Ἐναντίου* nomen invenit. Mul
quoque afferuntur *ἐκ τοῦ κατὰ πόδας*. Ex interpret
tionibus absque Auctorum nomine propositis mul
conjectura haud vana refero ad Thalelaeum, Stephanu
aliosque antiquiores ICtos: quorum nomina librarior
negligentia omissa videntur. Illud non praetereund
est, quaedam horum Scholiorum etiam in Basilicis e
tare. Sed infinitis partibus in libro nostro plura su
et integriora. Neque ullus in Basilicis reperitur titul
in quem tanta Interpretationum et Scholiorum copia
congesta. Quare putabam aliquando, librum esse si
gularem, quem ICtus aliquis, fundamenti loco pon
Basilicorum contextum, ex omnibus omnium interpr
tationibus conflarit, in gratiam potissimum Advocator
et Procuratorum, qui se foro praeparabant. Sed,
diligentius expensa, non amplius dubito, quin hi d
Tituli una cum Commentariis decerpti sint ex Basi
corum exemplari multo integriori, quam quidem ho
est ex editione Fabroti. Extitisse vero olim exemplar
atque in Bibliothecis latere etiam nunc, Scholiis loc
pletiora, vel unus Codex Coislinianus fidem fecerit,
censitus a Montfaucon. *Bibl. Coisl. p.* 216. Sed

ius Augustinus Basilicis usus est Fabrotianis plu-
ns: ex quibus *de Nomin. Pandect. p.* 342. et
uo loca affert, quae in Fabrotianis desiderata, in
nostro *pag.* 4. occurrunt. Huic addendus est
ius Quintanaduegna *de Jurisd. et Imper. p.* 257.
nuper Ampl. Meermannus *Tom.* II. *Thesaur.*
Civil. et Canon. inseruit. Is Scholia quaedam
ad Tit. D. de Procurator. et Defens. laudat
iedis MStis; quae rursus in Fabrotianis frustra
ta, in libro nostro reperiuntur. De horum Com-
iorum Auctoribus verbo dicam. Thalelaeum,
orum et Stephanum eosdem statuo, quorum opera
anus in jure condendo et docendo usus est. Hi
cum Theophilo tam certis argumentis Justiniani
vindicati sunt, ut, qui in posterum contradicere
risum doctioribus debiturus sit. De Cyrillo et
a non satis liquet; nisi quod Justiniani aetate in-
s videantur. Horum omnium longe principem
Thalelaeum, quem merito Scholiastes *Basilic. Tom.*
732. *τὸν τῆς νομικῆς ὀφθαλμὸν* appellat. Summa
Juris peritia, mirum in solvendis dubiis acumen,
di denique ratio facilis et expedita. Usus est
rea ea diligentia, quam utinam ejus aequales essent
i, ut fontes ipsos, ex quibus Justinianus hauserat,
adhuc scaturientes, sed mox obstructos, adiret.
ag. 41. citat *L.* 1. *C. de error. adv.* integriorem,
hodie exstat. *Pag.* 40. laudat Paulli locum ex
D. de postul. qui et ipse hodie in Pandectis de-
tur. Reliquum est, ut, quid in his Commentariis
is praestiterim, breviter enarrem. Graeca crebris
ptelis vitiata, partim collatis Juris fontibus, partim
injectura emendavi. In vertendo, ut fidem, non
legantiam praestarem, operam dedi, Auctorum verbis
πατὰ πόδα inhaerens. Nam et si quaedam magis

ἀρχαιότητος. Quamquam eo loco
cujusdam jacturam fecimus. De
ult. Basilic. Lib. VIII. p. 436.
σύνδικος καὶ διὰ καινοτομίαν —
nem hanc esse scias. Primum,
Textus ponitur non diversus, ni
dam, ab eo, quem majus Ba
Lib. VIII. Tit. I. p. 394. seqq.
Textui, praeter Thalelaei, Theo
et Gobidae Interpretationes, sul
tim breviora, partim longiora
rum Scholia, illius etiam, qui ab
Ἐναντιοφανοῦς vel Ἐναντίου n
quoque afferuntur ἐκ τοῦ κατὰ
tionibus absque Auctorum no
conjectura haud vana refero ad
aliosque antiquiores ICtos: quor
negligentia omissa videntur. Ill
est, quaedam horum Scholiorum
tare. Sed infinitis partibus in li
et integriora. Neque ullus in B
in quem tanta Interpretationum
congesta. Quare putabam aliqu
gularem, quem ICtus aliquis, f
Basilicorum contextum, ex omn
tationibus conflarit, in gratiam p
et Procuratorum, qui se foro
diligentius expensa, non amplius
Tituli una cum Commentariis d
corum exemplari multo integrior
est ex editione Fabroti. Extitiss
atque in Bibliothecis latere etian
pletiora, vel unus Codex Coislini
censitus a Montfaucon. Bibl. C

intercedit, necessi-
comitabar. Cujus
ue fructum me ce-
ptate recordor. Nam
magisque exoptatum
um Musis animoque
quas vis morbi fre-
m aquarum usu re-
felicitatis parte me
occasionem auspicato
clam? Profecto nun-
et mea, cum casu et
lus in ignotum, ne-
m inferrem; tuque
ne eum laudatarum
proderes, nihil ut

nius Epicr. Biblioth. Crit.
d. Vol. I. p. 264. sq.] B.
itarr. Hemsterh. et Ruhnk.
ter. P. II. p. 281. scribit,
s utimur Batavi, ipsum vir.
nestium; ne videlicet con-
equali *Jo. Henr. Ernestio,*
22. Quo magis, quanquam
arbitramur veterem illam

ificatur, rectius quam supra

set. *F.*
pro *vis morbi* habet *atrox*
cuperare. *B.*
di distributionibus potius

notitiam faustis auspi-
F.

Latine dici potuissent, non tamen libuit nitidiora c sectari, obrepente praesertim vertendi taedio tanto, me saepe susceptae provinciae poenituerit. Atque loco publice gratias ago Viro eximio, Gerlaco Schelti qui summam, qua excellit, Jurisperitiam Graecis tinisque literis mirifice exornat, mihique se adeo faci atque indulgentem praebuit, ut non solum singu plagulas mecum relegeret, sed et plura implicata corrupta expediret. Cujus ingenio adjutus etsi me plerisque Auctorum mentem cepisse confido, sunt tam paucula, quorum Versionem in fine operis retract Vale, mi Lector, et alteram partem *de Procuratori et Defensoribus* brevi exspecta. — Ao. MDCCLII.

DEDICATIO

ALTERIUS EDITIONIS

LEXICI TIMAEI *).

PLURIMUM REVERENDO ATQUE ERUDITISSIMO

VIRO,

HENRICO GALLY, S. T.

CANONICO NORWICENSI ET GLOCESTRIENSI, RECTORI SANCTI AEGIDII IN CAMPIS, MAGNAE BRITANNIAE REGI A SACRIS, ETC.

S. P. D.

DAVID RUHNKENIUS.

Quadriennium prope est, cum Joannem Albert V. Cl., tum gravi morbo misere afflictum,

---

*) Eadem est hujus, atque prioris editionis, et Dedicat Praefatio, paucis vel mutatis vel additis: quamobrem operae tium duximus praecipuam varietatem enotare. *B.*

Albertum] Ed. prior *Alberti*. De usu terminationis La

ma, quae mihi cum eo intercedit, necessi-
: ad Fontes Spadanos comitabar. Cujus
's duplicem uberrimumque fructum me ce-
non mediocri cum voluptate recordor. Nam
m, quid jucundius mihi magisque exoptatum
ıoterat, quam carissimum Musis animoque
ominem corporis vires, quas vis morbi fre-
et debilitarat, salutarium aquarum usu re-
ısse? Tum, quanta in felicitatis parte me
: existimas, per hanc occasionem auspicato
ım inter nos esse contractam? Profecto nun-
ille dies memoria excidet mea, cum casu et
tu in Te incidens, ignotus in ignotum, ne-
uem de literis sermonem inferrem; tuque
ı oculis, vultu, oratione eum laudatarum
n amorem ac scientiam proderes, nihil ut

---

inibus propriis monuit Cl. Mahnius Epicr. Biblioth. Crit. q. [Vitar. hom. erudit. append. Vol. I. p. 264. sq.] B. *ergmanus* in append. ad ed. vitarr. Hemsterh. et Ruhnk.

„*F. A. Wolfius* Anal. Litter. P. II. p. 281. scribit, *m*, qua nominis forma fere nos utimur Batavi, ipsum vir. appellare maluisse, quam *Ernestium;* ne videlicet con- tur cum prof. Lipsiensi paene aequali *Jo. Henr. Ernestio,* cf. Saxii onom. litt. p. V. p. 622. Quo magis, quanquam lliis et ipso Wolfio, retinendam arbitramur veterem illam terminationem *Ernestum.*" *F.*

— *comitabar*] Quia tempus significatur, rectius quam supra *er.* *B.*

es] Rectius fortasse *aquas* dixisset. *F.*

] Abest a pr. ed. quae mox pro *vis morbi* habet *atrox* , et pro *recuperasse* praesens *recuperare.* *B.*

] Olim *Deinde:* quod in ejusmodi distributionibus potius locum sibi vindicat. *B.*

h. o. auspicato] Supra, *ibidem notitiam faustis auspi-* *B.* Rectius videtur *amicitiam.* *F.*

tam ardenter cuperem, quam ad intimam Tuan si fieri posset, consuetudinem et familiaritate admitti. Ac facilem mihi aditum reddidit si promta humanitas Tua, sive morum studiorumq similitudo. Ex eo tempore nullus temere d praeteriit, quin, quoad licuit, in amoenissimis fontem Geronsteram ambulacris de divinis h manisque literis sermones inter nos haberemu Hic in Te cognovi admirabilem quandam doctr nae de Graecis Latinisque fontibus ductae copia eandemque cum acerrimo omnis elegantiae sen conjunctam. Quod meum de Te judicium all congressus noster, cum superiore anno Batavia visebas, plane confirmavit. Jam quid dicam singulari, quo flagras, bene de literis meren studio, in quo Tibi comparare possum perpauc

---

Tam — quam] Olim *aeque — quam*, quod e Plauto et Li dedit Hadrianus Cardinalis de modis latine loquendi p. 8. Ci ronis potius consuetudinem probavit Ruhnkenius. *B.*

Scientiam] Supra *peritiam*, eodem sensu. *B.*

Promta] Supra *obvia*. *B.*

Ambulacris] Antea *xystis*, Graeco magis, quam Latino, cabulo. *B.*

Doctrinae] Olim *solidioris doctrinae*. Quae sequuntur, ctrinae de Gr. — *plane confirmavit*, omnia hic multo sunt n lius et elegantius, quam in priore Ed., posita. *B.* Olim scriptum erat: *Tum vero in Te c. a. q. s. d. c. nec vulga eruditionis omnis, quae Graecorum Latinorumque libris c tinetur, scientiam. Inprimis admirabar acerrimam, qua pr ditus es, vim judicandi. optimis scriptoribus confirmata quam magis etiam perspicere licuit, cum superiore anno B taviam nostram invisens, per aliquot dies apud nos comm rarere. F.*

Jam quid — quo flagras, bene d. l. — comparare] Sup *Quid autem — Tuo d. l. praeclare — conferre.* Verbo *mere*

anteponere neminem? Non est, quod hujus rei argumenta repetam altius. Vel hunc Timaeum *tectum cito, quem, nullo merito meo provocatus, cum Parisiis ageres, ex bibliothecarum latebris protractum, et quam fieri poterat accuratissime descriptum, mihi edendum concessisti. Ac tantum est, ut aut studium literas juvandi Tuum, aut erga me liberalitatem intra hos fines continueris, et subinde alias veteris aevi reliquias, cum ex Tua, tum ex publicis Angliae bibliothecis depromptas, non mihi tantum, sed amicis etiam Tuis, earumdem literarum amore captis, prolixe suppeditaris. Plurimum quidem ornamenti Tibi aliquando debebunt* Herodotus, Orpheus, Phalaris, *aliique. Ego vero cum nihil aliud habeam, quo tam luculenta, in me collata, beneficia remunerer, Tuum Tibi remitto* Timaeum, *a me, ut facultas tulit, expolitum. Hunc igitur explicata fronte, velim, accipias, Tibique persuadeas, neminem esse, vel unquam fore, qui liberalitatem Tuam aut gratiore animo prosequatur, aut libentius crebriusque dilaudet. Vale. Dab. Lugduni Batavoram, Kalendis Maji,* MDCCLIV.

[Repetita Ao. MDCCLXXXIX.]

...gis convenit *praeclare.* Cum Dativo *Tibi* rectius jungitur *comparare*, quam *conferre*, quod postulat *Tecum. B.*

Liberalitatem i. h. f. continueris] Antea *liberalitas defecerit. B.*

Cum ex Tua, tum] Supra, *tam ex Tua, quam. B.*

Sed amicis etiam] Supra *sed et amicis. B.*

Quidem — Tibi aliquando] Antea *sane — aliquando Tibi.* Ob praecedens *ornamenti*, equidem malim *aliquando Tibi. B.*

In me collata — a me, ut f. t.] Supra *quae in me contulisti — mea qualicunque cura. B.*

PRAEFATIO

ALTERIUS EDITIONIS

LEXICI TIMAE

AEQUO ATQUE ERUDITO LECTORI.

Constat inter omnes bene dicendi magistros, *Platone* pro tali ingenii magnitudine, non tenue et de me sumtum, sed grande et magnificum dicendi genus secutum. Nec inter ipsos Veteres defuerunt, qui hoc nomine poëtae, quam prosae orationis script similior videretur. *Quinctilianus* X. 1. p. 501. *Pl praecipuus est eloquendi facultate divina quadam Homerica. Multum supra prosam orationem surg* Gravitatem vero et tanquam auctoritatem scriptis conciliabat verbis antiquis et a vulgi familiaritate junctis. Vide *Dionys. Halic.* de Compos. p. 28. Q γλῶσσαι vel λέξεις, ut a veteribus Criticis appellant cum ipsis Graecis, florente quidem adhuc lingua, runtamen aliquantum mutata, obscuritate sua molest essent, Grammatici operae pretium se facturos exis marunt, si illis sigillatim interpretandis *Platonis*

Pro tali — magnificum] Supra *divina quadam ingenii concitatum, magn. quoddam, nec de m. s.* B.

Quibus — videretur] Supra *qui propterea ejus oration poëmati, quam pedestri sermoni, similiorem judicarent,* omi Quinctiliani loco. B.

Tanquam — sejunctis] Antea *quasi — abductis.* Sic tam in Or. de Doct. Umbr. *quas res populari ac perspicuo serm enunciare possent — verbis exprimunt a communi usu abduc* Sed post habitam illam orationem Linguae Latinae puritati n tum operae impendisse videtur Ruhnkenius. B.

Quidem adhuc] Supra *adhuc eorum*, omissis *ver. al. mut.*

Molestae essent] Supra *negotium facesserent.* B.

Si illis — redderent] Supra *si γλωσσήματα illa in m peritorum gratiam sigillatim interpretanda susciperent.* B.

ctionem faciliorem redderent. In quo genere non quidem *Plutarchus*, ut, re parum explorata, scribit *J. Potterus* ad *Clem. Alex.* Strom. V. p. 680. sed aliorum elaboravit industria. Primus, quod sciam, *Platonis* studiosis tale praesidium paravit *Harpocration*, Argivus, Caesaris familiaris, quem, *Suidas* narrat, λέξεις Πλάτωνος ἐν βιβλίοις δυσὶν edidisse. Ex eodem *Suida* v. Ζάλην, v. Ἥρας δὲ δ. v. Παλίμβολος, et *Etymol. M.* p. 407. 37. intelligere licet, in iisdem *Platonicis* glossis illustrandis *Clementem* versatum esse: qui, teste *Suida* v. Κλήμης, etiam scripsit πρὸς Ἀρώνυμον περὶ τῶν Ἰσοκρατικῶν σχημάτων, diversus, ea sententia, a Romanae historiae scriptore homonymo, ut *Suidas* utrumque confudit. Majore apparatu videtur eandem rem egisse *Boëthus*, cujus duplex huc pertinens scriptum recenset *Photius* Biblioth. Cod. CLIV. Ἀνεγνώσθη ἐν τῷ αὐτῷ τεύχει, καὶ Βοηθοῦ λέξεων Πλατωνικῶν συναγωγὴ κατὰ στοιχεῖον, πόλλῳ Δημαίου συναγωγῆς χρησιμώτερον· προσφωνεῖ δὲ Μελάντα τοῦ τὸ συνταγμάτιον. De altero scripto idem Cod. CLV. Ἐπιγέγραπται δὲ αὐτῷ (Βοηθῷ) καὶ ἕτερόν τι Ἀθηναγόρᾳ προσφωνούμενον σπουδασμάτιον, ὃ περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορουμένων λέξεων ἐπιγράφει· ὧν εἴ τις τὰς λέξεις ἐν συναγάγοι, συνεντάσσων καὶ τὰς συνηγμένας Τιμαίῳ, ἀπηρτισμένην παράσχοι τὴν ὠφέλειαν τοῖς τὰ Πλάτωνος ἀναγινώσκειν ἐθέλουσιν. Vide *Menag.* ad *Diog. Laërt.* III. 63. et *Fabric.* Biblioth. Graec. L. IV. c. 36. p. 582. At enim, cum et *Harpocrationis*, et

---

In quo g. — industria] Antea desiderabantur. *B.*

Quod sciam — paravit] Antea, *quantum sciam*, *Platonis studiosos hac parte juvit.* Mox *refert* pro *narrat*. *B.*

Ex eodem — confudit] Huic edit. addita sunt, initio sequentis periodi leviter immutato. *B.*

At enim — resarciamus] Nunc in periodi formam redacta

Clementis, et *Boëthi* libri communi literarum naufra gio perierint, nihil aliud superest, nisi ut hanc bon literis tam gravem jacturam, si minus totam, certe e aliqua parte, *Timaei* Lexico resarciamus. Hoc opusc lum *Photius* Cod. CLI. ita describit: *Τιμαίου Λεξικ περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων. Ἀνεγνώσθη Τιμαί πρὸς Γεντιανὸν περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων κα στοιχεῖον βραχὺ πονημάτιον ἐν ἑνὶ λόγῳ.* Ipsius *Tima* memoria non minus obscura est, quam *Gentiani*, c libellum inscripsit. Nec ullum, ne tenue quidem, v stigium, ex quo, qua aetate vixerit, conjecturam capi ejus Lexico impressum reperitur. *Jo. Meursius* *Nicomach.* Harmon. p. 169. Lexici auctorem e credit *Timaeum*, Locrum, philosophum Pythagoric cujus extat libellus *περὶ φύσεως*. Quod commentu quoniam absurdius est, quam ut refutari debeat, verb satis sit indicare. Non melior est ratio *Jo. Jonsii* Scriptor. Hist. Philos. I. 6. idem opusculum *Timae* Cyziceno, *Platonis* discipulo, quem *Democha* apud *Athen.* XI. p. 509. A. commemorat, tribue tis. Audierit iste *Platonem*. Num iccirco libros scr psit, aut *Platonis* glossas explicuit? Tali Grammatic rum praesidio non illa aetas, sed multo posterior, c lingua Attica minus celebrari coepisset, indigebat. dicat aliquis, quid in aetate *Timaei* quaerenda labor cum ipse, v. *Οὐχ ἥκιστα Porphyrium* laudans,

---

sunt, paucis e pr. ed. deletis, paucis etiam mutatis, v. c. *calami tosam jact. si non ex omni parte, certe pro parte.* B.

Ipsius Timaei — indigebat] His omnibus fere altera haec e aucta est. B.

At dicat aliquis — coarguere] Elegantius posita quam in p ed. *Putares eum demittendum esse infra P. aetatem, qui dise laudatur. v.* O. *ἥ. At enimvero pluribus, nec inficiandis a gumentis istius loci νοθεία ostendi potest.* B.

tendat post *Porphyrium* vixisse? Ego vero vellem, certis argumentis ejus aetatem constituere possem, quam illum locum manifeste *νοθείας* coarguere. Primum *Timaeus*, pro suo brevitatis studio, parcissime aliorum utitur testimoniis, nec nisi in reconditioris significatione verbis, e. g. *Σισύρα* et *Σφριγῶντες*. Atqui quam ineptum et ridiculum fuisset, ad formulam *οὐχ ἥκιστα* probandam, cujus viginti et septem exempla in *Platone* reperiuntur, alium potius, ac *Platonem* ipsum, adhibere auctorem? Sed fac, eum in re tam levi alterius cum scriptoris auctoritate uti voluisse, laudassetne, more Grammaticorum, *Thucydidem*, *Xenophontem*, *Demosthenem*, horumque similes? At laudat *Porphyrius*. Qui tandem scriptor? Nempe is, cui rum abstrusarum scientiam tribuunt omnes, scribendi autem nemo. Nec quisquam unus, si *Suidae* et *Timaeae M.* stuporem exceperis, Atticas formulas *Porphyrii*, similiumque scriptorum auctoritate unquam probavit. Ergo relinquitur, ut *Porphyrii* locum, sicut ceteros alios aliorum, ab inepta manu in *Timaei* Lexicon intrusum esse statuamus. Etsi vero sic satis demonstravimus, *Timaeum* nullam *Porphyrii* fecisse mentionem, neque adeo quicquam ex ista temporis nota colligi posse: suspicamur tamen, illum eodem, quo *Porphyrium*, seculo, id est, tertio floruisse. Haec enim

---

Pro suo brevit. st.] Antea *brevitatis mire studiosus*. B.

Quam ineptum et ridiculum fuisset] Prior Ed. *judicii quam ineptum fuisset*. B.

alium — ac] Pr. ed. *alium — quam*. Prius est frequentioris usus apud Ciceronem: vid. Tursell. de part. L. L. p. 86. ed. opt. Hadr. Card. l. c. p. 5. B.

Xenophontem Demosth.] Minus recte, habita temporis ratione, pro ed. *Demosthenem*, *Xenoph.* B.

Ergo relinquitur] Antea *Relinquitur igitur*. B.

ratum sit, nobis tamen, qui Philosopho minus integr quam tum erat, utamur, magno hoc opusculum adju mento poterat esse ad loca depravata indaganda, pri stinoque nitori restituenda. Nunc autem, cum incertu sit, utrumne glossa, quam restituere velis, ex *Platon* hausta sit, an ex alio scriptore: quis hujus Lexic auctoritate *Platonem* refingere audeat? Quibus d caussis, tametsi non deërant conjecturae, rarissime tamen, *Timaeo* duce, *Platonem* tentavimus, nec fere, nisi aliorum Grammaticorum consensus accessisset. Vel sic tamen est, quod nobis gratulemur, *Timaeum* importunam cladem, quae alios in eodem argumento versatos oppressit, feliciter evasisse. Multi enim *Platonis* loci rectius, quam ante, per illum intelliguntur: multae lectiones, ab ingeniosis hominibus perperam sollicitatae, egregie confirmantur. Potuerat quidem hoc argumentum latius et majore cum eruditionis ubertate tractare, ut *Erotianum* in *Hippocratis* Lexico, et *Harpocrationem* in X. Rhetorum, fecisse videmus, nisi ipse fortasse *Galenum* imitari maluerit, qui, post eruditissimam operam

---

Qui — utamur] Antea Indicativo *qui — utimur*. Sed *qui* h. l. idem valet ac *quum* causale, quod postulat conjunctivum. *B.*

Quibus — deërant] Supra *Itaque quamvis haud deessent*. *B.*

Importunam cladem, quae — oppressit] Supra *saevam barbariae tempestatem, quae — afflixit*. *B.*

Quam ante, per illum] *Quam factum est ante, ejus ope. Per illum*, id est, *ejus opera*, quod, ni fallor, frequentioris usus est, quam alterum *ejus ope*. *B.*

Ubertate] Supra *apparatu*. Praestat omnino illud. *B.*

Eruditissimam operam] Pr. ed. *eruditissimos labores*. De usu vocis *labor*, tam singulari quam plurali numero, docta videatur animadversio Cl. Mahnii Epicr. Bibl. Crit. p. 79. sq. [Vitt. homin. erud. append. Vol. I. p. 281.] *Opera* autem magis univers de quocunque labore dicitur. *B.*

ım, non dubitavit *Hippocratis* glossas nude, nec ta aliunde eruditione, enarrare. Sed, utcunque jure *Dan. Heinsius* ad *Maxim. Tyr.* Diss. VIII. . *Timaei* desiderium his verbis jam olim osten- *Haec pluribus praeter morem et institutum no- ı persecuti sumus, ut studiosi Platonis, non ɔnes tantum, sed et voces τὰς τῷ ἀνδρὶ ἐν χρήσει ınter observent. Quodsi exstaret Timaeus, et 'li Lexicographi Platonici, quorum cum alii, Photius meminerunt, facile hoc labore super- emus. Nunc e tot illis ne unus quidem nobis re- est, de quo saltem illud poëtae usurpare liceat, ι μέν τ' ἐδίην', ὑπερωὴν δ' οὐκ ἐδίηνε.* At enim ɔmnes hunc libellum temporis injuria deperditum :ent, ecce! *Bernardus Montfauconius*, vir prae- in rem literariam meritis insignis, in Bibliotheca uiana, nunc Sangermanensi, *Timaei* Codicem re- ex eoque specimen, quamvis minus accurate ptum, in ejusdem Bibliothecae Catalogo p. 477. dit. Codex est membranaceus, X. seculi, elegan- us, et praeterea continet *Apollonii* Lexicon *Ho- :um*, *Phrynichi* Σοφιστικὴν Προπαρασκευὴν, alia- Glossaria. Ego vero cum hoc Lexicon multis de s dignissimum judicarem, quod liberali manu as- m, tot seculorum vinculis liberaretur: petii a viro tantissimo, *Henrico Gally*, qui tum Parisiis de- , ut, quacunque ratione posset, illius apographum

', *utcunque est, jure*] Nonnullis deletis, paulo aliter supra : *Verumtamen — jam olim Dan. H. caet. B.*

enim] Supra *Sed. B.*

aeclaris] Rectius dicitur de *meritis*, quam in pr. ed. *in- ibus. B.*

uamvis] Supra *licet*. Mox *prodit. B.*

lliaque] Supra *variaque*. Vid. infra ad p. 81. *B.*

Assertum] In *Bergmani* ed. vitiose scribitur: *offertum. F.*

ad me curaret. Quod consilium ut acceperat *Claudius Sallierius*, singulare Galliae eruditae ornamentum, statim, pro eximio suo literarum juvandarum studio amico nostro veteris membranae copiam fecit. Magnum autem fortunae munus in eo posuerim, quod describendam provinciam humanissime suscepit cultissimi ingenii non vulgaris eruditionis vir, *Joannes Capperonnerius*, eamque tam egregie administravit, nihil ut supra fieri posse videatur. Nactus igitur apographum, *Timaeum* cum *Platone* comparare, atque adeo ejus editionem curare coepi: in qua quae sit a nobis servata ratio paucis exponendum videtur. Codicem veterem, qui unicus nunc superest, summa repraesentavi religione. Alterius Manuscripti vicem saepius explerunt *Photius* MS. et *Suidas*, aliquando etiam *Etymologus M.* qui omnes bonam hujus Glossarii partem ad verbum descripserunt, nomine auctoris suppresso. Quoties quam salutarem operam sibi mutuo praestiterint *Timaeus* et *Suidas*, non sine voluptate ex animadversionibus nostris

---

Literarum juvandarum] Exquisitior gerundii usus, quam supra *literas juvandi*. *B.*

Eamque] Supra *qui eam*. Ceterum huic Ed. accessit sequens annotatiuncula. *B.*

Videatur] Pauca, nec ea magni momenti, quae *Capperonnerius* neglexerat, Codice iterum excusso, Cl. *Villoisonus* ad *Longum* p. 179 indicavit. *R.*

Comparare] Supra *committere*. Scripsit tamen in Or. de L. U. *maxima ex antiquitate ingenia cum citerioris temporis hominibus committere*. Sed cf. supra p. 68 sq. *B.*

Curare] Supra *parare*. Mox, pro *explerunt*, antea *supplerunt*. *B.*

Bonam — partem] Eodem sensu ac supra *magnam — partem*. Cf. Vorstius de Lat. falso susp. p. 24. *B.*

Quoties — Suidas] Elegantius collocata, quam supra *Quoties T. et S. mutuam sibi op. praest.* *B.*

cognosces, simul admirans, Cl. *Kusterum* ex tot *Platonicis* glossis, quas *Suidas* in farraginem suam congessit, vix unam alteramve ad *Platonem* retulisse. *Photii* Lexicon ineditum evolvi apud virum ingenii, doctrinae, probitatis fama clarissimum, *Joannem Albertum*, cui multis nominibus tantum debeo, quantum ab homine liberi homini plurimum potest. Porro suam cuique classae sedem assignavi; aliquas etiam latentes in lucem revocavi, atque e fuga retraxi. Qua tamen in re plus navare et efficere potuissem, nisi crebrae, de quibus modo dixi, interpolationes omne hoc conjecturarum genus anceps et lubricum reddidissent. Sed cum omnis mea opera ad *Platonem* emendandum illustrandumque comparata sit, saepe de illustrioribus ejus locis disputavi fusius, inprimisque fontes, ex quibus posteriores scriptores rivulos duxerint, diligenter indicavi. Equidem haud scio, utilitatisne plus habeat, an voluptatis, collatis inter se locis cognoscere, quid iquisque a *Platone* mutuatus sit, et quo modo, quod *Platonis* erat, imitando fecerit suum. Qua de re pauca in universum erat disserere. Vix quisquam post heroica illa tempora ad scribendum accessit, quin se totum ad aliquem antiquiorum, qui omnium consensu ingenii ac doctrinae principatum tenerent, exprimendum imitandumque daret. Quemcunque vero sibi delegisset, ejus non solum

---

Congessit] Minus recte supra *congesserat*. *B.*

Evolvi] Otiosum *hunc in finem* in hac ed. delevit. *B.*

Revocavi] Supra *produxi*. Huc referri potest ipsius Ruhnk. admonitio ad Muretum T. I. p. 133. *B.*

Plus navare et eff.] Supra *multo plura praestare*. *B.*

Et quo] Antea *quoque*. *B.*

Tenerent] Supra *obtinerent*. Principatum *obtinet*, qui antea non habuit: *tenet*, qui semel obtinuit. *B.*

voces, formulas, complexionesque verborum, sed tentias etiam et bene dicta acerrimo consectabatur dio, in succumque, quod ajunt, et sanguinem vert Sed ex illis Heroibus quatuor inprimis posterior et admirata est, et ad imitationem vocavit, *Homer Thucydidem, Platonem*, et *Demosthenem*. Ab *Hom* quidem quot lumina sententiarum, dicendique co cum ipse *Plato*, tum reliqui scriptores sumserint, attinet dicere? Ejus autem imitationem ut vel tiro prehendat, sic ceterorum, quos dixi, ne eruditiss quidem, nisi diu multumque sit in illorum scr volutatus. Horum bene cogitata et bene dicta si ita, ut digitos suos, noscat, et in numerato ha illum, ajo, infinitis veterum scriptorum locis, vel pravatis adhuc posse mederi, vel lucem reddere scuris et parum intellectis. Quo magis autem *P* ceteros ingenio, scriptorumque multitudine vicit, plures nactus est imitatores. Ex hoc omnes, qui tius quoddam dicendi genus secuti sunt, mirifice fecerunt, Sophistae maxime; cujus rei luculenta speci in Animadversionibus dedimus nostris. Ex hoc *mistius* et *Synesius*, etiam post *Petavii* curas, cen amplius locis et sanari possunt, et explicari. Ex

---

Voces — verborum] Supra *orationis habitum formul loquendi*. *B.*

Ad imitationem vocavit] Supra *studiose effinxit*. *B.*

Cum ipse Plato, tum] Desiderantur supra; ubi mox *attinet dicere. Sed ejus*, caet. *B.*

Si — noscat — habeat] Supra *si — norit — habuerit:* omisso *obscuris et*. Praestat praesens subjunctivi. *B.*

Multitudine] Supra *varietate:* et paulo post *eo plures*, *prae Thucydide et Demosthene*, caet. *B.*

Luculenta] Supra *illustria*. *B.*

saepe et lumen et medicinam exspectat *Philostratus*; qua de re *Gothofr. Olearius*, merito ab injusta, quam apud cives suos obtinet, famae possessione depelli coepius, ne per somnium quidem cogitavit. Ex hoc denique multis locis instaurandi explanandique sunt *Dio Chrysostomus, Plutarchus, Maximus Tyrius, Julianus*, aliique. Quo magis his, qui altioris Critices studio ferruntur, dies noctesque elaborandum est, ut assidua lectione in justam *Platonis* consuetudinem veniant. Nunc revertor. In annotationibus nostris non tantum de *Platone*, sed de aliis etiam scriptoribus, ubi nos invitaret occasio, bene mereri conati sumus. In quo cum breviores esse voluerimus, veremur, ut interdum bones, vel mediocriter eruditi, rationes, quibus ad mutandum inducti simus, satis assequantur. Sed eos clementer rogamus, ut judicium de correctionibus nostris tantisper sustineant, dum ad aliquam de his

---

Saepe] Antea *passim*. *B*. cf. *Zumpt*. in Vit. hom. erud. Vol. II. p. 18. *F*.

Multis] Supra *variis*. Sic etiam supra et paulo ante *multitudine* vel *varietate*. Sed *varius* et *varietas*, ex ipsius Ciceronis admonitione de Fin. II, 3, proprie in disparibus coloribus dicta, inde transferuntur in multa disparia: adeoque minus recte pro *multus* et *multitudine* ponuntur, nisi in ista multitudine simul diversitas quaedam sit. Eadem de causa p. 77. ubi antea scriperat *variaque*, nunc posuit *aliaque*. De voce *diversus* idem monuit Heusingerus Obs. Antib. p. 401. *B*.

Qui — ducantur, dies noctesque elab.] Supra minus recte, *qui — ducuntur, diu noctuque laborandum*. *B*. De vv. *diu noctuque* cf. *Zumpt*. in Vit. hom. erud. Vol. II. p. 2. *F*.

Ubi nos invitaret occasio] Supra *invitante occasione*. *B*.

Cum — voluerimus, veremur] Supra minus recte Indicativo, et altero verbo singulari, *cum — voluimus, vereor*. Causam h. l. significat *cum B*.

Quibus — simus] In oratione suspensa rectius quam supra *quibus — sumus*. *B*.

rebus pervenerint judicandi maturitatem Ceterum notationes nostrae, si nulla alia re, certe hoc nor multis gratissimae sunt futurae, quod plurimas hab quantivis pretii particulas, ex ineditis scriptoribus, rara felicitate ad nos pervenerunt, decerptas. M tamen, et haud scio an maximum, libello nostro o mentum adjecit *Tiberius Hemsterhusius*, a cujus c siliis praeceptisque, tanquam a fonte, quicquid sum, fluxisse profiteor. Hunc Belgii *Varronem*, quotiesc que abditum aliquod e tenebris eruendum esset, to in consilium adhibui: ex hoc multas et recondita pl eruditione animadversiones vel blande elicui, vel portune expressi. Neque in eo pietatem, qua illud h secus, ac filius parentem, prosequor, mihi videor sisse. Etenim quo minus ipse, quae divinitus excog vit, in lucem proferre curat, eo magis mihi, ne literae nostrae carerent, enitendum putavi. Ita v erudite Lector, sciasque, me in excerpendis *Plat* locis usum esse Editione, quae Lugduni apud *G Laemarium* a. 1590. excusa est.

Scripsi a. MDLIV. Retractavi a. MDCCLXXXIX.

Annotationes] Supra *notae:* quod *explicationis* significat non est Latinum. Cf. Heusingerus l. c. p. 419. *B.*

Habeant] Exquisitius, quam antea *contineant.* *B.*

Decerptas] Scriptorum ineditorum tanta seges post primam tionem succrevit, ut vere dicere possim, nullum dum hujus neria librum tot Anecdotis refertum prodiisse. *R.*

Quotiescunque — aliquod] Supra *quoties — quiddam.* *B*

Multas] Supra *varias.* Cf. modo dicta. p. 81. *B.*

Etenim] Supra *Nam.* *B.*

ORATIO

DE

GRAECIA

ARTIUM AC DOCTRINARUM

INVENTRICE,

habita a. d. XVI Maji ann. MDCCLVII, cum in Academia Lugduno-Batava Lectoris Graecarum literarum professionem auspicaretur.

Est hoc majorum instituto bene ac sapienter receptum, ut, qui ad laudatarum *a*) artium disciplinas tradendas arciti, in hunc amplissimum ornatissimumque locum ascendunt, vel de illius doctrinae, quam quisque profitetur, dignitate, praestantia atque utilitate verba faciant, vel illustriorem quempiam locum, exquisite copioseque tractandum, indidem delibent. At enim cum multi, qua opera tralatitio huic publice dicendi officio satisfaciunt, eadem reconditae cujusdam eruditionis, aut singularis acuminis laudem quaerant: fit interdum, ut orationes habeantur eae, quas e centenis vix singuli, in eodem doctrinae genere, si forte, diligentius versati, mentibus animisque intendendis assequantur: dum interim reliqua oscitat concio, et subtilis molestique Oratoris taedio prope enecatur. Equidem cum honorifico Illustrissimorum hujus Academiae Curatorum, atque Amplissimorum hujus Civitatis Consulum decreto, in hoc augustissimum virtutis doctrinaeque omnis sacrarium, et in hanc tantam clarorum atque excellentium virorum aciem prodeo; cumque hodiernus dies, quo nullus un-

---

a) „Sumsit e Cic. de orat. I, 3, ubi sic post Pearcium editur. Sofra secutus est lectionem Aldinam *laudandarum*." *Matth.* in Eloqu. lat. exempl. p. 369. *F.*

reb [illegible] gravem ill
no' [illegible] necessitat
mi [illegible] oratio
qu [illegible] ab or
r [illegible] satius du
t [illegible] cu
n [illegible] oratione
s [illegible] pene [illegible] e
f [illegible] cupi
[illegible] *Graeca*
[illegible] sci
[illegible] pos
[illegible] Viroru
[illegible] majore
[illegible] animo
[illegible] endo
[illegible] stra
[illegible] genuo
[illegible] t, v

[illegible] nunc dubit
[illegible] ed. quart. *Ram*
[illegible] Vol.
[illegible] solus, nisi fall
[illegible] pro habet. De Fi
[illegible] *possim*,
[illegible], nescio. Dudu
[illegible] in Lex. L
[illegible] his dicendi form
[illegible] non veterum, si omni

[illegible] vocem, nisi poëtae; frequenti
[illegible] Quinctilianum, etiam translat

[illegible] omissam vocem *homo*; atqu
[illegible] exemplo, vellem scriptum esse

ejus non sementem sparserint: Si porro *e*) gravissimis tionibus evicero, eosdem ipsos *f*) multas praestan- imasque disciplinas non elicuisse *g*) tantum ex tene- is atque inchoasse, verum ad illud etiam fastigium xisse, prope ut nobis omnem consequendi sui spem tulerint: quis non juvenum incredibili erga gentem eruditam studio et cupiditate rapiatur? quis non vectiorum, senis Catonis exemplum imitatus, Grae- literas sic avide arripiat, quasi longo tempore con- tam visceribus, flagrantemque sitim restinguere cu- ns? Vellem quidem, materia ad dicendum sumta m est omnium intelligentiae accommodata, tam facile ns horae curriculo terminari posset. Verum illa late patet, nulla ut oratio, oratio autem? ne ju- n quidem volumen accuratam ejus explicationem iat. Quid igitur? Libere per omnem disciplinarum em vagabor, et summis quibusque leviter decerptis, ita tantum et fontes, unde quaeque sapientiae ratio liberalior ars manarit, quasi intento digito common- abo. Quaeso autem obtestorque Vos, Auditores, ut, minus polite limateque dixero, quam vel hujus litudo loci, vel eruditae aures vestrae postulant,

---

ine ingenuo et liberaliter educato: cf. de Fin. III, 17. de . I, 31. *F.*

) Admodum frequens est recentioribus haec orationis stru- a *Si* —, *si porro.* Cupio equidem scire, quis Romanorum dixerit. *F.*

f) Ciceronem has voces *idem ipse* non solere jungere, existi- *Matthiaeus* ad Cicer. or. p. lege Manil. c. 16. Recte enim h. l. et Tuscul. I, 17. *ego enim ipse cum eodem ipso* cor- se videtur. Exempli ab *Ramshornio* l. l. p. 334. allati Tusc. V, 9. *nisi idem hoc ipsum* alia est ratio. *F.*

Verbum *elicere* mihi quidem ab h. l. videtur alienum: *protulisse.* *F.*

huic infantiae meae vestra in humanitate ne desit prae sidium.

Praeclare gravis inprimis et locuples auctor, Plat. philosophia, dixit, nullum pulchrius, nullum praest bilius bonum nec impertitum esse mortalibus Dei m nere, nec impertiendum. Haec est illa barbariae immanitatis victrix, veritatis indagatrix, solidioris d ctrinae *) parens, officii moderatrix, vitae humana magistra. Quam qui aspernatur ac respuit, is huma nitate se abdicasse *h*) censendus est, atque ad tardaru pecudum conditionem detrudendus. Contra *i*), cuju contemplandae et cognoscendae studio qui, ceter posthabitis, se totum tradit, is ad ipsam divinitatem ex qua haustus animus et libatus *k*) est, quasi quibus dam passibus propius accedere videtur. Atqui han doctrinarum omnium dominam ac reginam uni Graec admirabili, qua praediti fuerunt, mentis sagacitate e obscuris abditisque naturae recessibus elicuerunt. Ne contenti *l*), illam philosophiam, quae rerum contem

---

*) *Solidioris doctrinae*] Recentiorum consuetudo juveni Rub kenio fraudi fuit; ipso judice ad Mureti Opp. T. I. p. 13. *B.*

h) Cicero dixit *humanitatem omnem exuere* p. Rosc. Am c. 16. p. Ligar. c. 14. Epp. ad Att. XIII, 2. *Hominem e homine exuere* est de Fin. V, 12. *F.*

i) „Post *contra* vel aliam particulam vix *qui* pro *is* po potest, et legendum videtur: *Contra ejus — qui.*" *Matth.* l. praef. p. X. *F.*

k) Cic. de Divin. I, 29. *e natura deorum libatos anim habemus.* II, 11. *ex divinitate omnes animos haustos aut a ceptos aut libatos habemus.* *F.*

l) „Sic Quinctil. X, 2, 7. et alii loquuntur; Cicero et ejusde Jetatis scriptores dicerent *non satis habens intellexisse.*" *Matt* a l. p. 266. *F.*

platione continetur, felici partu edidisse, alteram etiam, quae in actione versatur, aliquanto post liberaliter adjecerunt. Quam inveniendi gloriam tum annales vetustatisque monumenta satis superque loquuntur, tum ipsa rerum fides sic testatur et confirmat, ut nec Tatiani, nec Clementis Alexandrini declamationibus, bilis et invidiae plenis, unquam convelli queat; estque haec laus Graecorum adeo propria, ut ne aliam *m*) quidem gentem in illius societatem temere admittant. Nam etsi Graeci ipsi, pro aequitate sua, non dissimulant, nonnulla, in Mathematicis praesertim disciplinis, Chaldaeorum Aegyptiorumque ingeniis debita, vel per mutua populorum commercia in Graeciam fluxisse, vel a Pythagora, Democrito, Platone, aliisque, qui discendi caussa ad gentes longe dissitas *n*) commeassent, paullatim esse invecta: tamen, si quis illa cum Graecorum inventis contulerit, barbaros perpauca repetundarum iure postulare posse reperiet, eaque ipsa sic ab ingeniosissimis hominibus exculta et meliora reddita animadvertet, ut non aliunde adscita atque arcessita, sed in Graeco quasi solo genita esse videantur. Ac ne hic vetustissimae Poëtarum philosophiae memoriam replicem, quam fabularum integumentis *o*) involutam, quam fingendi licentia mire contaminatam constat fuisse: princeps et auctor accuratius philosophandi Thales extitit Milesius. Qui cum multa de divinae humanaeque mentis vi ac natura, de mundi satu atque ortu, de fati denique necessitate dissereret, quasi signum aliis sustulit

---

m) Malim *ne ullam quidem*. *F.*

n) Vox *dissitus* Appulejo similibusque usitata: cf. *Nolten.* I. p. 1451. improbavitque *Ruhnkenius* ipse ad Muret. T. II. p. 888. *F.*

o) Cic. c. Pis. c. 6. *nequitiam frontis involutam integumentis*. *F.*

ad excolendam illam philosophiae partem, quae poste Metaphysicae nomine celebrata est. Difficile dictu es Auditores, quot quanto ingenio viri hujus doctrina studio exarserint. Ac tantum abfuit, ut rei materia in naturae obscuritate, si quaequam, recondita, hun animorum impetum retardaret, ut ipsa potius *p*) difficultas magis et magis investigandi sollertiam exacueret. Magnum in hac disciplina nomen fuit Pythagorae, et, qui ad ejus se auctoritatem contulissent, Empedoclis et Epicharmi; magnum item Anaxagorae, magnum Parmenidis, pluriumque aliorum, quos memoria consequi difficile est, et enumerare longum. At enim vero praecipuam Methaphysicae et locupletandae et ad disciplinae formam habitumque redigendae gloriam sibi vindicant duo principes intelligendi magistri, qui merito omnium seculorum oculos animosque in se converterunt, Plato atque Aristoteles. Quorum uterque aetatem contrivit in investiganda, quoad humano ingenio fieri poterat, aeterna illa et beatissima numinis natura, in declaranda mentis humanae vi et indole, in ejusdem denique immortalitate tuenda atque adserenda. Nec quicquam illis, quae tum de rerum caussis et principiis, tum de communibus earum affectionibus ab iisdem philosophis disputata sunt, subtilius acutiusque excogitari potest. Quae pluribus verbis explicaremus, ni vereremur, ne minus commode servaretur orationis, quam instituimus, popularitas. Sed, ut varium est hominum studium, sic horum etiam Metaphysica modo a doctissimis quibusque concelebrata enituit, modo deserta obsolevit. Uni Platoni hoc praecipue obtigit, ut pari prope fastigio stare in utraque fortuna. Cujus sapientiae cum ii, qui po-

---

p) „Dele *potius*, quod addi non solet post *tantum abest*, u — *ut*." *Matth.* l. l. p. 572. Cf. *Zumpt.* l. l. 519. *Ramsl* l. l. p. 602. *F.*

litiorum literarum elegantia et suavitate ducerentur, tum veteres religionis Christianae antistites, multum semper tribuerunt. Sed Aristotelis fortunam quibus verbis conquerar? aut quomodo satis dolenter deplorem? Extulit enim duodecimum a Christo nato seculum genus hominum omni barbaria contaminatum, Scholasticos vulgo dicunt, qui clarissimo illius lumini teterrimam noctem *q*) offunderent, exquisitam elegantiam immunda illuvie et squalore opplerent, et sic denique immortali viro, apud imperitos, pudenda horum interpretum omnia pro germana Aristotelis philosophia stulte accipientes, ingentem et vix unquam delendam infamiam conflarent. Hinc certe, hinc occulte serpsit ista invidia, qua veteres philosophi nostra etiam aetate premuntur. Nam ut quisque antiquitatis omnis Graecarumque literarum imperitissimus est, ita priscos illos heroas petulantissime contumeliosissimeque vexat, abjicit, deridet. Atque nos non sumus ii, qui in Metaphysicae disciplina, praesertim quae tam difficiles tamque arduos explicatus *r*) habeat, Veteres negemus uspiam offendisse, uspiam incurrisse, mentis errore, ut fit, divagatos *s*). Verum haec novi Metaphysici nobis habere videntur, in quo sibi tanto opere placeant, seque velut de caelo delapsos tam magnifice *t*) circumspiciant. Quid enim? si nova illa decreta sunt ita certa, stabilia, firma, ut isti vulgo putant: qui fit, ut quadragesimo fere, aut quinquage-

---

q) Cic. de Nat. D. I, 3. *philosophiam, quae lucem eriperet et quasi noctem quandam rebus offunderet.* Or. p. Rosc. Am. c. 5. *tamquam si offusa reipubl. sempiterna nox esset.* *F.*

r) Cic. de Nat. D. III, 39. *quam esset obscura, et quam difficiles explicatus haberet.* *F.*

s) Lactantii haec vox est; *decipi, oberrare*, Ciceronis. *F.*

t) Cic. p. Rosc. Com. c. 2. *usque eone te diligis et magnifice circumspicis?* *F.*

simo quoque anno nova exoriatur secta, quae altera cum conviciis et clamore de possesione depellat? A quid tandem caussae esse dicamus, quare multi, p quibus modo, tanquam pro aris et focis, pugnaba eadem ipsa *u*) aliquot annis post, velut vana, fal nugatoria repudient? Videte levitatem hominum atq inconstantiam. Crebrae istae ac repentinae sententiar commutationes quid prodant, cui potest esse obscurun Scilicet hi quoque ipsi variis opinionum fluctibus jact nihil dum certi ac firmi, in quo tuto consistant, r pererunt. Quae cum ita sint, missis vagis errantibusq istorum conjecturis, solum id, quod in hac discipli certum atque exploratum est, constanter teneamu quod quin maximam partem sollerti Veterum invest gationi acceptum referendum sit, vix negari sine impr dentia, aut magna antiquae eruditionis inscitia pote Nimirum primae, quas natura illorum mortalium anim impressit notiones, quo plus simplicitatis, eo plus v ritatis habuere: quas notiones, qui deinceps secuti sun vel novandi cupiditate ducti, subtiliter quaesitis arguti obscurarunt, vel, devias *x*) sibi vias per varios anfr ctus quaerentes, plane deseruerunt. Itaque videas, ill ipsos, post longos infinitosque errores, eo, unde digres fuerant, tandem redire. Ecquis vestrum est, qui n sciat, notiones innatae quanto animorum studio a pr mariis sint philosophis, nostra patrumque memora explosae? Qui quid aliud fecerunt, nisi ut, cogni errore, ad Lyceum et Porticum, quam inconsulte temere reliquerant, reverterentur? Quodsi novitios hos philosophos non ratione, sed praestantium viroru

---

u) Vide supra p. 85. not. *F. F.*

x) Cicero *itinera aliaque devia* dixit; *vias devias* qu dixerit, nescio. *F.*

auctoritate refellendos putarem, possem hic, ut alios taceam, excitare Leibnitium, quam acri virum ingenio? quanta judicandi aequitate? quem, inter omnes constat, de Veterum Metaphysica, Platonis inprimis, et sensisse honorifice, et dixisse. Satis mihi multa verba de hac philosophiae parte fecisse videor. Ad Logicam deinceps transeamus.

Saepenumero, Auditores, mirari subit, plerasque artes et doctrinas ante fuisse consummatas y), numerisque absolutas suis, quam illarum inveniendarum constituendarumque ratio certis regulis esset praeceptisque inclusa. Sic Homerus divinam illam Iliada, admirabile belli Peloponnesiaci monumentum condidit Thucydides, antequam Rhetor Criticusve aliquis illas artes praeceptionibus devinxisset. Pari modo Graeci philosophi, summa quadam mentis vi atque celeritate praediti, magistrorum praecepta, quibus ingenium in inveniendo et acute cernendo dirigeretur, in vero investigando excolendaque ratione longe anteverterunt. Logica igitur vel Dialectica tum demum inventa est, cum, constituta propemodum philosophia, acuti sagacesque homines ejus praesidium non magnopere desiderarent. Quo ductus argumento si quis contendat, non videri tantam, quanta vulgo putatur, hujus disciplinae utilitatem, is quidem sententiae suae adscribat nostram. Plato certe, Mathematicis rationibus percipiendis magis acui ad philosophiam ingenium, putabat. Verumtamen ut capitalia z) ingenia hoc adminiculo facile caruerint, negari haud potest, permagnum infirmioribus adjumentum hac arte esse allatum. Itaque grato animo praedicandi sunt

---

y) Quinctiliani ac Plinii hoc est vocabulum; simpliciter Cicero *perfectus*. *F.*

z) Ovid. Fast. III, 839. *capitale vocamus Ingenium sollers*. *F.*

Veteres illi, quorum acerrimo studio et exculta Logi est, et per omne disciplinarum genus latissime fu Peripateticorum illustria in illam merita commemora quid attinet? ex quorum fontibus rivulos duxeru recentiores. Sed quis praeposteram et perversam St corum diligentiam ferat, qui captiosis cavillationum fallaciarum laqueis excogitatis, quod ad regendas vero inveniendo mentes a Peripateticis comparatu fuerat, id ad eas impediendas implicandasque conve terunt? Quae quidem tricae, deinceps a barbara Sch lasticorum natione cupide arreptae, vix tandem rece tiorum philosophorum opera ex scholis profligatae, Jesuitarum monasteria se abdiderunt.

Venio jam ad illam nobilissimam pulcherrimamq philosophiae partem, qua de expetendis fugiendisq rebus, de vitae ratione, hominumque moribus quaeritu quam, vere mihi videor posse affirmare, et natam e apud Graecos, et liberalissime educatam, et exornat pulcherrime. Atque haec quidem, si utilitatem ex in humanum genus redundantem spectes, omnium sciplinarum facile princeps est: sin nascendi ordine prope postrema. Veterrimi enim philosophi plus ope curaeque in naturalium rerum caussis indagandis, qu in ornanda hac morum emendatrice, posuerunt: cre quod ad ingenii laudem illustrius magnificentiusque debatur, de siderum, ut hoc utar, meatu *a*), quam temperantia aut cognitione sui disputare. Primi igit rei tam salutaris tamque necessariae curam et Pythago ipse et tota ejus familia suscepere. Qui quidem tamet illius more aetatis, utrumque studium conjunxera

---

a) *Meatus* dixerunt poetae eosque secuti orationis solut scriptores, velut Plinius, Quinctilianus, alii. Prorsus abstin ea voce Cicero, qui *motus*, *conversiones*, *circuitus* habet. *F.*

c tamen sapientiae partem plene cumulateque per-
runt. Quo magis dolendum est, quae ab illis li-
rum monumentis fuerint consignata, prope omnia
muni bonorum librorum naufragio periise. At enim
dum moralis philosophia in Italiae parte ea, quae
na Graecia dicta est, Pythagoricorum industria
issima incrementa capiebat, ceteri philosophi Graeci
in mathematicis vel in aliis philosophicis *b*) disci-
is persequendis, ut instituerant, strenue pergebant:
c Socrates, cujus sapientiamne, dubites, an morum
titatem magis admirere, philosophiam a latentibus
m caussis anquirendis avocavit, atque ad vitam
munem traduxit. Hic ut mirus fuit ingenio, mo-
s, vita, sic nova etiam atque antea inaudita et
sus singulari usus est docendi ratione. Etenim non
mando, ut Sophista, non inculcandis vulgaribus
um praeceptis, ut aretalogus *c*), non libris in vul-
edendis, ut philosophi ceteri; sed aliorum opinio-
s blande eliciendis, et absurdis, quae ex iis con-
rentur, lepide jocoseque coarguendis, homines ad
tis atque honestatis studium amplectendum exci-
t. Quibus quidem elegantissimis et Attico sale
itis disputationibus, cum ipse Socrates literam
scrit nullam, nobis omnino carendum fuisset, nisi
magno philosophiae et optimarum artium bono,

Similiter infra in or. de doct. umbr. *libris philosophicis* Elog. Hemsterh. *historiae philosophicae.* Constat autem, scriptores adjectivum *philosophicus* eo sensu non usurpasse, ejus loco dixisse *philosophus*, *a*, *um:* idque Graecorum imi-ne, quibus dicitur φιλόσοφος ἱστορία, docente in animadv. Eunap. Boissonadio, p. 131. *B.*

Graecae originis, at Romae nata vox, de vano sapientiae virtutis ostentatore, quae legitur ap. Juvenal. XV, 26. et Sue-in Aug. 74. ubi vid. Casaub. *B.*

Plato et Xenophon discipuli obtigissent, ambo i
venustate atque elegantia florentes, eloquentiae
et varietate ambo. Felicem magistrum talibus disc
Felices discipulos tali magistro! Hi, quicquid ex
illo Socratis ore arripuissent, scriptis diligenter
darunt, eandemque sermonis festivitatem nativ
leporem, quo Socrates supra cunctos mortales ex
oratione sua sic expresserunt, nihil ut fingi pos
nustius, nihil scite magis. A Socrate igitur, ta
a capite et origine, profectae manarunt omnes
riorum philosophorum praeclarae disputationes de
et bono, de justitia et fide, de ceteris denique
quibus hominum genus ad bene beateque vivendu
colatur. Atque illi ipsi, qui hodie, in Gallia prae
et Britannia, ut suum et aliorum otium fallan
libris de morum doctrina scriptis prope obruunt;
quaeso, magnopere afferunt, quod in Socraticis
non multo rectius atque elegantius tradatur?

Graeci igitur sapientes qua ratione hominum
ad honesti decorique curam et omne genus officii
formarint, satis a Vobis cognitum arbitror, Aud
Reliquum est, ut, quibus legibus, moribus, disc
respublicas temperarint, quam poterimus brevi
explicemus. Hic rursus Pythagoricorum *d*) virt
prudentia multiplici gloria eluxit, quippe quor
haud pauci et rerumpublicarum clavum tenueru
civitates salutaribus institutis fundarunt. Quar
nec in ipsa Graecia defuerunt ea aetate, qui Pol
sive civilem hanc prudentiam, si minus docendo

---

d) Frequentior Ciceroni est altera forma *Pythagoreoru*
Heindorf. ad Nat. D. I, 5. *F.*

e) Non ego is sum, qui negem, *quippe qui* jungi pos
indicativo (v. *Ramsh.* l. l. p. 611 sq.); mallem tamen Ruhn
Ciceronis exemplo, eo abstinuisset: cf. *Zumpt.* Gr. L. p. 41

ıve, at certe republica domi forisque tractanda sic
ıarent, ut nihil admodum ad perfectionis laudem
: videretur. Sponte vobis, vel me tacente, illustre
is nomen succurrit, prudentissimi Atheniensium
ıtoris, et septem Sapientum numero habiti. Grae-
vero civitates quam egregiis legibus temperatae
ıt atque excultae, quis tandem majus illustriusque
ıonium desideret eo, quod illis Romani, quantis
s, imperio et rerum gestarum gloria, tanta gravi-
et recti judicii laude praestantes, publice perhi-
ınt? Horum enim jussu, post exactos reges, tres
in omnem Graeciam profecti sunt, ut tum inclitas
ıis leges, tum aliarum civitatum mores institutaque
scerent, et descripta domum asportarent. Ex
s maximam partem conflatae sunt Leges XII. Ta-
ım, quarum tanta et fama est, et in veteri jure
ıno cognoscendo utilitas. Sunt igitur duodecim
lae fons omnis publici privatique juris: duodecim
larum fons Graecorum leges, Atheniensium maxime.
ıtem illa Regum et principum virorum administra
mes, Politica *f*), primum a Platone, mox ab Ari-
ı, ad justam disciplinae formam revocata. Quorum
rior si nullum aliud ingenii monimentum condi-
: extant autem plura singulari sagacitate et ex-
la diversissimarum rerum scientia confecta, quae
famam satis tuentur: solis aureis de optimae rei-
cae institutione libris nomen suum ad immortali-
memoriam consecrasset. Sed cavete hic vobis
ırem umbraticum animo fingatis, abdentem se litera-
latebris, et gravi cum supercilio Regibus principi-
ıe viris, quos nunquam frequentarit, leges scribere

Graeca vox πολιτικὴ Latine dicitur *scientia civilis*, *rei-
administrandae ratio*, *prudentia*, *cognitio*, item *consilium*
ıum. V. Heusing. ad Cic. de Off. I, 22. *B.*

ausum. Etenim politissimi vir ingenii in aulae
ac splendore vixit, maximis omnis memoriae reg
Philippo et Alexandro summa familiaritate conjur
multumque versatus cum ministris et adjutoribus
siliorum. Ecquem igitur putetis, vaferrimas aulic
artes, arcanasque, quibus regna administrentur, rat
vel indagasse sagacius, vel tenuisse rectius, vel l
prodidisse accuratius? Perspexit nuper, et quidni
spiceret is, quem propter singulare mentis ac
omnisque pulchri sensum inter praecipua hujus s
ornamenta referas? perspexit igitur operis praestar
Illustris Montesquieu, et plura inde in eximiur
Legum caussis librum derivavit, quam fortasse cr
priscarum literarum ignari.

Susceptae materiae ordo jam me ad illud Graec
studium ducit, quod in rebus naturalibus scrut
explicandisque collocarunt. De quo antequam d
instituo, pauca generatim atque universe monenda
Gravis quaestio est, et variis discrepantium inte
doctorum hominum agitata contentionibus, plusne
teres ingenio et honestissimarum artium scientia v
rint, an recentiores? Nec temporis hujus est, nec
stituti, quibus quisque rationibus, quam sequer
opinionem confirmarit, ordine referre. Utrinque
magis cupide animoseque disputatum est, quam soli
et vere. Exorti tandem viri sunt ab omnium par
studio alieni, in quibus et summa fuit judicandi
et summa meritis amplificata auctoritas, qui l
magno bonarum artium damno indies gliscentem
dirimerent, ut antiquitati palmam tribuerent in c
plinis iis, quae ex apertis cognitisque fontibus hau
dae, sola ingenii sollertia perficiantur: contra, recen

---

g) Omissa mallem verba *animose* ac *solide*. *F.*

. in iis, quae ex abditis naturae penetralibus vandi diuturnitate, et longa experimentorum *h*) itur serie. Quae cum ita sint, quis non videt, es a recentioribus in Physicis et plerisque Mathe- is, quae longioris aevi diligentia constent, longe amque superari? In quo tamen vituperare antiqui- , et contemnere, quod multos facere videas, sive tia est, sive iniquitas, sive utrumque. Nisi forte etiam Physicis, qui nunc sunt, obtrectandum putet, non eosdem, quos qui post mille annos futuri in arte sua progressus fecerint. Verum tamen ne fatendum est, Graecos omnes, ne Leucippo m et Democrito exceptis, qui Physicorum longe ipes numerantur, in hac naturae scientia conjectu- ibuisse nimium, experimentis parum. Quod idem utum, gravi praeclarae hujus doctrinae detrimento, ci deinceps secuti per multa secula tenuerunt: Baco Verulamius, cui illorum, qui de Philoso- et laudandarum artium studiis bene meriti sunt, ono neminem, comparo paucos, naturae specula- *i*) a vano conjectandi studio ad ipsam naturam vandam, factisque periculis exquirendam revocavit. nquam ad Veterum excusationem, non deest, quod possit. Nondum enim oculus arte adjutus erat, um inventa antlia *k*), quam vocant, pneumatica,

---

Experimenta dixerunt Plinius et Quinctilianus: habet etiam Tusc. III, 30. Haud scio tamen, an eodem sensu fre- ioris usus sit *pericula*. Sed illud h. l. perspicuitatis causa at. *B.*

Cic. de Nat. D. I. 30. *Physicum, id est speculatorem oremque naturae. F.*

Talia ubique evitari non poterant, quanquam *eclipsis* latine s *defectio* solis aliorumque siderum dicitur. [Cic. de Div. . de Republ. I, 14.] *Galaxia* gr. γαλαξία de *via*, quae

nondum denique tot alia sensuum manuumque adjumenta comparata; sine quibus, fallitur, qui se in naturae cognitione multum profligaturum putet. Neque tamen aliquis nobis occurrat sic, ut dicat, ex his tam praeclare inventis, quae modo commemoravimus, quantum recentiores antiquioribus ingenii vi praestent, ve liquidissime apparere. Non est, non est profecto, i quo horum sagacitas se valde efferre atque exultar possit. Fere enim, nescio quo fato, accidit, ut maxim quaeque et utilissima hujus generis inventa casu potiu quam ullius sollertia, in lucem proferantur. Profect mirum est, Auditores, qua ratione fortuna mortaliu ludat industriam. Nam quod acutissimi homines, co tritis in quaerendo aetatibus suis, invenire non potu runt, illud saepe bardus aliquis Monachus, aut si qu est consimili stupore, nullo reperit negotio. Grae vero quamquam ab iis, quae dixi, praesidiis impara Physices disciplinam inchoasse potius, quam absolvis putandi sunt: tamen in multis nec levis *l*) momen rebus facem aetati nostrae praetulerunt. Nam coel stium corporum quae sit vis centripeta, quae centrifug haud leviter ab illis adumbratum est; sphaerica tellu

---

dicitur, *lactea* [Ovid. Metam. I, 168. Cic. Somn. Scip. c. Verumtamen et graece et latine ὁ γαλαξίας sc. κύκλος app latur. *F.*] Sed haec et alia hujusmodi, quominus cuiquam v vertantur, prohibet prudens observatio Cl. Mahnii Epicr. B Crit. p. 25. [Vit. Hom. Eruditiss. Append. Vol. I. p. 288.] *po per omnem orationem verum Latinitatis colorem et quasi t nitatem teneri, etiamsi subinde recentioris aetatis vocabu utamur. B.*

l) *Momentum* non dicitur, ne translate quidem, a Cicero nisi ubi *utriusque partis* vel tacita cogitatio vel aperta sig ficatio adest. *Res levis* vel *magni momenti*, quemadmodu nunc fere absolute ac nude scribimus, vix quemquam veteru dixisse puto. *F.*

a iisdem fere, quibus hodie, rationibus demonstrata: denique aestus, ejusque caussae eodem, quo nunc, explicatae. Alia sciens praetereo.

Hactenus de Graecia philosophiae inventrice. Nunc isciplinarum Mathematicarum ortu et incremento disserendum est. Vetus opinio est, jam inde a tis ducta temporibus, tum numerorum scientiae, Geometriae, tum denique Astronomiae incunabula Chaldaeos Aegyptiosque esse quaerenda. Ergone i philosophiam invenire potuerunt, Mathesin non runt? Ergone ingenia illa, quae optimis artibus itandis alerentur, aliquando torpuere obtusa? lem neque laudem, barbaris gentibus ab ipsis cis sponte ac liberaliter tributam, in dubium vo- nec illis, qui tot propriis bonis abundent, affin- aliena. Hauserint inde Graeci prima harum artium nta; quae quam rudia, tenuia atque incondita nt, non aliunde rectius, quam ex eo, quod Diodo- iculus narrat, intelligi potest. Negat enim scriptor simus Chaldaeos illos, quibus tantum in hoc genere itur, solis deliquium *m*) praedicere et ad certum us revocare ausos fuisse. Egregiam sane Astrono- scientiam et fama tam illustri et pervagata dignam! cis, Graecis, inquam, nominatim Thaleti Milesio, loria servata fuit, ut primi eclipses supputarent, ntique vulgo praedicerent. Verum quantumcunque m sit *n*), quod barbarorum ingenio debeatur, i certe ita illud et amplificarunt et exornarunt, si demum veri Mathematicarum disciplinarum in- res dici haberique possint. De Arithmetica quidem praeclare meriti sint, quid multis commemorem?

Hac voce Plinius demum usus est H. N. II, 12. *F.*

Vide supra p. 84. not. *b*). *F.*

quorum industria non vulgaris tantum, sed analyti etiam, quam hodie Algebram vocitant, nobis est comp rata. Atque hic inveteratus prope error ex hominu animis evellendus est, quo Arabes nobilis hujus subt lisque artis satores ac parentes ferunt. Quod si omn vetustatis monumenta, quibus pulcherrimum inventu Graecis vindicari possit, fatali illa librorum stra intercidissent: tamen hanc analyticam numerandi rati nem, aeque ac reliquam Arabum eruditionem, ex Gra cis fontibus repetitam crederemus. Jam vero cum s perest *o*) Diophantus Alexandrinus, vir longe acutis mus, qui se principem Analyticae Arithmeticae inve torem et dicat et re ipsa probet: tamenne Arabib quod per vim et ambitionem interverterunt, tanqu proprium tribuemus?

Pari studio Graeci, et vero etiam vehementio rationes ducti in pulvere radii demonstrarunt. Ce si immortalia eorum in Geometriam merita sigillat persequi instituerem, vox me citius aut dies, qu materia, deficeret. Ecquis vestrum est, Auditores, q in hujus doctrinae adyta penetrare cupiens, non Eucli usus sit mystagogo *p*)? De quo illud mirabile ad la dem ac prope singulare praedicatur, qui ejus plac vel in dubium vocarit, vel erroris convicerit, [per t immensi temporis decursum adhuc repertum esse n minem. Euclidem brevi post excepit is, quem aeta suae Newtonum dixeris, Archimedes; qui, quant Graeci ceteris nationibus ingenii gloria antecelluerun tantum Graecos omnes incredibili mentis vi et celerit

o) „Imo *supersit.*" *Matth.* l. l. p. 379. *F.*

p) Graeca vox, qua proprie designantur hi, *qui hospites ea, quae visenda sunt, ducere et unum quodque ostendere,* [*qu illi mystagogos vocant,*] ut ipse Cicero interpretatur in Verr. I 59. Latine dicatur *duce, praeceptore, magistro.* *B.*

enteivit. Namque universam Mathesin felici industria persecutus, obscuris lucem, dubiis fidem attulit, atque hanc tam insignem laudem infinita novorum inventorum multitudine cumulavit. Geometriae vero scientia sic excelluit, ut in ejus libris jam vestigia sublimioris, qua aetas inprimis nostra gloriatur, Geometriae haud leviter expressa appareant. Archimedi tum alios, si libet, ejicite, tum inprimis praestantem arte sua hominem, Apollonium Pergaeum, qui primus omnium, quantum licuit, latentes antehac et obscuras Conicarum sectionum proprietates in lucem protulit, et scienter detexit.

Major ex coeli et siderum observatione in vitam humanam redundat utilitas, quam ut a Graecis negligi omnive potuerit. Itaque nullus fere ante Socratem quo nomine extitit philosophus, qui non siderum magnitudinem, intervalla et meatus *q*), quanta posset diligentia, anquirenda existimaret. Pythagorici inprimis, quod summa vigilantia coelum spectarint, summis in coelum laudibus feruntur. Ex qua nobilissima familia Philolaus, si quis alius, commemorandus est, qui primus solem in universi centro *r*) sic collocavit, ut ipse circa axem rotetur suum, planetae autem omnes circa solem orbitis rotundis *s*) moveantur. Cujus sententiae primum auctorem cum antiquarum expertes literarum Philolaum Copernicum jactarent, Ismael Bullialdus, vir doctissimus, qui, raro exemplo, ad Astronomiae laudem

---

q) Vide supra p. 92. not. *a*). *F.*

r) Facile poterat vitare hanc vocem, quam Plinius et Vitruvius primum induxerunt in latinam linguam. Cicero quidem Graece centram dicere ausus est Tusc. I, 17. *in medio mundo — puncti vestatur, quod κέντρον illi vocant.* *F.*

s) *Rotundus* num recte addatur *orbitae*, equidem dubito. *F.*

politioris humanitatis decus adjecerat, inventi tam praeclari gloriam rursus Philolao vindicavit. Ita non pauci hodie, praesertim ex illis, qui in compendi alicujus angustias compacti et conclusi sunt, quae ante plura jam secula veterum scriptis sermonibusque celebrata reperiantur, pro recens inventis venditant, majorine imperitia, dicam, an insolentia et vanitate. Singulos vero, quorum opera et labore Astronomia crverit, si enumerarem, quem tandem exitum oratio nostra inveniret? Mitto igitur Eudoxum Cnidium, mitto Meton Atheniensem, mitto Aristarchum Samium, mitto denique tot alios et meritis suis et aliorum praeconiis nobilitatos. Nec tamen Archimedes hic praetereundus est vel ob eximiam sphaeram ab ipso inventam, in qua solis, lunae, et quinque errantium motus sic illigaverat ut celeritatis et tarditatis rationem, quam conversionibus suis tenerent, felicissime imitaretur. At enimvero superiorum Astronomorum omnium luminibus multum offecere *t*) duo excellentes viri, et ad siderum scientiam amplificandam, atque in justum artis habitum cogendam nati factique, quamvis aetatum disjuncti intervallis, Hipparchus et Claudius Ptolemaeus: quorum prop

---

t) Apud eos, qui nunc latine scribunt, hac dicendi forma nihil frequentius; ac velim scire, quis veterum Romanorum ita dixerit non quo nesciam, quid sit *luminibus officere*, aut nude *alicui rei officere*, sed quod Ciceronis auctoritate multos reperio abusos. Hic enim ita locutus esse dicitur in Bruto c. 57. Ibi vero haec leguntur: *Nam ut horum* (Philisti et Thucydidis) *concisis sententiis, interdum etiam non satis apertis — offecit Theopompi elatione atque altitudine orationis suae: sic Catonis luminibus obstruxit haec posteriorum quasi exaggerata altius oratio.* Quo quorsum spectent, nemo non videt, appositis, non paucis quibusdam, sed plenis totius periodi verbis. Neque majoris momenti est, quod afferunt ex or. p. Rab. Post. c. 26. *mentis luminibus officit altitudo fortunae et gloriae.* *F.*

innumerabilibus observationibus inventisque Astronomia plus incrementi cepit, quam vel superioribus seculis cunctis, vel pluribus deinceps secutis. Nolite tamen putare, Auditores, me vel tam ineptum antiquitatis admiratorem esse, vel tam iniquum recentioris industriae aestimatorem, ut veterem Astronomiam cum novae huius splendore ullo modo comparandam ducam. Erudita illa Graecorum gens ultra, quo progrederetur, vix habuit, tum aliis caussis impedita, quas hic referre nihil attinet, tum omni fere supellectile, quae sideribus observandis inserviat, destituta. At quot et quales hodie opportunitates habemus! quantam omnis generis instrumentorum copiam! Quo magis saepenumero veterum sapientiam admiror, qui, quae recentiores tuborum ope ignorint, eadem, tanquam divini, rara et singulari ingenii vi conjecerint. Democritus certe tot seculis ante natum Galilaeum docuerat, galaxiam non nisi ex infinita exiguarum confertarumque stellarum multitudine constare. De Lunae vero natura, phasibus, maculisque complures veterum, absque oculo arte adjuto, eadem, quae recentiores coeli siderumque spectatores, tradiderunt.

Cum omnes omnino artes, quibus vitae humanae commoda adjuventur, et ortum suum Graecis debeant, et incrementa, quid mirum est, si Mechanica, cujus usus latissime patet, eorundem ingeniis exculta egregium in modum fuerit ac perpolita. Archytam Tarentinum, accepimus, non tantum machinas, quae inspectantes stupore defigerent, effinxisse, sed et primum omnium accuratam illarum construendarum rationem literis explicasse. Inter omnes autem, quos prisca aetas tulit, Mechanicos maxime eminet Archimedes ille ad miraculum usque ingeniosus. Qui cum Syracusae gravissima obsidione a Romanis premerentur, quod ingen-

tium copiarum robur vix efficere potuisset, id effeci unus, patriam urbem per tres annos machinis bellicis quas summa sollertia excogitasset, ab hostium irruentium vi defendens. Idem eodem tempore Marcelli classem mirabilium illorum speculorum ope exussit, simulque nobis documentum dedit, Optice ad quantum culmen *u*) fuerit a Graecis provecta *x*). O! civem egregium, nec unquam satis laudandum, cujus ingenium patriae tanto praesidio fuit, quanto ornamento. Extulit citerior aetas multos excellentesque Mathematicos sed ex quo patria fructum tam amplum ceperit, extulit neminem. Hospes sit, oportet, et peregrinus in Graeca historia, quem non saepe tot tam varii generis tormenta bellica, arietes, testudines, helepoles, turres aliaque incredibili sagacitate reperta, in admirationem rapuerint. Nihil jam dicam de artificiis, quae ex eadem machinali doctrina ad multiplices hominum usus, tum necessitatis, tum delectationis caussa, uberrime effloruerint.

Mechanicam ars illa, quae aedificandi leges da arctissima cognatione attingit: cujus quam exquisita scientia Graeci praediti fuerint, vel ex Graecorum architectorum commentariis, quos Vitruvius in compendium misit, in unumque corpus perite conflavit, satis cognoscere potestis. Sed quanto hoc clarius et luculentius ex magnificis illis monimentis, quae vel omnium

---

u) Quod Romani *gradus* dixerunt *honoris* ac *dignitatis*, rarius *sapientiae* aliarumque rerum, recentiores traduxerunt ad *perfectionem*, cujus nullum veteres habuisse *gradum*, facile intelligitur ex ipsa verbi significatione. Multo minus *artem provehere ad culmen* dici posse mihi videtur.

x) „Vid. Fabric. bibl. gr. T. IV. p. 185. ed. Harl." *Matth.* I. p. 582. *F.*

rerum confectrix y) aetas, vel Saracenorum furor et immanitas reliqua fecerint, intelligi potest! quibus, quamvis misere habitis, contemplandis admirandisque eruditorum peregrinatorum oculi animique nunquam satiantur. Itaque nulla hodie in cultiori, qua patet, Europa ...ms est, quae non Graecis hac in arte principatum deferendum ducat. Ac peritissimi quique aetatis nostrae architecti pulcros sese beatosque judicant, si quid ...ltando, quod proxime ad Graeci praestantiam operis accedat, effingere queant.

Sed quo plura Graecorum inventa refero, eo magis mihi crescit materia dicendi. Etenim nihil adhuc ...xi de Geographia, nihil de Gnomonica, nihil de Hydraulica, nihil denique de Musica, quae et ipsa cum ...m Mathesis pars esset, insignem Mathematicorum ...em et auxilium experta est. Neque a proposito alienum foret, de nobilissimis artibus, Pictura et Sculptura ... disserere: in quibus laudandis quantum se jactare ...tra posset oratio! Quid enim signorum habet aetas ...entior, quod cum antiquitatis Graecae pignoribus ...paratum non sordeat? Sed haec omnia pro materiae ...nitate explicare, temporis, quibus concludor, an...tiae vetant. Neque tamen ita properandum est, ut ...eclarissimam illam humanae vitae sospitam z) et conservatricem, Artem Medicam, cujus ope cum maxime ...ligeo, silentio praetermittam. Haec, ut reliquae ar..., a rudibus exiguisque profecta initiis, tandem per ...ultos gradus pervenit ad Hippocratem, divinum hominem, immensa omnium, quae ingenio continentur, ...rtium scientia praeditum, et naturae observatorem tam

---

y) Lactant. VII, 11. ex Cicerone habet: *confectrix omnium rerum vetustas.* *F.*

z) Dearum modo esse voluerunt Romani hanc vocem. *F.*

diligentem tamque accuratum, ut et alios fallere, et a aliis ipse falli *a*) nesciverit. Hic simplicissimam et na turae consentaneam medendi viam ingressus, brevi salu tarem artem ad summum decus provexit. At illa Hip pocratis semita, quae sola ad humani generis saluten duceret, quam paucorum notata est vestigiis! Brevi ne glecta obsolevit tradita ab eo medicinae excolendae ra tio: In certae experientiae locum philosophicae argu tiae successerunt: Jacuit ipse hujus artis parens a princeps: circulatores atque anilium nugarum institor in coelo fuerunt. Sed tandem divinitus excitatus He mannus Boerhavius, alter Hippocrates, quo vix qui quam hanc Academiam, ipsumque nomen Batavum ma jori illustravit gloria, summum illum Coorum heroa i pristinam dignitatem restituit, ejusque studium et ora tione, ex hoc ipso loco habita, et multo magis exem plo suo, sic artis salutaris studiosis commendavit, u jam universa fere Europa se ad Hippocratis auctorita tem contulerit.

Atque ita potiorum artium originem, quanta po tuimus brevitate usi, enarravimus, Restant delicia illae nostrae et amores, liberalissima humanitatis stu dia: in quibus veteres illi Graeci omnium consens gentium vere regnant ac triumphant. Quem enim ull natio poëtam protulit, qui cum Homero; quem orato rem, qui cum Demosthene; quem historicum, qui cu Thucydide sit ullo pacto comparandus? Latium solu ea edidit aluitque ingenia, quae Graeciae gloriam prop in discrimen vocarent. Sed quis Graecis Latinos oppo nat, qui quem habent ingenii cultum, a Graecis ad s traductum esse, ingenue fatentur? Aegre ab hoc loco et ad fructum uberrimo, et ad voluptatem suavissimo

---

a) Hoc poëtis reliquendum. *F.*

discederem, nisi jam mihi harum literarum quotidie celebrandarum facultas oblata esset jucundissima et maxime animo exoptata meo. Quod immortale beneficium cum a Vobis, Amplissimi Proceres, in me profectum sit, Vos, par est, summa veneratione, Vestris in rempublicam et bonas literas meritis debita, a me compellari. Omnino tam illustrem prolixae erga me voluntatis Vestrae significationem dedistis, nihil ut jam aliud mihi omni vita cogitandum agendumque sit, nisi qua ratione possim me tali ac tanto beneficio dignum praestare. Ex quo quidem tanto uberior laetitiae fructus ad animum meum pervenit, quod eo semper meorum summa votorum rediit, ut mihi juventutem ad illarum artium, quarum ipse amore flagrabam, honestissimum studium erudire publica auctoritate liceret. Quo me nec majus nec pulcrius reipublicae munus afferre *b*) posse, tum ipsa ratio mihi persuaserat, tum veterum auctoritas sapientum. At enim insigne illud, quo animus effertur, gaudium non mediocriter conturbat arduae, quam capesso, provinciae contemplatio. Nam in qua tandem Musarum sede publici doctoris partes agam? Nempe in ea, quae eximiis semper in quocunque disciplinarum genere magistris floruit, in hoc vero humanitatis ac literarum studio non nisi *c*) summis. Verum enimvero superest, atque utinam diu supersit, studiorum meorum per duodecim annos dux et auctor fidelissimus; qui si me meaque omnia consilio suo moderari

---

b) *Cic.* de Div. II, 2. *Quod enim munus reipublicae afferre majus meliusve possumus, quam si docemus atque erudimus juventutem?* *F.*

c) Posteriores haec verba jungunt; probatiores, in primis Cicero, separant diligenter: cf. *Zumpt.* Gr. L. p. 528. *Ramsh.* p. 593. *F.*

perrexerit, non est, quod hujus difficultatem muner quantumvis gravem, magnopere pertimescam. Ceteri sentio magis, Viri Illustrissimi, quam immensum qui dam et infinitum sit, quod Vobis debeam, quam verl quae munificentiae Vestrae magnitudinem exaequent, r perio. Sed quid opus est exquisitis gratiarum *d*) fo mulis, ubi factis et re ipsa gratus animus declar multo rectius potest? Sic igitur habete, me, quoad v xero *e*), omnem curam, operam, laborem in id collat rum, ne quid unquam Academia Vestra vel detrime vel dedecoris ex me cepisse videatur. Cujus diligenti meae ut Vos quam diutissime testes et spectatores h beam, ex animo precor.

Vos vero cum intueor, Viri Clarissimi, qui mag cum ingenii gloria divinas humanasque literas profit mini, quanta me voluptate perfundi existimatis? V strum enim haud pauci mihi non modo viam, quae solidiorem eruditionem duceret, praeiverunt, veru etiam tot tam luculenta beneficia apud me collocaru ut, si illorum memoriam non summa religione conse vem, nefarie peccasse censendus sim. Jam cum docen munus, cujus fausta, ut spero, auspicia capio, r arctius, quanquam dispari ordine et loco, sed arcti tamen Vobiscum conjungit: etiam atque etiam peto Vobis et contendo, primum, ut, si quando erraver prudentia me Vestra comiter in viam reducatis; dein ut amicitiam eam, cujus per complures annos fructu cepi jucundissimum, integram mihi atque illibatam co servetis. Equidem nullum officii genus, quo Vos mi devincire possim, temere praetermittam; et, quando i

---

d) Recentiorum haec verborum est compositio, in qua *agend rum* vix potest omitti. *F.*

e) „Imo *quoad vivam.*" *Matth.* l. l. praef. p. X. *F.*

genio atque eruditione Vobiscum certare temerarium est, et supra vires meas, fide, animique integritate, quae nullo oblinatur fuco, Vobiscum certabo.

Te vero, Vir summe et omni laude cumulate, Tiberi Hemsterhusi, ut nominatim appellem, Tuorum in me meritorum postulat magnitudo. Nolim virtutibus Tuis, quas mirari, quam laudare facilius est, ambitiosius commemorandis, pudori ac verecundiae illi, qua non minus, quam immensae eruditionis gloria praestas, importune vim afferre. Dabis tantum hanc mihi veniam, ut, grati animi sensus explicans, quanta possum voce testificer, me plus, quam Tibi, mortalium debere nemini. Nam qui sum, quantuscunque sum, ex disciplina Tua profectus sum. Hanc ipsam vocem, nisi Tu cum praeceptis Tuis conformasses, quis unquam dignam, quae ex hoc audiretur loco, existimasset? Etsi igitur omnia, quae homini ab homine praestari possunt, mihi, ut qui maxime, praestitisti: est tamen aliquid amplius, quod mihi a Te tribui velim. Nimirum sic me quotidie consiliis monitisque Tuis institues, ut non ego, verum per me Tu erudire studiosam juventutem videare. Quo uti nihil ad publicam utilitatem potest esse accommodatius, sic laudem meam illustrabit potius, quam obscurabit.

Tandem Vos etiam adloquor et saluto, Nobilissimi Commilitones, spes patriae, flos juventutis ex humanissimis gentibus politissimisque delibate. Vestra res hic agitur. Vobis, Vobis combibendi sunt limpidissimi illi Graeciae fontes, ex quibus quicquid est optimarum artium longe lateque dimanavit. Theologia sola augustiorem ortum habet, quippe ex coelo ad collustrandas mentes nostras divinitus profecta. Verum cum novi Foederis promulgatio Graeco sermone confecta sit, ne ad ejus quidem intelligentiam alius aditus est, nisi per

perre[illegible] [illegible] vocent, teterrima
quam[illegible] Vere igitur Petronius Arbi
sentis [illegible] inprimis eloquentiae, in
dam [illegible] in umbraticum Doctor
quae [illegible] Juvat, quam Petron
perio[illegible] doctoris disciplinam,
nullis [illegible] conventu explicare u
multo [illegible] [illegible]nda, quam ipse vi
xero [illegible] putem, simul signific
rum, [illegible] facio, quaeso a Vo
vel [illegible] sicut facere instituis
me[illegible]
bene[illegible] [illegible]lo quodam lucis et ce
[illegible] [illegible]ltus tamen in literar
cum [illegible] naturae morositate, s
mim[illegible] [illegible], sive nimia literar
atri[illegible] [illegible] causa, in musei umb
sol[illegible] [illegible]blicae lucem, hominu
etiam [illegible] [illegible] quicquam, quod
ut, [illegible] [illegible]tatem pertineat, in
vem, [illegible] [illegible] inde a Latinis umbratic
mun[illegible]
arctiu[illegible] [illegible] ita ac litteris abdiderunt,
tamen [illegible] [illegible]nem afferre fructum, n
Vobis [illegible] F.
prudenti[illegible] [illegible] Secret. p. 18. „Doctoris umb
ut amiciti[illegible] [illegible]tur, sumsit a Petronio.
cepi jucund[illegible] [illegible] doctor ingenia deleverat,
servetis. Eq[illegible] [illegible]pulos in fictis causis et de
devincire poss[illegible] [illegible]tur Oratores, qui publica
[illegible] Sic Scholae umbra et v
[illegible] I, 54. Dilucenda deinde ora
[illegible] et umbratili medium
[illegible], in castra atque aciem
[illegible], et periclitandae vires in
[illegible] in veritatis lucem proferen

d) Recentiorum hac[illegible]
rum vix potest omitti.

e) „Imo quoad vivam."

appellati. Hi postquam se ab hominum commer-
egregarunt, ceteris hominibus nulla re similes esse
nt, sic demum, stulte credentes, se graviorem au-
oremque speciem habituros. Vultus est tetricus et
lentus, ridiculus incessus, abhorrens a more com-
i corporis motus, vestitus immunda illuvie squa-
ut non homines diceres, sed hominum terricula-
a. Quodsi forte ex umbraculis suis in honestioris
entus lumen protrahantur, tum vero quasi in sole
ant, anxie trepidant, nec, ut ingenuos homines de-
oculos attollere audent. Ex hoc insano solituditudio, primum, animus, si ante integer fuit, con-
ciam arrogantiamque contrahit. Nam ut infantes,
us nulli obtigere collusores, contumacissimi esse

Idem ibid. p. 237. „Quod Ruhnkenius tractavit genus hom, est sane ridiculum, doctum videri volens, fastu inflatum. nus vero *umbraticos doctores* primus dixit, non satis Latisi quidem ita honesto sensu doctores quarumvis artium et dinarum dicuntur *in umbra docere*. Scholae philosophorum, Theophrasti, *umbracula* nominantur a Cicer. Brut. c. 9. *Deus Phalerius — processerat in solem et pulverem, non e ri tabernaculo, sed ut e Theophrasti umbraculis:* quibus a fere leguntur de Leg. III, 6. *post a Theophrasto Phaille Demetrius mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruum, otioque, non modo in solem atque pulverem, sed in discrimen aciemque produxit.* Itaque *umbra* opponitur ut philosophia et literarum studium rei militari, in or. p. c. 14. *cedat forum castris, otium militiae, stilus gladio, a soli.* [Tusc. II, 11. *vita umbratilis et delicata.* Orat. *mbratilis oratio philosophorum et mollis.*] Saepe tribuitur , v. c. ap. Propert. III, 11, 1. Ergo omnes philosophi, aliarumque artium praeceptores, qui quidem scholas ha- to, Aristoteles, Socrates, fuerunt *doctores umbratici*". partem haud spernenda disputasse *J. F. Gronovium* p. 93. monuit *Bergmanus* ad Wytt. vit. Ruhnk.

Graecarum praesidia literarum. Itaque si nulla alia ex his literis speranda esset utilitas, illa tamen, quam dixi, ratio sola satis magnam vim habere deberet ad animos vestros mirabili illarum amore inflammandos. Incumbite igitur ad hanc tantam tam praeclaram laudem, ut facitis, meque, si tanti videar, studiorum vestrorum vel ducem capite, vel adjutorem.

ORATIO

DE

DOCTORE UMBRATICO *),

habita a. d. XXI Septbr. ann. MDCCLXI, quum in Academia Lugduno-Batava ordinariam Historiarum et Eloquentiae professionem auspicaretur.

Cum ante quadriennium eoque amplius ex hoc illustri atque edito *a*) loco, auspicii caussa, verba facerem, etsi animo non mediocriter conturbabar, tamen me erigebat sustentabatque ipsius muneris, tum mihi delati, cogitatio, quod non tam disertam et rhetorum artificiis expolitam orationem, quam nudam argumenti e Graecis literis hausti enarrationem postulabat. Hodiernus autem dies majorem mihi curam et sollicitudinem injicit. Ete-

---

*) *Umbraticus* minus recte in malam partem dicitur: Vide quae de hac Orat. in Praef. dicta sunt. *B.*

a) *Editus* quid h. l. sibi velit, non satis video; non enim improprie dictum videri potest. Similiter, sed proprie dixit Cic. Verr. VI, 48. *locus praecelsus atque editus.* *F.*

nim non satis est, locum minus tritum, et ab Historiarum tradendarum munere non alienum, ex vetustatis memoria depromere, nisi hic idem omnibus verborum sententiarumque luminibus ita frequentetur *b*), nemo ut unus, quin Eloquentiae etiam Professio in loco posita sit, in dubium vocare possit. Verum multo vehementius commoveor et loci, in quem prodeo, splendore, et muneris, quod auspicor, amplitudine et gravitate. Est haec propria et perennis hujus Academiae gloria, illustrari magnis in omni doctrinarum genere viris, in hac autem humanitatis disciplina sine exemplo maximis. Nam ex quo ille imprimis, omnium, quotquot fuerunt, aut fortasse futuri sunt, Literatorum princeps, Josephus Scaliger, Batavam gentem incorrupto veritatis et elegantiae, quae priscis Graecorum Latinorumque monimentis continetur, gustu *c*) imbuit, hujus Academiae fasti, quot humaniorum literarum Professores, totidem prope heroas ostendunt. Omnes ne commemorem, quis ignorat Dan. Heinsii, Jo. Fred. Gronovii, Jac. Perizonii et P. Burmanni consecrata ad omnem posteritatis memoriam nomina? Adhuc, non dicam in animis, sed paene in oculis nostris versatur recondita Vir eruditione, et de laudandarum artium studiis praeclare meritus, quem nuper acerbo funere extulimus, Franciscus Oudendorpius. Talium virorum partes cum excipiendae sint, *d*) nemo est, quantumvis ingenii et doctrinae copiis affluat, quin se sacro quodam horrore corripi sentiat, nedum ego, qui tantae rei facultatem ut asseque-

---

b) Cic. Orat. III, 52. *quasi luminibus distinguenda et frequentanda est oratio sententiarum atque verborum.* *F.*

c) *Gustum* ea significatione Latini dixerunt *sensum.* Ergo addendum *ut ita dicam*, audacioris translationis causa. *B.*

d) Malim *sunt*, quanquam subest aliqua causae significatio. *B.*

rer, optavi quidem semper, assecutum me esse, nunquam existimavi. Neque haec tenuitatis meae conscientia linguam tantum, per se satis infantem, debilitat, sed omnem etiam laetitiae, ex novo honore hauriendae, sensum, si non excutit e pectore, hebetat certe atque obtundit. Verum enim vero demissum animum allevat Vestra, Ornatissimi Auditores, de me spes et opinio, quam ore vultuque ad festivitatem *e*) composito significatis: recreat inprimis atque confirmat honorificum sapientissimorum Academiae Moderatorum de me judicium, cui eo minus diffidere par est, quo longius et humilis prensatio abfuit, et blanda munerum conciliatrix, gratia. Etenim, quae singularis summorum virorum est prudentia, non temere me in hunc altiorem locum provexerunt, sed Graecarum literarum praelegendarum provincia mihi demandandâ, per quadriennium virium mearum periculum fecerunt. In qua administranda cum me talem gessissem, qualem maxime voluerunt, idoneus illorum judicio visus sum, cui publicam Historiarum et Latinarum literarum disciplinam delegarent. Nec ignorabant illi, Graecarum Latinarumque literarum studium nuper se, quorundam hominum inertissima segnitie, scidisse, ut, quae olim unae eaedemque, nunc duae prope diversae artes esse videantur. Sed cum iidem praeclare didicissent, has literas ipsa natura et genere ita colligatas, implicatasque teneri, ejusdem ut sit dementiae, Latinas a Graecis divellere, et navim communem cum socio dividere, verissime statuerunt, tanto quemque meliorem esse Latinarum literarum magistrum, quanto meliorem Graecarum, et tanto meliorem Graecarum, quanto meliorem Latinarum.

Jam praetervectus scopulum, in quo ne pudor

---

e) Mallem dixisset R. *hilaritatem*, *favorem*, vel simile quid. *F.*

s offenderet, verebar, liberiore magisque soluto ani-
ad dicendi argumentum accedo, quod, ut spero,
um omen novi honoris auspiciis faciet, eritque huic
et tempori accommodatum. Omnium fere, in
li munere adeundo, orationem vel in literis com-
dandis, vel in caussis, cur illae labantur et ad in-
um vergant, inquirendis video consumi. Quas qui-
caussas cum alii aliunde repetant, hi vehementius
huntur in juventutis desidiam et mollitiem: illi pa-
es objurgant, qui ad ambitionis vanitatem, et quae-
humilitatem referant omnia, ad cultum ingenii ni-
hi ingens, quod nuper exarsit, vernacularum lin-
um excolendarum studium Graecas Latinasque lite-
medio pellere indignantur: illi denique bonas ar-
potentium virorum patrocinio orbatas, sic conci-
, graviter conqueruntur. Vere omnes ac merito:
neget? At mihi in hanc cogitationem incumbenti,
unque in hoc argumento copiosissime sunt diligen-
neque versati, visi sunt praecipuam, quae litera-
fundum affligit, calamitatem vel plane transiisse,
leviter attigisse, sive quod ejus rei explicatio ali-
invidiae habitura videretur, sive quod semet ipsi
udenter traducere nollent. Profecto, quae vulgo
is infesta creduntur omnia, non tantam melioribus
is pestem afferunt, quantam multi eorum qui se
anitatis magistros dici haberique volunt. Hi enim
praeclaram juventutis indolem absurda, et nullo
ilio temperata, disciplina corrumpunt *f*), et felicia
rae semina, quae fovere et excitare deberent *g*),
inguunt, quid, quaeso, aliud agunt, nisi ut ipsum

Scribendum erat *corrumpant* et *exstinguant*. *B.*

Scrib. *debebant*. Cf. *A. G. Gernhardi* diss. de Latinorum *In-*
tivo et Germanorum *Conjunctivo* in usu verb. *debere*, *al.* in *Seebo-*
rchiv f. Philologie u. Pädagog. Vol. II. P. 2. p. 302 - 315. *F.*

humanitatis studium in perniciem vocent, teterrimam que barbariem reducant? Vere igitur Petronius Arbit omnem liberalis doctrinae, inprimis eloquentiae, in d terius lapsae culpam confert in *umbraticum Doctorem qui juvenum ingenia delet.* Juvat, quam Petroni leviter perstrinxit umbratici doctoris disciplinam, hoc eruditissimorum hominum conventu explicare ub rius, praesertim cum illa examinanda, quam ipse via ac rationem docendi tenendam putem, simul significar ac declarare possim. Quod dum facio, quaeso a Vobi Ornatissimi Auditores, ut me, sicut facere instituisti benigne attenteque audiatis.

Etsi plerique mortales insito quodam lucis et cel britatis studio ducuntur, multos tamen in literaru studiosis reperietis, qui sive naturae morositate, si superbia, et aliorum contemtu, sive nimia literaru aviditate, sive quacunque alia caussa, in musei umb ita se literis abdant, ut reipublicae lucem, hominu que consuetudinem fugiant, nec quicquam, quod communem fructum et utilitatem pertineat, in a spectum producant *h*): qui inde a Latinis *umbratici*

---

h) Cic. or. p. Arch. c. 6. *si qui ita se litteris abdiderunt, nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neq in adspectum lucemque proferre. F.*

i) *Mahnius* in Epist. Sodal. Socrat. p. 18. „Doctoris umbr tici nomen Ruhnkenius, ut ipse fatetur, sumsit a Petronio. A qui hic c. 2. *nondum umbraticus doctor ingenia deleverat*, di de Rhetoribus, qui in Scholis discipulos in fictis causis et decl mando exercent: a quibus distinguuntur Oratores, qui public foro aut alibi veras causas dicunt. Sic *Scholae umbra* et *vit lux* comparantur a Cic. de Orat. I, 34. *Educenda deinde orat est ex hac domestica exercitatione et umbratili medium agmen, in pulverem, in clamorem, in castra atque aciem f rensem. Subeundus usus omnium, et periclitandae vires ing i; et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferend*

ut appellati. Hi postquam se ab hominum commer-
segregarunt, ceteris hominibus nulla re similes esse
lunt, sic demum, stulte credentes, se graviorem au-
tioremque speciem habituros. Vultus est tetricus et
culentus, ridiculus incessus, abhorrens a more com-
ni corporis motus, vestitus immunda illuvie squa-
s, ut non homines diceres, sed hominum terricula-
ta. Quodsi forte ex umbraculis suis in honestioris
ventus lumen protrahantur, tum vero quasi in sole
gant, anxie trepidant, nec, ut ingenuos homines de-
oculos attollere audent. Ex hoc insano solitudi-
studio, primum, animus, si ante integer fuit, con-
aciam arrogantiamque contrahit. Nam ut infantes,
bus nulli obtigere collusores, contumacissimi esse

" Idem ibid. p. 237. „Quod Ruhnkenius tractavit genus ho-
am, est sane ridiculum, doctum videri volens, fastu inflatum.
enus vero *umbraticos doctores* primus dixit, non satis Lati-
si quidem ita honesto sensu doctores quarumvis artium et
plinarum dicuntur *in umbra docere*. Scholae philosophorum,
Theophrasti, *umbracula* nominantur a Cicer. Brut. c. 9. *De-
rius Phalerius — processerat in solem et pulverem, non a
tari tabernaculo, sed ut e Theophrasti umbraculis:* quibus
ina fere leguntur de Leg. III, 6. *post a Theophrasto Pha-
us illa Demetrius mirabiliter doctrinam ex umbraculis eru-
tum, otioque, non modo in solem atque pulverem, sed in
m discrimen aciemque produxit.* Itaque *umbra* opponitur
, ut philosophia et literarum studium rei militari, in or. p.
c. 14. *cedat forum castris, otium militiae, stilus gladio,
ra soli.* [Tusc. II, 11. *vita umbratilis et delicata.* Orat.
umbratilis oratio philosophorum et mollis.] Saepe tribuitur
is, v. c. ap. Propert. III, 11, 1. Ergo omnes philosophi,
ores aliarumque artium praeceptores, qui quidem scholas ha-
nt, Plato, Aristoteles, Socrates, fuerunt *doctores umbratici*".
ontrariam partem haud spernenda disputasse *J. F. Gronovium*
t. Plautin. p. 93. monuit *Bergmanus* ad Wytt. vit. Ruhnk.
31. *F.*

solent, sic umbratici homines, ab omni convictu co
suetudineque civili remoti, cum nunquam vel monend
vel castigando, ad humanitatem sint comitatemque rev
cati, duros, difficiles, et prope intolerabiles se al
praebent. Cumque in illa vita solitaria, qui plus ip
sapiat, videant neminem, opinionis et assentationis e
rore se solos inter mortales sapere, se solos pulchr
beatosque esse putant. Porro in istis latebris sensu
qui communis *k*) dicitur, ita perdunt, ut, si alius, a
que de literis, sermo cum ipsis instituatur, vix mulie
cularum ludibrium effugiant. Talis denique eorum an
mis stupor ab obscura vivendi ratione offunditur,
quid in quaque re verum, pulchrum, et decorum
sentire nullo modo queant. E decori praesertim *l*) n
glectu innumerabiles existunt ineptiae *m*), quae p
omnes vitae partes vagantur. Hoc Pedantismi

---

k) Quem veteres *sensum communem* dixerint, vid. ap. Intpp.
Horat. Sat. I, 3, 66. inprimis ap. *Bentl.* *F.*

l) Malim h. l. *praecipue.* *F.*

m) *Ineptus* est ex Ciceronis sententia de Orat. II, 4. *qui a*
tempus quid postulet, non videt, aut plura loquitur, aut
ostentat, aut eorum, quibuscum est, vel dignitatis vel eo
modi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut
concinnus aut multus est. *F.*

n) „Hic est a Ruhnkenio reprehensus *pedantismus*, c
junctus cum ignoranti fastus; obscura diligentia in minutiis e
sectandis superbiens, et super alios se efferens arrogantia ju
candi et veluti ex tripode pronunciandi. Ruhnkenius quidem
illa oratione non Professores Academiarum, ipse Professor,
minores doctores et Scholarum Rectores significavit: et ma
tempori, quam veritati obsecutus est. Neque enim ignorabat,
ros philosophos a Platone in Theaeteto, Gorgia, Republica,
alibi, informari plane ut umbraticos doctores, fori strepitum
vulgi congressum fugientes, sibi et paucis ipsorum similibus

ntium (utamur enim Gallico verbo, cum in Latina lingua satis aptum huic rei nomen non inveni-

---

ntes: his autem contrarios *sophistas*, popularem auram captan-
, vulgi celebritatem consectantes. — Ego autem non desino,
o unquam desii, amicos meos omnes, familiares, domesticos,
tabernales, orare, ut me cum de aliis vitiis, tum in primis
illo pedantismi, si quando eorum indicium aut vestigium in
e appareat, admoneant; quod quo magis in aliis odi, eo minus
contrahere velim. Ruhnkenius quidem quum eum hoc ora-
m, „In te sane contrarium est vitium, inquit; aliquanto plus
beres [debebas] habere illius confidentiae et, ut vocant, *charla-
neriae*, quae doctis etiam saepe utilis est, ut indoctis se ven-
tent, eorumque vanitatem aut regant aut retundant. Illius igi-
confidentiae justum temperamentum quasi in medio positum
virtus: in nimio peccat scholastica arrogantia, qui *pedantismus*
ctur, de quo mea est oratio: contraria est *lentitudo*, in quam
incidis." Haec Ruhnkenius. — Desinant vero ridere eos, qui
diis intra parietes ita operantur, ut eorum fructus ad publicam
litatem prodant, juventutem ad rerum scientiam et virtutem in-
mant, provectiores absentes scriptis et oblectent et doceant, at-
omnino, quod ait Cicero, et sibi honori, et amicis utilitati,
rei publicae emolumento sint. Haud me poenitet vitae adhuc sic
e: quam sive solitariam, sive umbraticam, sive scholasticam
i appellet [appellat], non repugno; modo illud concedat, unum-
mque suam ipsius naturam nosse debere, ad eamque vitae
genus rationemque ita accommodare, ut se ipsum et alios
time juvet: quod et Socrati oraculum respondisse fertur, ut in
genere eligendo suae ipse naturae, non vulgi opinionibus,
queretur. Hominum autem nobis doctiorum notitiam non in
mopoliis, conviviis, cauponis et vulgaribus auditoriis acquiri-
, nisi si valde indocti simus: neque illic ad modestiam con-
rmamur; quippe semidocti loquaces laudantur et arrogantia in-
ntur, docti taciturni contemnuntur." *Wyttenbach.* in *Cathar-*
o Philomath. L. I. p. 10. sqq. Haec verba ut huc referrem,
rtim res ipsa effecit, partim quod Catharsion prorsus omis-
est in Wytt. opusc. ed. Lugd. Bat. Caeterum de Paedantismi
omine et re cf. *Nolten.* lex. L. L. Antibarb. p. 650 sq. ed.

mus *o*), hoc igitur vitium tam late patet, nullus ut eru-
ditorum ordo sit, quem non ejus contagio levius gra-
vius infecerit. Sed, ut verum vel invitus fatear, ma-
xime hoc malo laborant ii, a quibus omnem decori
pulchritudinisque sensum, ipsam denique amabilem hu-
manitatem exspectaretis, propterea quod literas, quae
ab humanitate nomen habent, profitentur. Quid ergo
an humanissimae literae, quae mores emollire, et feri-
tatem animis eximere dicuntur, quicunque illas colun-
feros atque inhumanos *p*) reddunt? An veteres scripto-
res, pleni venustatis, gratiae, leporis, ut quisque fami-
liarissime cum iis versatus est, ita illum ineptum, agre-
stem et inficetum a consuetudine sua dimittunt? Minim-
vero. Unde igitur hujus rei caussam ducamus? Nemp-
haec humanitatis disciplina, primum, rerum magnitudi-
et varietate tam ampla est, et per tot antiquitatis mo-
nimenta dissipatur, ut, nisi quis divino praeditus s
ingenio, remotus plerumque ab oculis populi, omn-
otium tempusque in ea discenda conterere debeat. Qu-
umbratili otio cum quidam ita capiantur, ut, Timon-
instar, ab omni humana societate abhorreant, sensi-
inde mores contrahunt, quos dixi. Deinde hae ips-
literae, quanquam maxime elegantia et suavitate censen-
tur, habent tamen hic illic spinas vepresque, non ill-
quidem a scriptorum ingenio, sed a barbari tempori
inscitia et corruptela. In quibns senticetis cum ist
nescio qua mentis pravitate ducti, libentius desidean-

---

tert. Idem fere argumentum, quanquam alia ratione, tractavit *C*
Mencken in libro, quem scripsit de Charlataneria Eruditorum. *F*

o) Scribendum erat *inveniamus*; hic enim diserta est causae
non temporis, significatio. *B*.

p) Ovid. ep. ex P. II, 9, 47. *Ingenuas didicisse fideliter*
artes, Emollit mores, nec sinit esse feros. F.

quam in laetis amoenisque viridariis, necesse est ingenium etiam exasperari, et velut horridum hispidumque reddi. Huc accedit insanum minutiarum studium, quod proprium *q*) est literatoribus otiosis. Gerris enim crepundiisque tractandis animus ad eam humilitatem abjicitur, ut nullius, nisi levis, minutae, et puerilis rei cogitationem suscipere possit.

Jam satis bene cum literis, earumque studiosis ageretur, si tales lucifugi *r*) suum modo ingenium perversa studiorum ratione corrumperent. Sed cum juvenilis aetas iis potissimum erudienda tradi soleat, eadem perversitate juvenum ingenia ad altum surgentia delent. Etenim falsa scientiae opinione inflati, non se accommodant infirmis ingeniis, sed, ut supra vulgus sapere videantur, eruditionem venditant, docendo difficultates augent, et angustas puerorum mentes praeceptorum farragine opprimunt et suffocant. Ita fit, ut adolescentuli animum despondeant, et quas nondum cognovere literas, odisse incipiant. Dandum esse aliquem huic aetati ludum, quo animus remittatur, indulgendum interdum et connivendum levioribus peccatis, una et consentiens prudentum virorum vox est. At hic de umbra doctor semper est *s*)

Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero:

semper in ore habet illud in scholis adeo decantatum: *o! tempora, o! mores.* *t*) Sed ut faciles simus, et

---

q) *Proprius* vix jungitur cum dativo a Cicerone. *F.*

r) Cic. de Fin. I, 18. *malevoli, invidi, difficiles, lucifugi, maledici, morosi.* *F.*

s) Hor. A. P. 175. F.

t) Cic. or. Catil. I, 1. 3.

hanc tristitiam ac morositatem feramus, quis immanem in puerorum terga saeviendi consuetudinem ferat? Vix alia res est, mihi credite, quae majorem optimarum artium studiis calamitatem importet. Accidit enim nescio quo iniquo literis fato, ut plagosi Orbilii illis potissimum, qui ingenii praestantia literis aliquando ornamento essent futuri, omnem discendi amorem excutiant. Frustra quis erectioris indolis juvenes, tali contumelia affectos, ubi semel scholas reliquerint, revocet ad veteres scriptores iterum evolvendos: quippe cum ipso Ciceronis aut Virgilii nomine redit tristis imago immisericordis paedagogi. Quid jam dicam de ridiculo horum magistrorum supercilio et fastu? Ferulam dum gestant, sceptrum regium se tenere opinantur, stolideque jactant, se Grammaticam, doctrinarum reginam, docere, secum et natas et morituras literas: erigunt denique tribunal, Scioppiano isti simile, ad quod summi viri, si forte in vocula syllabave lapsi sint, obtortó collo rapiantur. Atque utinam hanc arrogantiam, ceterasque scholasticas ineptias in scholis relinquerent, nec secum in vitam civilem ferrent! Sed, dum puerorum gregem ficta auctoritate continent, in eam consuetudinem adducuntur, ut extra scholam etiam eandem gravitatem affectent, vultumque minacem ostendant. Quibus moribus cum semet ipsi omnium contemtui exponant, tamen deplorant sortem suam, et graviter queruntur, se lepidorum hominum ludibrio vexari, congressumque suum, tanquam contactu contaminet, a viris illustrioribus vitari. Sed ut illi dignas moribus suis poenas luunt, sic iniquissimum est, paucorum ineptias vulgo ad universos trahi, ipsumque scholasticum ordinem, cujus quanta est utilitas in republica, tanta etiam dignitas esse debebat, in contemtum et invidiam vocari.

Cognovistis, Auditores Ornatissimi, doctorem um-

ticum in leviori Grammatices studio: jam eum co-
scite in graviori.

Praeclare comparatum est more institutoque majo-
n, ut juventus salutari Graecorum Latinorumque
iptorum tanquam succo mature imbuatur. Cum enim
i eximia mente et consilio praediti vidissent, non
mmam modo humani ingenii vim in Graecis Latinis-
e eluxisse, artesque omnes liberali homine dignas ab
dem et inventas esse, et plene cumulateque perfectas,
l incredibiles etiam animi virtutes in eorum libris
e expressas: ex his fontibus omnem ingenii cultum,
nem solidiorem doctrinam, sapientiae porro ac pru-
tiae praecepta, et, quod multo majus est, vitae bene
tituendae exempla haurienda esse statuerunt. Horum
tur scriptorum interpretatione prope omne ejus, qui
humaniorum literarum magistrum profitetur, munus
olvitur. Sed has partes, nolite dubitare, quin om-
m pessime tueantur ii, qui tota vita in umbra dese-
unt. Nam, ut alia mittam, quis non intelligit, ne
em quidem a tenebris magis differre posse, quam ho-
n vespertilionum judicium discrepat a veterum scripto-
n, quos interpretari conantur, sensu? Hi quidem
n omnem vitam in reipublicae luce, in bello, in
o, in legationibus, aliisve gravissimis civitatis mune-
us transegissent, aut mores venustorum hominum
suetudine excoluissent, simillima splendidae vitae
nimenta literis prodiderunt. Nihil in illis humile,
il putidum, nihil ineptiis fucatum, nihil quod scho-
sordes redoleat: omnia lucent naturali pulchritudi-
, et singulari quodam splendore, quem magni et elati
imi tanquam spiritus afflavit. Jam quomodo magistri,
latibulis extracti, juventutem ad talis pulchritudinis
nsum acuent, quam nec sentiunt ipsi, nec, ut senti-
nt, unquam elaborarunt? Quomodo, qui omnes cogi-

tationes suas in quisquilias abjecerunt, quid suaviter acute, venuste, magnifice dictum, secusve, sit, judicabunt? Mirum fortasse quibusdam videatur, quod dicam sed verum esse, ipse experiundo cognovi. Saepenumero homines mediocriter docti, at bono praediti ingenio, e vitae humanae usu politi, quid in antiquis scriptoribus rectum, venustum, et admirabile sit, multo melius intelligunt, quam qui aetate in tenebricosis ergastulis conterenda, permagnam sibi eruditionem compararint. *u*) Gallica gens, ut ludis dedita scenicis, Tragicorum et Comicorum poëtarum exquisitum judicium habere putatur. Ac vidi in ipso hujus gentis elegantiori sexu, non eruditas illas quidem de scholae more, aut ineptas eruditionis ostentatrices, quales Galliae Menander lepida fabula exagitavit, sed quarum praeclarus naturae habitus sola vitae elegantia esset excultus, vidi igitur, quae de Sophoclis et Euripidis dramatis, sibi tantum per versionem *x*) cognitis, longe verius judicarent, quam multi, quos cognoram, de schola literatores, qui omnium horum poëtarum versus memoria tenebant. Non illae quidem disputare poterant de loquendi formulis, de Atticismo, de metro Tragico, sed tanto melius intelligebant, qua ratione fabula esset contexta, quam apte nodi adstricti, et rursus soluti; quantum poëtae artificium in moribus exprimendis, quae sententiarum altitudo, quae animorum motus efficaces vel ad virtutis amorem, vel

---

u) Scrib. *compararunt*. *F*.

x) „*Versio* pro translatione, qua liber ex alio in alium sermonem vertitur, non est Latinum.“ *Matth*. l. l. p. 307. Adde Nolten l. l. p. 1242. At nec *translatio* ita nude apud veteres dicitur, videturque omnino tolerari posse utraque vox, praesertim quum aliam non habeamus, et rebus novis vocabula, si non novae, non dissimilia aliquo modo sint aptanda. *F*.

ad vitii odium concitandum. Vix ullus poëta est, qui lautioris generis et fortunae hominibus magis in deliciis sit Horatio. Cui tametsi nihil ad summam vel ingenii vel artis laudem deest, tamen, quod prae ceteris poëtis, magnis splendidisque viris comes haereat, inprimis tribuendum est mirificae illi urbanitati, quam ex Maecenatis, unius omnium politissimi viri, et vero ex Augusti aula, verissima omnis elegantiae schola, duxit. Hanc Horatii venustatem lucifugi, quos perpetuae lucubrationes stupefecerunt, gustare non possunt: sed ingenio elegantes viri sentiunt eo acrius, quo magis versati sunt in luce commerciorum. Itaque verissimum credo id, quod mihi aliquando confirmavit vir generis splendore, et honorum amplitudine, incertum, an ingenii et doctrinae elegantia illustrior y), cum diceret, se juvenili aetate Horatium ita trivisse, ut omnes ejus versus tanquam digitos suos nosset, sed exquisitiores ejus veneres et lepores tum demum, cum honorum cursu ad mores hominum, regum inprimis et principum, cognoscendos esset delatus, penitus percepisse. Sed redeat oratio ad umbraticos doctores, unde deflexit. Ut humilis et angustus eorum animus est, ita humilem etiam de antiquis scriptoribus opinionem susceperunt. Nam quod bonorum, quae inde ad nos proficiscuntur, omnium minimum est, ut sermonis puritatem z) ex iis hauriamus, illi longe maximum et prope dicam unicum bonum censent. Itaque, missis rebus, quarum cogno-

---

y) Comes Guil. a Bentinck. *R.* Antea scrib. *haeret.* *F.*

z) „*Puritas* inferioris aetatis est. Antiqui dicunt *puram orationem*, *purum dicendi genus*, *Latinitatem*. v. Rhet. ad Herenn. IV, 12. in." Matth. l. I. p. 198. „Antiquissimus, qui hoc v. [illegible]us esse invenitur, est Palladius XI, 14. Reliqui sunt Capitolinus, Macrobius, Symmachus, Hieronymus, qui ep. 3. *Tullia-*

scendarum caussa veteres scriptores ab hominibus sani leguntur, nihil nisi verba scrutantur, diligentia quidem adeo miseranda, ut, quoties vocabulum vel dicendi forma apud quemque scriptorem occurrat *u*), scrupulose ad calculos vocent. Ex quo luto si se erigant, ritus antiquos et fabulas ad ineptias usque consectantur. Non illi, legendis divinis Homeri et Virgilii carminibus, una cum poëtis animo efferuntur, et semet ipsi videntur majores fieri, non interiores ingenii et sapientiae opes quaerunt, sed in verborum cortice haerent, fabulisque cognoscendis delectantur. Ex quo fabularum studio ortae sunt vanae et ridiculae talium Grammaticorum quaestiones, veterum etiam ludibrio explosae: Quid Sirenes cantare sint solitae? Quot Ulysses remiges habuerit? Quae nomina fuerint heroum in equo Trojano abditorum? An canes aluerit Cyclops? O! minutos magistellorum animos! o! stultum laborem ineptiarum! Iidem in Cicerone non id, quo uno vera ejus magnitudo judicanda est, vim eloquentiae, sapientiam vita, haud facile dixerim, an scriptis testatiorem, animum denique omnium rerum prae patriae salute contemtorem, admirantur, sed festivam loquendi formularum copiam et varietatem. Et mirabimur, juventutis talibus magistris commissae animos, non ad magnificentiam ali et robo-

---

nam puritatem, et ep. 101, 1. *puritatem sermonis* dixit." *Lindemann.* ad Wytt. vit. Ruhnk. p 188. Quos nondum refutavit *Bergmanus* ad W. v. R. p. 362. Nam, in quo cardo rei versatur, *puritatis* et *impuritatis* vocabula substantiva veteres nondum improprio sensu dixerunt. v. *Nolten.* l.l. p. 1167. 1742. 2166. *F.*

a) „*Verbum, sententia, locus occurrit apud scriptorem*, pro *invenitur, legitur*, non dicunt Latini. Nam ap. Cic. orat. c. 32. *Haec tenenda sunt oratori: saepe enim occurrunt* est per occasionem saepe offeruntur, ut iis utendum sit." *Matth.* ad eloq. ex. p. 394. *F.*

rari, non ad veterum heroum exempla formari, sed potius deprimi ad frivolarum vanarumque rerum studium?

Hic quod diximus, umbraticos doctores maxime ritus antiquos venari, nemo ad antiquitatis contumeliam trahat. Quis enim, cui mens sana est, reprehendat studium ad utilitatem uberrimum, et ad suavitatem jucundissimum, sine quo nullus ad quemvis veterem scriptorem intelligendum aditus patet? Non morum, consuetudinumque vetustarum investigationem, sed praeposteram perversamque, qua isti antiquitatem excutiunt, diligentiam spernimus et repudiamus. Etenim neglecta illa antiquitatis parte, cujus perlate patet usus, in levibus nugatoriisque inquirendis versantur. Citius tibi explicabunt, qui Deus fuerit Ajus Locutius, quae Dea Cunina, quae Cloacina, quam quod sit discrimen inter jus Civitatis, jus Latii, et jus Italiae. Citius enarrabunt, quid Romani comedere et bibere soliti fuerint, quam qua ratione rempublicam temperarint. Itaque cupienti tibi aucti lapsique Imperii Romani caussas cognoscere, animum explebit Montesquieusius; hi praeclari antiquarii te inanem dimittent. Extitere quondam Aristotelis libri *Πολιτειῶν*, quibus CLVIII. Rerumpublicarum originem, formam, leges, publicos privatosque mores explicuerat, divinum et admirabile opus, ut e fragmentis existimare licet, quod plurium aliorum librorum, qui ad nos pervenerint, jactura redemtum vellem. Atque hoc tam grave damnum qui deplorent, multi sunt, qui resarcire conetur, nemo. Haec, haec digna est erudito et antiquitatis studioso homine materia, qua rite *b*) tractanda de civili disciplina, atque adeo de genere humano bene mereatur. Contra paeda-

---

b) Non sine cautione dici potest pro *recte*. Cf. quae dicta sunt ad Vit. hom. erudit. T. II. p. 71. *F*.

gogorum ingeniis relinquendae sunt insulsae de veterum calceis, annulis, fibulis, et poenulis compilationes.

At dixerit aliquis, si inficeti tenebriones in veterum libris nihil nisi ritus et formulas quaerunt, neque adeo vim et praestantiam, quae illis inest, mente et intelligentia consequuntur, qui fit, ut classicos, quos vocamus, scriptores tam ambitiose laudent, sine modo crepantes coeleste Platonis ingenium, Atticos sales Aristophanis, admirabilem Ciceronis eloquentiam, beatam Livii ubertatem? Huic quod respondeamus, non alte petendum est. Nego illos de suo sensu, et de certa animi persuasione sic judicare: negent omnes necesse est, qui eorum stuporem et ineptias cognorint. Quid igitur Psittacorum instar voces, quas a primariis viris acceperint, reddunt, si forte imperitis persuadere possent c) non minus se, quam Scaligeros et Casaubonos, quantorum scriptorum sit excellentia, tenere. Ac nescio an priscis scriptoribus contumeliosum sit, ab istis cum laude commemorari. Nam qui a studiis nostris alieni Demosthenem, ut hoc utar, aut Ciceronem talium magistrorum praeconio celebrari audiunt, statim sibi fingunt speciem abjecti, inepti et umbratici literatoris, quales sunt, qui eos laudibus ferunt. Unde fit, ut multi, optimos antiquitatis scriptores istorum jejunitate metientes, ipsas ingenuas artes, quae inde ad nos manarint, respuant, ac pro nihilo ducant. Enimvero paedagogorum labes non est cum divinis viris communicanda. Jaceant magistelli: in coelo sint veteres heroës; rideatur paedagogica disciplina: in honore sint artes ab antiquorum ingenio ad nos profectae. Sed non satis est cerebrosis doctoribus, veteres comparato ad ostentationem studio laudare, nisi hanc laudem conjungant cum

c) Scrib. *possint*. *F*.

acerba ingeniosorum, quos recentior aetas tulit, scriptorum vituperatione. Etenim seculum, quo vivunt, illis adeo consenuisse videtur, nihil ut in ullo doctrinae genere, quod legi operae pretium sit, proferre queat. Nauseant ad Bossueti et Fenelonii eloquentiam: illepidos vocant lepores Molierii: sordet Cornelius cum Sophocle, Racinius cum Euripide comparatus. Fontanum vero ubi Phaedro longe praeferri audiunt, plane cerebrum sibi excuti putant. Nos tametsi veteres artibus iis, quae ingenio continentur, ita excellere judicamus, ut posteris omnem sui consequendi spem abstulisse videantur, tamen, quin vel stolidi, vel invidiae labe suffusi, obtrectatoris sit, suam nostrae aetati laudem detrahere, nihil dubitamus. Quin ad utilitatem fructuosissimum, atque ad animi voluptatem liberalissimum est, maxima ex antiquitate ingenia cum citerioris temporis luminibus *d*) committere, et quam felici studio recentiores antiquos illos imitati sint, curiose explorare. Ecquid vero aliud livore pallidi Grammatistae acerbissimo in nova ingenia odio proficiunt, nisi ut ipsi liberalioris animi viris risus jocusque sint, vel, quo nihil est indignius, auctoribus *e*) antiquis invidiam conflent. Est enim novitiorum quorundam scriptorum ea stultitia, ut se tum demum illatam sibi injuriam egregie repulisse putent, cum indignationem et iram, quae in pae-

---

d) Cic. or. Catil. III, 10. *Clarissimis viris interfectis lumina civitatis exstincta sunt.* *F.*

e) *Auctor* non potest dici pro *scriptor*, nisi ubi rerum gestarum *testis* simul significatur. Cf. *Lindemann.* ad Wytt. vit. Ruhnk. p. 188. sq. *Zumpt.* Aufg. p. 309. ed. tert. Quod Ruhnkenius paulo post *classicos* auctores appellat, consuetudini dandum putavit. *F.*

dagogos effundenda fuisset, in ipsam antiquitatem evomuerint. *f*)

Sentio orationem a proposito paullum declinasse. Agebatur enim inprimis, ut, quae umbraticorum paedagogorum per omnes humanitatis partes disciplina sit *g*), ostenderemus. Hoc igitur faciemus, ubi ante, quam fieri potest brevissime, demonstrarimus, quomodo eorundem inscitia humaniorum literarum fines, a veteribus sapientissime constitutos, mutarit. Olim humanitatis studiis non tantum Poësis, Eloquentia, et Historia, sed inprimis Philosophia, et, sine qua vix percipi philosophia potest, Mathesis continebantur. Quinctilianus quidem in ipso Grammatico, id est, poëtarum interprete, cum philosophiae, tum siderum scientiam requirit: quippe poëtae, quos vetustissimos sapientiae magistros fuisse scimus, permulta Philosophiae et Astronomiae vestigia carminibus suis impresserunt. Sed videte, quam versa in deteriorem partem sint omnia. Isti in literarum opprobrium nati literatores, cum nugarum levitati tractandae essent adsueti, Mathesis difficultate deterrebantur, nec Philosophiae severitatem ferebant. Quid igitur accidit? Veteres philosophos omnes, quamvis classicorum auctorum numero comprehensos, procul a se amandarunt, ipsamque Philosophiam (o! coecas hominum mentes!) tanquam infaustum omen despuerunt. Videas igitur, qui alios poëtas vastis commentariis obruant, non audere attingere Lucretium. Mole annotationum et conjecturarum laborant Ciceronis Orationes et Epistolae. At ejus libris philosophicis, qui

---

f) Probum est *iram evomere* in Adelph. Terent. II, 2, 14, item *dicteria evomere*, improbatum Wyttenbachio Philom. L. p. 115. [W. opp. select. ed. Brunsw. T. I. p. 358. sq.] *R.*

eterea pro *fuisset* scrib. *fuerat* nisi forte causa indicatur. *F.*

). „Imo *esset.*" *Matth.* l. l. p. 597. *F.*

interpretis nomen et dignitatem sustinere possit, nondum obtigit quisquam. Quid? Manilius nonne tenebris sordibusque adhuc oppletus jaceret, nisi literatores in paucis graviorum artium praesidio instructi, Scaliger, Huetius et Bentlejus illum sibi explicandum corrigendumque sumsissent? Quae cum ita sint, quis miretur, literatores saepe a philosophis tanquam syllabarum aucupes rideri, qui paleas modo e veterum libris legant, uberrima rerum sententiarumque segete neglecta? Quo opprobrio si tales, quales descripsimus, dignos censent, id suum judicium adscribant sententiam nostram. Verum artificum inscitiam ad artes ne transferant, neve propter quorundam literatorum fatuitatem, ipsas politiores literas contemnant. Nam turpe est philosophis, nescire hominum culpam segregare ab innocentia rerum.

Philosophia igitur et Mathesi bonarum artium choro exclusis, restat umbraticis magistris Eloquentiae, Poëseos et Historiae disciplina. Jam primum videamus, quam viam faciant ad eloquentiam ituris. Qui eloquentiam ex vero aestimant, non magnam vim ad eam comparandam praeceptis tribuunt, sed prope omnem ab animo magno et excelso, virtutis et sapientiae admiratore, vitiorum sordidarumque rerum contemtore, dudum. Qualem animum si quis veterum oratorum, Demosthenis inprimis et Ciceronis, lectione adjuvet incitetque, assidua dicendi scribendique exercitatione adjungenda, facile, quod in eloquentia summum est, consequetur. Sed ad hanc veram et masculam eloquentiam cum pravi et illiberalis animi magistri adspirare non essent, aliam adulterinam in scholas invexerunt, verbis turgidam, sententiarum inanem, et ceteris rebus septam; ut merito in eos corruptae eloquentiae culpam conjiciat acerrimus umbratilis disciplinae exagitator, Petronius. *Pace vestra*, inquit, *liceat dixisse,*

primi omnium eloquentiam perdidistis. Levibus e atque inanibus sonis ludibria quaedam excitando fecistis, ut corpus orationis enervaretur et cad
Hic si ita de aetatis suae rhetoribus judicavit, eum, si viveret, de recentioribus magistris censetis dicaturum, qui non eloquentiam, id est, sapientiam piose loquentem, sed stultitiam loquacem juventuti dunt, et tum se credunt mirifice locutos, cum ō sua a communi ratione maxime abhorret. Sunt, exoletae vetustatis amore capti, cum Euandri matr quantur, ut docti etiam, nisi glossaria percur prope decantata habeant, in singulis verbis haer Multo plures, spreta aurea illa Ciceronis simplicita verecundia, tumidum, phaleratum, et translatio audax dicendi genus sectantur, cujus exemplun Symmacho et Sidonio Apollinari habemus. Tales tores quondam multorum ex Belgis animos veluti lenti sidere afflarunt; quorum perversa ratio tam manavit, ut etiam nunc reperiantur, qui non orationem, nisi quae ex ampullis, et grande qui nantibus verbis, nullo aetatis scriptorumque discri conflata sit, pulchram ac magnificam ducant. hanc potissimum caussam esse crediderim, quare B quos cunctis gentibus eruditionis gloria antecell constat, una bene dicendi scribendique laude cess Italis, qui se totos ad Ciceronis, et ut quisque ei ximus est, imitationem contulissent. Neque tamen hoc morbo novi eloquentiae magistri laborant. D etiam obscuritatem et ipsi captant, et discipulis commendant, propterea quod vulgus maxime e quae non intelligit, admiratione stupet. In hac Academia humanitatis disciplinam tradidit vir quid

h) *Aug. Staverenum* minus recte intelligit Kiddius in In epp. Ruhnk.; nam nec de *vivo*, nec de *Rectore*, sed de *n*

doctissimus, extemporali *i*) oratione, ut accepimus, satis praestans, sed idem cum curam ad scribendum adhibuisset, stili morositate, et putida eruditionis ostentatione ita omnia obscurans, ut libri ejus, qui extant, non ad bonas literas illustrandas, sed ad hominum ingenia fatiganda scripti esse videantur. Huic vitio etiam affines sunt nonnulli aetatis nostrae philosophi, qui, quas res populari ac perspicuo sermone enunciare possent, nimiae subtilitatis affectatione verbis exprimunt a communi usu abductis, interdum etiam novis, et a se satis inconcinne confictis. Ipsa ratio loquitur, si vel rhetores tacerent, rebus attemperandam esse orationem, humilia summisse, magna graviter, mediocria temperate esse dicenda. In quo, dici non potest, quantopere peccent oratores ex umbra, et scholae pulvere ad dicendum prodeuntes. Vidi, qui, quibus verbis Alexander M. milites ad fortiter pugnandum, iisdem discipulos ad discendi studium cohortarentur; et qui in mansuetiorum Musarum contemtores declamaturi, Ciceronis Catilinarias compilarent. Vidi contra alios, qui dicta per vernilem jocum a Comicis, rebus gravissimis accommodarent, cum irrisione intelligentium. Adeo verum est, quod divinitus dixit Horatius *k*):

---

et de *Professore* h. l. agi, perspicuum est. Quem voluerit Ruhnkenius, non facile dixerim; fortasse *P. Burmannum Sec.* Conf. Praef. ad h. l. *B. Jac. Gronovium* h. l. dici existimat *Bardili*; hujus enim dicendi genus esse, quod Ruhnkenius perstringit. *F.*

i) Hoc adjectivum bonorum scriptorum, velut Suetonii, Plinii, usu comprobatur. Apud Quintil. I. O. IV, 1, 54. est hoc ipsum *extemporalis oratio.* Ad Ciceronis consuetudinem accommodatius scripseris *ex tempore dicendi facultas*, ut loquitur idem Quintil. X, 3. p. 588. *Subitam et fortuitam orationem* vocat Cicero de Or. I, 33. *B.*

k) A. P. 309. *F.*

Scribendi recte sapere est et principium et fons.

Quodsi paedagogica fatuitas in Eloquentia, si aliis tradenda, sive exercenda, ludos praebet, qu eam facere arbitramini in Poëtices studio? Vetus dictu est, poëtam non fieri, sed nasci. Quod etsi semper il magistri in ore habent, tamen, quae ejus vis sit, no intelligunt. Nam tot formulis et dictatis hanc arten tradunt, quasi naturae nihil, omnia egregiae disciplina suae tribuenda sint. Ita juvenum, qui celeriores anim motus habent, studia tardant; a natura destitutos ex cruciant misere. Sed, o! boni, de medio tollite prae ceptorum acervum, nec dubitate, quin vanissimus omn in hac arte conatus sit, nisi quis altos sensus, laeta uberemque ingenii venustatem, et raram in veritate natura imitanda felicitatem, secum quasi domo attuleri Quo divino munere qui caret, non dicam poëta, sed idoneus quidem futurus est poëtarum interpres. H verissime a nobis dici, vestri in poëtas commenta ostendunt. Quoties enim poëtis de vestro ingenio i eptias affingitis? Quoties eos corrigendo ad turpem se monis humilitatem deprimitis? Quoties eorum vener et latentes jocos, aut non capitis, aut interpretan pervertitis? Sed ineptiendi nullus modus est. Ingeniu etiam suum, vel invitis Musis, in carmine pangen periclitantur, invitati prava aetatis nostrae facilita quae versibus canoris, et ad aurium lenocinium comp ratis contenta est, nec magnopere desiderat vel nativ ingenii urbanitatem, vel exquisitarum sententiarum c piam. Quomodo igitur in carminibus scribendis ve santur? Ex sicco et arido cerebro si nihil extundi p test, prosodiae, thesauri poëtici, florilegia et simil infelicium ingeniorum subsidia adhibentur. Hae unde carminis principium ducant? Ex Helicone a

cantur novem sorores, vel ex Olympo totum agmen Deorum. Nuptiae sunt elegia celebrandae? Benignam materiam suppeditant Venus magico cesto cincta, et, quem illa comitem trahit, Cupido pharetratus. Funus versibus ornandum? Convicia de trivio in Parcas et Plutonem congeruntur. Tota denique mythologia ita jactatur et inculcatur, ut Ovidii Ibin te legere credas. Ex horum etiam umbraculis prodiere difficiles nugae, anagrammata, chronosticha, acrosticha, isopsepha: quae dum refero technopaegnia, jam in ore vestro, Ornatissimi Auditores, fastidii signa conspicio. In his ludicris dum olim graves etiam doctique viri bonas horas perciderint, est sane, quod gaudeamus, aetatem nostram sa resipuisse, ut, qui in talibus ingeniosi videri velint, ad puerorum sibilis explodantur. Sed quid poëtastrorum *l*) deliriis immoror? Ad Historiae docendae rationem veniamus.

Historia aliter tradit tenebris et squalore obsitus doctor, aliter elegans et vitae usu limatus. Ille in hoc studio majores memoriae partes esse censet, hic judicii. Ille in fabulosi temporis caligine haeret, ubi reconditam eruditionem ostentare, minutasque observationes jactare possit; hic ex vetusta historia certissima quaeque delibat, studiumque suum ad haec quoque citeriora tempora adducit. Ille prae magni et pulchri inscitia levibus, vanis et inutilibus immoratur; hic ad Polybii normam indagat gentium origines, sedes, migrationes, regnorum conversiones, incrementa, deminutiones, mores, instituta, leges, religionem, nec tantum, quid evenerit, ex-

l) „*Poëtaster* non est verbum Latinum, sed e vulgari Italorum sermone ductum. *Poëtillam* vocat Plaut. Truc. II, 6, 4., ubi non certa lectione." *Matth.* l. l. p. 401. Cf. *Santen.* ad Mur. T. I. p. 712. ed. Ruhnk. et *Nolten.* l. l. p. 663. *F.*

ponit, sed a quibus consiliis et caussis qnaeque acti manarit, quibus artibus casibusve impedita, infelicem exitum habuerit, quibus adjuta, felicem. Ille deniqu se magnifice circumspicit, ubi immensam factorum ne min mque copiam memoria comprehenderit, variamqu sibi eruditionem compararit; hic etsi veram eruditio nem nec ipse negligit, tamen praestantissimum historis fructum esse statuit, splendidis et immortalibus maxi morum virorum animis contemplandis, tum se ipsum tum disciplinae suae alumnos ad talis virtutis excellen tiam conformare, atque adeo inde sapientiae potius prudentiae praesidia petere, quam eruditionis. Extitu runt quidem, superiore praesertim seculo, e latibul magistri, qui supra Grammaticam sapere, et historiam scribendis politicis in veteres Historicos observationibu ad vitae civilis usum transferre auderent. Sed, mi credite, nunquam alias turpius se dederunt. Nam sch lasticis ineptiis obliti, de regum et rerumpublicarum controversiis, tanto fastu et supercilio, quanta ignoran tia et temeritate, pronunciabant, et prudentiae pra cepta, quae cuivis non stultissimo, lectis auctorum ve bis, suapte sponte in mentem venirent, ad fastidium usque inculcabant. Quodsi qui in otio et solitudi consenuerint, ad historiam docendam minus idonei re periuntur, quales futuros existimatis in historia mon mentis literarum prodenda? Profecto nec bellum com mode narrabit, qui nunquam pulverem, solem, cl morem, castra viderit, nec rerumpublicarum virtutes e vitia intelligenter explicabit, qui a civitate regem longe remotus, in obscuris angulis vixerit, nec arcan aulicorum consilia callide assequetur, qui hominu aditum sermonemque fugiens, ne privatorum quide ingenia cognorit, nec dignam magnis rebus oratione afferet, qui in sordibus volutatus, omnem pulchritud

nis sensum perdiderit. Atque hinc ratio repetenda est, cur, quicquid aetas nostra in hoc genere efficere conetur *m*), cum antiquis historiae monimentis comparatum sordeat. Nam qui illa aetate historiam literis mandarunt, e Graecis Thucydides, Xenophon, Polybius, e Latinis Sallustius, Caesar, Livius, Tacitus, cum vel exercitibus praefuissent, vel maximas civitates rexissent, vel certe magnum rerum civilium militariumque usum sibi comparassent, non modo acta et eventus, sed consilia etiam et caussas verissime exponere, omninoque historiam, quae civilis prudentiae magistra sit *n*), condere potuerunt. Hodie vero quam abjecta et depressa est historiae conditio! ad quam scribendam umbratici fere homines studium suum conferunt, iidemque, quo nihil turpius est, mercede conducti. Itaque jejunis et macilentis annalibus, commentariisque abundamus: historiae quod nomen mereatur, vix habemus.

Ex plena et perfecta earum artium, quas ante commemoravimus, scientia efflorescit et redundat Critice, antiquitatis omnis interpres et judex, veri obrussa, fraudum indagatrix, corruptelarum expultrix, quae nullis limitibus circumscripta, per oratores, poëtas, philosophos, historicos late vagatur, et severam ingeniorum monumentorumque quasi censuram agit. Hujus artis facultate eos tantum, qui ingenio supra communem mensuram eminuerint, omnisque liberalis doctrinae pene infinitam vim animo comprehenderint, excelluisse scimus: qui quam pauci omni aetate fuerint, nemo ignorare potest, nisi qui literarum historiam ignoret. Sed hic in umbraticis doctoribus quid potius mirer, du-

---

m) Scrib. *conatur*. Vid. supra p. 84. not. *b*. *F*.

n) Malim aut *eat* aut *esset*. *F*.

bito, stultitiamne, an impudentiam? qui hanc divinam artem, quam ne attingere quidem debebant, sibi soli arrogant, hanc tanquam filiolam exosculantur, hujus denique facultate censeri volunt. Etenim ingenium inepti is depravatum, tricasque eruditas potius, quam veram eruditionem, ad Criticen exercendam afferentes variantium lectionum farragine congerenda, literarum apicibus ad superstitionem usque excutiendis, vocum mutanda, rancido quodam verbo e situ et squalore revocando, egregie, si Dis placet, se Criticorum munere fungi credunt. Sic, dum se veram putant Criticen tenere, quid aliud, quam vilissimum literarum aucupium, tenent? Nulla autem in re tantopere sibi placent quam in corrigendi dicam, an depravandi studio. Equidem commemorare possem *o*), qui omnem aetatem in eo conterant, non ut sibi ex antiquis scriptoribus sapientiam, et bene dicendi intelligentiam ac facultatem comparent, vitamque ipsam elegantiorem reddant; qui unus est hujus studii fructus, liberali homine dignus: sed quae commissa a librariis peccata investigent, in iisque tollendis operam venditent suam. Igitur ut quisque scriptor barbariae sordibus contaminatissimus est, ita libentissime in eo commorantur, habitant, haerent. Mitto recentioris memoriae exempla, ne quem describere velle videar. Nonium Marcellum quis nescit superiore saeculo multo diligentius tritum esse, quam Livium, aut quem

---

o) Magis Latine scripsisset *possim*. *B*. Ita vulgo opinantur sed frustra. Cicero enim *indicativum* habet. de Senect. 16. *Possum persequi multa — sed ea ipsa, quae dixi, fuisse sent longiora*. de Fin. III, 10. *Poteram morbos appellare, sed non conveniret ad omnia*. de Nat. Deor. I, 36. *Possum — dicere sed nolo esse longus*. Conf. *A. Matth*. ad Cic. Catil. or. III, et ad Eloqu. lat. exempla p. 195. *Goerenz*. ad Cic. de Fin. I 55. et 356. *Gernhard*. l. l. p. 315. not. 15. *F*.

vis alium bonum scriptorem? Caussam si quaeritis, haec est, quod lacera auctorum apud Nonium fragmenta benigniorem corrigendi materiam praeberent. Quam disparem fuit ratio viri, si quis unquam, Critici, Joan. Frider. Gronovii p), cujus aurea verba hic recitare, non alienum fuerit: *Ego a prima aetate in lectione veterum id potissimum habui, ut mei mores emendarentur, non ut apices et puncta librorum. Si interim frequenter legendo eo profecimus, ut genium capere scriptoris, ipsumque sua mente et stilo donare possem, in lucro deputavi. Barbari sunt, qui non putant aquam atque ingenuam, quam turbidam sordidisque permixtam bibere malunt. Sed nihil infelicius magistris, qui in literis et syllabis consenuerunt, publicum saltus metiuntur*, etc. Ad hujus viri normam, quicunque Critici dici haberique volunt, studia sua dirigant, repudiatis stolidis Pseudocriticorum institutis, quibus haec ars in eum contemtum adducta est, ut eleganti ingenio viri, aliud studiorum genus professi, ipsis cognitionem sibi indecoram et turpem ducant. Quanquam res jam eo rediit, ut Critice contemtum sui prope patienter ferat: sed infamia, qua adspergitur, acerbissimum ei dolorem inurit. Etenim permulti eorum, qui se Critices alumnos ferunt, ex umbratico maxime genere, morum foeditate bonis honestisque viris se adeo invisos et pene despuendos reddunt, ut inde summum dedecus et ignominia in ipsam artem, quam se profiteri dicunt, redundet. Citat quidem Critice innocentiae suae testes, Is. Casaubonum, J. Fr. Gronovium, N. Heinsium, J. G. Graevium, alios, quos non minus vitae elegantia, et amabilis morum humanitas, quam Criticae facultatis commendatio nobilitavit. Sed premitur ejus

p) In Epist. ad Nic. Heinsium, Syllog. Epist. T. III. p. 5. *R.*

caussa multitudine eorum, qui reprehendendi libidin rixandique furore agitati, tum in summos quosque v ros, levissima de caussa, debacchantur, tum fama suam inter se lacerant conviciis ex omnis aevi memor conquisitis. Patres avique nostri, incredibile dictu e quot quam ridicula et pudenda bella viderint inter h Lapithas et Centauros gesta. Spes erat, futurum, seculi nostri humanitas talium ingeniorum ferociam m tigaret. Falso. Nam exorti sunt, et exoriuntur in di qui de nugis tricisque tanta atrocitate inter se digl dientur, ut pro capite ac vita certamen suscepisse v deantur.

His omnibus commemorandis demonstrandisqu qualis umbraticorum doctorum disciplina, quales m res sint, me arbitror planum fecisse. Nec quisqua amplius dubitabit, quin humanitatis studia, quae oli concelebrata enituerunt, illorum inprimis culpa parti in contemtum, partim in infamiam adducta, deseranti et obsolescant.

Sed veniam eo, quo et officii sanctitas, et huj diei sollemnitas, me jam dudum vocant. Vobis igitu illustres Musarum nostrarum praesides ac custodes, gra tias, quantas animus capere maximas potest, ago, agam que, dum vivam, quod Vestra auctoritate eam mil provinciam decreveritis, in qua, quam assecutus su humaniorum scientiam literarum, si tamen sum aliqua assecutus, certe in qua tantum studii consumsi, ea florentissimae, quae hic ingenii cultum capit, juventu explicare possim. Equidem etsi sentio, me sapienti Vestra fretum plus oneris, quam ferre possim, susti lisse, tamen Vobis recipio spondeoque, me, quod ing nio et doctrinae deest, labore et animi contentione i pensaturum, nunquam ut Vos Vestri de me judi poeniteat.

Vos autem, Clarissimi omnium disciplinarum Professores, viri omni laude cumulati, non multis verbis ogandi estis, ut me, quem dudum ante amicitia vestra on indignum existimastis, libenti animo in amplissimum ordinem Vestrum recipiatis. Morte Vobis ereptus it collega conjunctissimus, Oudendorpius, quo humaior, candidior, et in omnibus vitae partibus integrior, ec sperando, nec optando, poterat cogitari. Cujus liquas virtutes si minus Vobis praestare possum, certe umanitatem et candorem praestabo. Cumque me primum natura, tum multo magis ratio ac doctrina ad nitatem finxerit, vere videor posse affirmare, mihi allam unquam Vobiscum, nisi in juventute ad sapienam virtutemque formanda, et hujus Academiae gloria plificanda, contentionem futuram.

Tu vero, divine senex, Tiberi Hemsterhusi, quanto mum meum gaudio exultare putas, cum Te, quem tea magistrum et alterum parentem salutabam, nunc ollega collegam salutem? Quicquid ego sum, Tui muneris sum. Tuere ergo beneficium Tuum, sisque meus, t in discendo, sic in aliis docendis, dux et moderator. Equidem summum Numen supplex veneror, ut nectutem Tuam, quae aliorum praestat juventute, bonis suis cumulet, atque ad ultimos, quos humanae vi e constituit, terminos producat.

Denique Vos, carissimi Commilitones, compello. ndivistis, qualis sit, quam profiteor, disciplina, non trica, non morosa, non umbratica, sed humanitatis, mitatisque magistra. Omni igitur cura et cogitatione rem pulcherrimam incumbite, et singulare Vestrum rga me studium, quod, cum Vobis ad Graecas literas iam praeirem, alacritate, frequentia, adde modestia et lentio, declarastis, mihi perpetuo conservate.

DISPUTATIO

DE

ANTIPHONTE,

ORATORE ATTICO,

quam, praeside

DAVIDE RUHNKENI

a. d. xv. Maji MDCCLXV in Academia
Lugduno-Batava defendet

PETRUS VAN SPAAN.

CAPUT PRIMUM.

Cum me ad Oratores Atticos legendos contuliss
ut inde et nativum sermonis Attici leporem cogno
rem, et juris Attici, a quo tanquam fonte Romano
Jus Civile fluxisse constat, notitiam haurirem, non
teram hujus lectionis exordium rectius capere, quam
Antiphonte Rhamnusio, quem Hermogenes *de For*
Oration. L. II. p. 498. Suidas v. *Μοχθηρὸς*, alii
Grammatici vocant decem Oratorum Atticorum a
quissimum. Cumque scirem, quantum referat ad scrip
rem bene intelligendum, nosse ejus vitam, mores,
stituta, res gestas, ingenii monumenta, et alia ejus
neris, quidquid ullo modo ad Antiphontem pertine
diligenter quaerere institui. Congestis omnibus, et
severius examen revocatis, animadverti, hujus Orat
historiam multis difficultatibus impediri, quas non om
superarint duo excellenti ingenio et doctrina V
qui ante nos in Antiphontis historia illustranda eg

a operam collocarunt, Joan. Jonsius *de Scriptoribus* *. *Philosoph.* p. 256, et Joan. Taylorus *Lection.* *iacar.* C. VII. Acuente deinde, ut fieri solet, ipsa cultate industriam, digna materia visa est, in qua licanda, quamvis tenues, necdum maturitatem asse- s, ingenii vires, adolescens sedecim annorum peri- rer; praesertim cum Praeceptor meus nunquam sa- laudandus *q*), David Ruhnkenius V. Cl., a quo uno, lquid sum, in hocce studiorum genere me totum fectum esse, gratus fateor, pro singulari sua in me ivolentia, varia mihi ad Antiphontem pertinentia ex gni ineditorum librorum apparatu suppeditaret. An- ontis igitur historiam ita enarrabimus, ut primum amus, quantus Orator fuerit, tum qualem se in re- lica administranda praebuerit, denique quae ingenii umenta ad posteritatem transmiserit. Quibus expli- , de aliis etiam Antiphontibus, qui vulgo cum An- onte Rhamnusio confundi solent, dicemus.

Natus est Antiphon Rhamnusius Athenis patre So- lo Olymp. LXXV. 1. vel 2. in quos ipsos annos in- it bellum, quod Xerxes magno damno suo intulit eciae. Hoc Antiphontis natale tempus, quamvis lo laxius, tradunt Photius *Biblioth. Cod.* CCCIX. Pseudo-Plutarchus *in vita* X. *Rhetorum* p. 832, D, quorum sententiam, temporum rationibus congruen- , sequi non dubitamus. Eandem merito secutus est nius Antiquitatis Atticae interpres, Eduard. Corsi- *Fast. Att.* T. III. p. 166. Gravissimus error est,

---

Voluit dicere *qui nunquam satis laudari potest;* at minus , notante Heusingero Observ. Antibarb. p. 469. Sed hoc, in diss. positum, manifesto a Spaanio, non a Ruhnkenio, pro- m est. Ipse tamen supra in or. de Graecia p. 104. *civem* *gium*, *nec unquam satis laudandum* scripsit. *B.*

et ne dignus quidem refutatione, Tzetzae *Scholio in Hermogenem* inedito, quod infra proferemus, ubi Antiphontem, scribit, Platonis aetate vixisse, vel certe vix Socratis aetatem attigisse. *Φῦλος* Antiphontis pater dicitur apud Clement. Alexandr. *Strom.* I. p. 365. sed recte *Σώφιλον* restituit Jo. Potterus. Harpocration *Ἀντιφῶν, εἷς τῶν δέκα ῥητόρων, Σωφίλου μὲν υἱὸς ἀπὸ τῆς φυλῆς δὲ Ῥαμνούσιος.* Quem locum imperitus compilator, Phavorinus, turpiter foedavit, et in grande suum, sed pene inutile, Lexicon retulit: *Ἀντιφῶν, εἷς τῶν δώδεκα ῥητόρων, φιλοσόφου μὲν υἱὸς, ἀπὸ τῆς φυλῆς δὲ Ἀμνούσιος.* Sic non sola Editio Veneta habet ut Taylor. *ad Lys.* p. 184. putat, sed etiam Romana et Basileënsis.

Eodem fere tempore lucem vidit inclytus ille Sophistarum Pater, Gorgias Leontinus, quem Antiphonte nostro paulo antiquiorem fuisse recte tradit Plutarch. *l. c. γέγονε δὲ κατὰ τὰ Περσικὰ, καὶ τὸν Γοργίαν σοφιστὴν, ὀλίγῳ νεώτερος αὐτοῦ.* cui consentit Suidas *Ἀντιφῶν. ἤρξε τοῦ δικανικοῦ χαρακτῆρος μετὰ Γοργίαν.* Sed alia omnia reperiuntur apud Photium: *ὀλίγῳ πρότερον Γοργίου τοῦ σοφιστοῦ γεγονώς.* Utrumque locum conferens Fabric. *Bibl. Graec. L.* 11. *c.* 26. p. 83. *Pseudo-Plutarchi* sententiam probat, rejecta *Photiana.* Verum hic non Photii error est, sed librarii. Nam Photius et ipse sine dubio scripserat: *ὀλίγῳ νεώτερος Γοργίου* etc. Vulgata ejus lectio ex bene computata temporum ratione satis refellitur. Floruit Gorgias circiter Olymp. LXX. ut testatur idoneus auctor, Plinius *Hist. Nat.* XXXIII. 4. quem sequi malim, quam Porphyrium apud Suidam v. *Γοργίας*, Gorgiam ad Olymp. LXXX. referentem. Porphyrii sententiam Suidas etiam repudiat. Recte. Nam Periclis praeceptor fuit Gorgias, eodem Suida auctore; quamvis sciam, Philostratum de

Vit. Soph. I. p. 493. tradere, Gorgiam a Pericle, non juvene, sed sene, auditum esse. Jam quomodo Pericles, quem jam Olymp. LXXXI. 2. exercitui praefuisse, ex Diodoro Siculo XI. 85. constat, Gorgiae disciplina usus sit, si is Olympiade demum LXXX. lucem viderit? Haec si inter se contulisset H. Dodwellus *Exerc.* II. *de Aetate Pythag.* p. 218. aliter suas de Gorgiae aetate rationes instituisset. Sed quaerit Olearius *ad Philostr. l. c.* quomodo, quod Suidas de Gorgia Periclis magistro narrat, verum esse queat, si, quod Diodor. Sicul. XII. 53. ait, Gorgias Leontinae legationis princeps, Athenas demum venerit Olymp. LXXXVIII. 2. Respondet pro nobis Vir Summus, nuper *r*) literis nostris acerbo fato ereptus, P. Wesselingius *ad Diodor. Sicul. l. c.* Gorgiam etiam ante illud tempus Athenas profectum videri. Quod verissimum esse, ex ipso Philostrato p. 493. colligas, narrante, Gorgiam Athenienses contra Persas incitasse, et eos, qui in pugna Salaminia cecidissent, oratione funebri decorasse. Accidit autem illa pugna Olymp. LXXV. 1. Nec inde aliqua difficultas oritur, quod ab eodem Suida Gorgias dicitur magister Isocratis, qui Olympiad. LXXXVI. 1. demum natus est. Facile enim omnis dubitatio tollitur, si ad longissimam Gorgiae aetatem, ad annum usque CIX. provectam, animum attendamus. Immo sub puerilem aetatem Isocratis maxime in Graecia floruit Gorgias. Itaque Eusebius in *Chronico* illum refert ad Olymp. LXXXVI. non annum natalem designans, sed tempus, quo in primis ejus nomen celebratum sit. Ex his breviter disputatis cogere licet, Gorgiam, sicut Plinius dicit, jam floruisse Olympiade LXX. atque adeo Antiphontem Gorgia fuisse juniorem. Forte nec alienum fuerit statuere, Antiphon-

---

r) Obiit enim Wesselingius d. 11. Nov. 1764. *B.*

tem audivisse Gorgiam docentem, vel publice disputan-
tem. Sed hoc, tacentibus historicis antiquis, in medio
relinquimus.

Philostratus *de Vitis Sophist.* I. p. 489. et Pluta-
chus *l. c.* Antiphontem, tradunt, bene dicendi arte im-
butum esse a patre Sophilo, qui non modo rhetoricae
scholam aperuerit, sed etiam plures illustrioris loci ju-
venes, in his Alcibiadem, erudiverit. Sed hoc in du-
bium vocat Praestantissimus Taylorus *Lect. Lysiac.* c.
VII. quod satis aliunde constet, ludum Rhetorices mul-
to serius Athenis esse institutum. Certe Cicero *Bruto* c.
12, *Lysiam*, scribit, *primo profiteri solitum artem
esse dicendi.* Photius et Pseudo-Plutarchus *l. c.* ipsum
Antiphontem hujus rei auctorem produnt. Verum an
Lysiam et Antiphontem talem ludum Athenis aperuerit
Gorgias, si credimus Interpreti MS. *Aphthonii*, cujus
specimen dedit Montfaucon. *Bibl. Coislin.* p. 593. τὸν
δὲ Γοργίαν Ἀθηναῖοι κατέσχον, καὶ τοὺς ἑαυτῶν παῖδας
παρέσχον αὐτῷ μαθησομένους. Ceterum quod Philostra-
tus et Plutarchus dicunt, Alcibiadem a Sophilo erudi-
tum, id ipsum evertit Plutarchus, cum mox ait, Alci-
biadem non nisi senem Antiphontem videre potuisse. Si
igitur filium non nisi senem vidit, quomodo patre Sophi-
uti magistro potuit? Haec sane, inter se pugnantia et
absurda, satis indicant, Pseudo-Plutarchum veterum
Oratorum vitas nullo judicio consarcinasse. Antiphon-
tis magistrum ignorari, Suidas scribit. Quae forte causa
est, cur a nonnullis, teste Philostrato *l. c.* habitus sit
αὐτομαθῶς σοφός.

Eruditus Antiphon sive a patre Sophilo, sive a
aliis, totum se dedit excolendae Eloquentiae, in qua
consecutus est felici studio suo, ut artem Rhetoricam
vel princeps invenisse, vel inventam amplificasse dica-
tur. Philostratus *l. c.* Ῥητορικὴν δὲ τὸν Ἀντιφῶντα

ιὲν οὐκ οὖσαν εὑρεῖν, οἱ δὲ εὑρημένην αὐξῆσαι. Cum
lostrato junge Diodorum apud Clement. Alex. *Strom.*
. 365. Posteaquam vero Antiphontis in hoc genere
ltas celebrari coepisset, tum juvenes illum frequen-
nt, ut vera eloquentia a tanto magistro imbueren-
tum rei, quorum vel fortunae, vel caput in peri-
essent, ut sibi orationes componeret, a se in judi-
recitandas. E discipulis, quos sine dubio habuit
imos, unus tantum commemoratur, sed qui possit
instar sexcentorum. Est ille immortalis belli Pelo-
nesiaci scriptor, Thucydides, qui eloquentiae gravi-
ingenii altitudine, fide, prudentia, Historicorum
m habet neminem. Hujus rei testes sunt Marcelli-
in vita Thucydidis p. 4. Anonymus *vitae Scri-*
p. 10. Suidas v. Ἀντιφῶν et v. Θουκυδίδης. Nec
opponendus est Caecilius, Rhetor Siculus, e cujus
mentario *de Antiphonte* Photius et Pseudo-Plutar-
p. 832. referunt, Thucydidem Antiphontis fuisse
istrum: *Καικίλιος δὲ ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ συντάγματι,*
κυδίδου τοῦ συγγραφέως μαθητὴν τεκμαίρεται γεγονέ-
ἐξ ὧν ἐπαινεῖται παρὰ αὐτῷ ὁ Ἀντιφῶν. Nam salva
est, Codd. MSS. Plutarchi pro *μαθητὴν* exhibenti-
διδάσκαλον. Quod unice tenendum. Vid. Fabri-
in *Bibl. Graec. Vol.* I. p. 819. *not.* et Taylor,
C. Lect. Lys. C., VII. Veniam damus immortali
, Ger. Jo. Vossio *de Rhetoricae Nat. et Const. C.*
quem vitiosa Plutarchi scriptura induxit, ut in alia
ia iret. Congruunt etiam temporis rationes. Nam
Thucydides natus sit Olympiad. LXXVII. 2. ut
onstrat Dodwellus *Annal.* p. 13. Antiphontis,
ppe octo vel novem annis majoris, discipulus potius
, quam magister. His accedit gravissima auctoritas
tonis *Menexeno p.* 403. ὅστις ἐμοῦ κάκιον ἐπαιδεύθη,
σικὴν μὲν ὑπὸ Λάμπρου παιδευθεὶς, ῥητορικὴν δὲ

ὑπ' Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου. Quibus verbis Thucydidem respici, dubio caret; ut tanto major sit error Jo. Jonsii *de Script. Hist. Phil. p.* 326. hunc Platonis locum de alio, quam nostro, Antiphonte accipientis quem veteres Scriptores, qui eo respexerunt, Aristides *Or. Plat.* II. p. 131. Hermogen. *de Form. Orat.* II. p. 497. Themistius *Or.* XXVI. p. 329. et Athen. XI. p. 506. F. in viam reducere potuissent. Quae cum ita sint, non est mirandum, veteres Criticos in Thucydidis libris Antiphontis imitationem deprehendisse. Egregium est vetus Scholion, quod ad Thucyd. IV. p. 317. e MS. protulit Vir Summus, Car. Andr. Dukerus, p. 648. *b.* Ἰστέον, ὅτι εἰς τὸ κομψὸν τῆς φράσεως Θουκυδίδης Αἰσχύλον καὶ Πίνδαρον ἐμιμήσατο. εἰς δὲ τὸ γόνιμον τῶν ἐνθυμημάτων τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον Ἀντιφῶντα. εἰς δὲ τὴν λέξιν Πρόδικον, ὅθεν καὶ Προδίκου λέξιν ἐν τῷ κειμένῳ σημειούμεθα. εἰς δὲ τὸ γνωμικὸν τοὺς Ἰσοκρατικούς, Εὐριπίδην καὶ τοὺς ἄλλους. τοῖς γὰρ αὐτοῖς χρόνοις ἦσαν. εἰς δὲ τὴν οἰκονομίαν τὸν Ποιητήν. ubi miror, Virum Clar. non vidisse, pro Ἰσοκρατικούς legendum esse Σωκρατικούς. Sed hic non est praetereundum insigne testimonium, quod gratus discipulus Thucydides perhibet doctori suo Antiphonti, *L.* VIII. *C.* 68. p. 545. Ἀντιφῶν, ἀνὴρ Ἀθηναίων τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀρετῇ τε οὐδενὸς ὕστερος, καὶ κράτιστος ἐνθυμηθῆναι γενόμενος καὶ ἃ ἂν γνοίη εἰπεῖν. Quibus verbis, quamvis paucis, perfecti Oratoris descriptio continetur. Certatim hunc Thucydidis locum imitati sunt Sophistae. Philostratus de hoc ipso Antiphonte *p.* 498. ἱκανώτατος ἀνθρώπων ἔδοξεν εἰπεῖν τε καὶ γνῶναι. Synesius in *Dione p.* 41. Δίων ὁ Προυσαεύς, περιττὸς ἀνὴρ εἰπεῖν τε καὶ γνῶναι. Ac forte eundem locum in animo habuit auctor Epitaphii *Harpocrationi* positi, et nondum editi, quod A. Gallandus Athenis descripsit, et cum Graevio communi-

cavit, e cujus Bibliotheca cum aliis inscriptionibus pervenit in Burmannianam. Est autem hocce:

ΣΜΙΚΡΟΣ ΟΥ ΣΜΙΚΡΟΝ ΚΑΛΥΠΤΩ
ΤΥΜΒΟΣ ΑΝΔΡΑ ΕΠΕΙ ΣΟΦΩΝ
ΔΩΡΑ ΜΟΥΣΕΩΝ ΜΕΓΙΣΤΑ ΤΩΝ
ΟΔΕΞΟΧΟΝ ΛΑΧΩΝ
ΑΡΠΟΚΡΑΤΙΩΝ ΠΡΟΣ ΑΣΤΩΝ
ΤΡΙΣ ΜΑΚΑΡ ΚΛΕΙΣΕΤΑΙ
ΟΥΝΕΚ ΗΝ ΡΗΤΩΡ ΜΕΝ ΕΙΠΕΙΝ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ Δ Α ΧΡΗ ΝΟΕΙΝ.

Praeceptor mei amantissimus, Dav. Ruhnkenius, cui hanc inscriptionem debeo, me monuit, versus esse trochaicos, hoc modo constituendos:

Σμικρὸς οὐ σμικρὸν καλύπτω τύμβος ἄνδρ', ἐπεὶ σοφῶν
Δῶρα Μουσέων μέγιστα, τῶν ὅδ' ἔξοχον λαχὼν
Ἁρποκρατίων πρὸς ἀστῶν τρὶς μάκαρ κλεΐζεται,
Οὕνεκ' ἦν ῥήτωρ μὲν εἰπεῖν, φιλόσοφος δ' ἃ χρὴ νοεῖν.

Quanquam idem fatebatur, vs. 2. aliquid superesse difficultatis *s*).

Satis, ni fallor, demonstravimus, Thucydidem ab Antiphonte esse eruditum. Sed antequam hinc discedamus, diligenter excutiendus est locus obscurus et difficilis Hermogenis *de Form. Orat.* p. 496. ubi alia omnia traduntur. Haud alienum fuerit, ipsum locum huc

s) Gallandus putat, Epitaphium esse *Harpocrationis*, cujus extat *Lexicon decem Rhetorum*. Sed cum tot fuerint Sophistae hoc nomine, quis dixerit, cui illorum hoc Epitaphium positum sit? Dubito etiam, an Harpocration Lexicographus, ortu Alexandrinus, Athenis docuerit, vel adeo diem obierit supremum. Constantinopolim vocatum esse, patet e Libanio *Ep.* 371. *P. Aelii Harpocrationis*, qui et *Proclus* dictus est, memoriam conservat lapis apud Muratorium *Inscript.* p. 138. 2. *S.*

referre: Δύο δὲ [Ἀντιφῶντες] οἱ σοφιστεύσαντες, ὧν εἰ μέν ἐστιν ὁ ῥήτωρ, οὗπερ οἱ φονικοὶ φέρονται λόγοι, κα δημηγορικοὶ, καὶ ὅσοι τούτοις ὅμοιοι· ἕτερος δὲ ὁ καὶ τε ρατοσκόπος, καὶ ὀνειροκρίτης λεγόμενος γενέσθαι, οὗπ. οἵ τε περὶ τῆς ἀληθείας λέγονται λόγοι, καὶ ὁ περὶ ὁμ νοίας, καὶ οἱ δημηγορικοὶ, καὶ ὁ πολιτικός. ἐγὼ δὲ ἔνε μὲν τοῦ διαφόρου τῶν ἐν τοῖς λόγοις τούτοις ἰδεῶν, πε θομαι δύο τοὺς Ἀντιφῶντας γενέσθαι· πολὺ γὰρ ὡς ὄντω τὸ παραλλάττον τῶν ἐπιγραφομένων τῆς ἀληθείας λόγο πρὸς τοὺς λοιπούς. ἕνεκα δὲ τοῦ καὶ παρὰ Πλάτωνι, κα παρ' ἄλλοις ἱστορουμένου, πάλιν οὐ πείθομαι. Θουκυδί δην γὰρ Ἀντιφῶντος εἶναι τοῦ Ῥαμνουσίου μαθητὴ ἀκούω πολλῶν λεγόντων. καὶ τὸν μὲν Ῥαμνούσιον εἰδ ἐκεῖνον, οὗπέρ εἰσιν οἱ φονικοὶ, τὸν Θουκυδίδην δὲ πολλ κεχωρισμένον, καὶ κεκοινωνηκότα τῷ εἴδει τῶν τῆς ἀλη θείας λόγων, πάλιν οὐ πείθομαι. οὐ μὴν ἀλλ', εἴτε εἷς Ἀντιφῶν ἐγένετο, δύο λόγων εἴδεσι τοσοῦτον ἀλλήλο διεστηκότων χρησάμενος, εἴτε καὶ δύο χωρὶς ἑκάτερος, μὲν τοῦτο, ὁ δὲ ἐκεῖνο μετελθὼν, ἀνάγκη χωρὶς πε ἑκατέρου διελθεῖν.

Subjiciamus huic loco Scholia inedita duorum Grammaticorum, Joannis Siceliotae, et Tzetzae, quorum illa Parisiis e Codice Camilli Falconeti, Viri Clarissim haec Leidae e Codice Bibliothecae publicae descripsit, humanissime mecum communicavit Cel. Ruhnkenius.

Τερατοσκόπος] ὀνείρους τε καὶ τέρατα πολλοῖς ἐφερ μηνεύων. ὁ τερατοσκόπος Ἀντιφῶν ἦν Ἀλεξάνδρου χρό νοις. ὁ Ἀντιφῶν δ', ᾧπερ Ῥαμνοῦς ἦν ἡ πατρὶς, ὡ λέγει, ἰσοχρονῶν ἦν Πλάτωνι, ἢ μόλις τῷ Σωκράτ εἴτεως ἦν διδάσκαλος, ὡς γράφει, Θουκυδίδου. ὕστερο Εὐριπίδου γὰρ Ἡρόδοτος ὑπῆρχε. οὐκ Ἡροδότου γράφο τος, παῖς ἦν ὁ Θουκυδίδης; ὁ δ' Εὐριπίδης συγχρονῶ ὑπῆρχε τῷ Σωκράτει. πῶς οὖν ὁ Πλάτων, ὥσπερ φησὶ Ἀντιφῶντα λέγει; πῶς καὶ ῥητόρων πρώτιστος ὁ Ἀντι

φῶν, ὡς εἶπε; οὐκ ἦν Λυσίας πρὸ αὐτοῦ, Γοργίας, Ἰσοκράτης; Tzetzes.

Θουκυδίδην] Σημείωσαι ὅτι ὁ Θουκυδίδης Ἀντιφῶντός ἐστι τοῦ Ῥαμνουσίου μαθητής· ἡ δὲ ἱστορία καὶ παρὰ τῷ Πλάτωνι. Jo. Siceliota.

Πολλῷ κεχωρισμένον] Τὸν Θουκυδίδην μὲν αὐτὸς ὁ Πλάτων, φησὶ, λέγει τοῦ Ἀντιφῶντος μαθητὴν εἶναι τοῦ Ῥαμνουσίου, οὗ Ἀντιφῶντος μέν εἰσιν οἱ φονικοὶ τῶν λόγων. ἐγὼ τὸν χαρακτῆρα δὲ τῶν Θουκυδίδου βλέπων, τοῖς λόγοις ἐξισούμενον τοῖς περὶ ἀληθείας, τοῦ Ἀντιφῶντος μαθητὴν κρίνω τὸν Θουκυδίδην, τοῦ ὅσπερ συγγεγράφηκε τοὺς ἀληθεῖς τοὺς λόγους. Tzetzes.

Κεκοινωνηκότα.] Τοῦτο λέγει, ὅτι ὁ μὲν Πλάτων φησὶ τὸν Θουκυδίδην Ἀντιφῶντος εἶναι τοῦ Ῥαμνουσίου μαθητὴν, οὗ εἰσιν οἱ φονικοί. ἐγὼ δ' οὐ πείθομαι κατανοῶν Θουκυδίδην οὐ χρώμενον τῷ εἴδει τῶν λόγων τῶν φονικῶν, ἀλλὰ τῷ εἴδει τῶν τῆς ἀληθείας, ὥστε μοι δοκεῖν τὸν Θουκυδίδην τοῦ ἑτέρου Ἀντιφῶντος εἶναι μαθητὴν τοῦ γράψαντος τοὺς περὶ ἀληθείας λόγους. Jo. Siceliota.

Περὶ ἑκατέρου διελθεῖν] Εἴτε δύο εἰσὶν Ἀντιφῶντες, καὶ τούτων ὁ ἕτερος μὲν τοὺς φονικοὺς, ἄτερος δὲ τοὺς περὶ ἀληθείας ἔγραψε, τοσοῦτον ἀλλήλων τῷ εἴδει διεστηκότας, εἴτε εἷς ἐστιν Ἀντιφῶν, διαφόροις εἴδεσι λόγων χρησάμενος, χρὴ περὶ τῶν ἑκατέρων τῶν βιβλίων τῶν χαρακτήρων διαλαβεῖν. Jo. Siceliota.

Jam videamus, quid boni afferat Hermogenes. Primum recte observat, duos fuisse Antiphontes, eloquentiae laude claros, alterum Rhamnusium, a quo profecti sint λόγοι φονικοὶ, καὶ δημηγορικοὶ, καὶ ὁ πολιτικός. alter prodigiorum et somniorum interpres, qui scripserit λόγους περὶ ἀληθείας, et περὶ ὁμονοίας. Sequimur enim in hoc loco enarrando certissimam emendationem Taylori *Lect. Lys. C.* VII, qua λόγους δημηγορικοὺς et λόγον πολιτικὸν Antiphonti Ὀνειροκρίτῃ aufert, redditque

vero auctori, Antiphonti Rhamnusio. Quid deinde di cere velit Hermogenes, facilius divinatur, quam clar intelligitur. Adeo locus obscurus est, et librariorur forte culpa depravatus. Mens ejus, ni fallimur, hae est: scire se, Platonem, aliosque plures scripsisse, Thu cydidem ab Antiphonte Rhamnusio esse eruditum, se eundem se scire, Thucydideum dicendi genus ab e quo usus sit Antiphon Rhamnusius, prorsus discrepar et propius accedere ad illud, quo scriptae sint Ant phontis, somniorum interpretis, orationes περὶ ἀληθείας non igitur alienum videri credere, Thucydidem Ant phontis Ὀνειροκρίτου disciplina fuisse institutum. Si certe Hermogenem uterque Scholiastes intellexit. Tam dem in medio relinquit, utrum unus fuerit Antiphon aliis in libris aliud dicendi genus secutus, an duo, quo rum alter λόγους φονικοὺς, alter λόγους περὶ ἀληθείας scripserit? Sic ille aestuat, et, quid certi statuat, non habet, facile, quid verum esset, reperturus, si veterum monimenta, quae tum supererant, consulere, quam con jecturis indulgere, maluisset. Nihil autem levius es Hermogenis conjecturis. Nam si verum est, quod Tzetz tradit, Antiphontem, somniorum interpretem, Alexan dri tempore vixisse, quî Thucydidis magister esse po tuit? Sed de hujus Antiphontis aetate infra disputabi tur. Praeterea fallacissimum est argumentum, quo Hermogenes ducit a stili discrepantia. Isocrates Theo pompum ad eloquentiam formavit, Demosthenem Isaeus. At quis Theopompum oratione similem dicat Isocrati aut Demosthenem Isaeo? Ut vultus hominum diver sunt, sic etiam ingenium, et, quae ex ingenio nascitur oratio. Sed taedet haec pluribus confutare.

Persequamur potius oratoria Antiphontis studia. E eo, quod supra demonstravimus, Antiphontem Thucy didi in eloquentia viam praeivisse, colligi potest, a

illo, Gorgiae exemplo, ludum rhetoricum Athenis esse apertum: idque diserte confirmat Plutarchus *de Gloria Atheniens.* p. 1350. *οὐ τοὺς ἐν ταῖς σχολαῖς τὰ μειράκια προδιδάσκοντας — τοὺς Ἰσοκράτους, καὶ Ἀντιφῶντας, καὶ Ἰσαίους.* Quem locum Jonsius *de Script. Hist. Phil.* p. 326. de alio Antiphonte accipit, quod Antiphon post Isocratem nominatur. Sed haec ratio non multum ponderis habet. Etenim veteres Scriptores saepe negligunt illam in citandis auctoribus chronologicam ἀκρίβειαν. *Anonymus Scriptor Rhetorices* p. 24. Isocrati postponit Empedoclem, qui tamen diu ante Isocratem vixit: *Αἱ δὲ τῆς ἑρμηνείας τοῦ λόγου τέσσαρες ἀρεταὶ — ὡς Ἰσοκράτει καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, Διονυσίῳ, Φιλοστράτῳ καὶ Ἰαμβλίχῳ δοκεῖ.* ubi Jo. Schefferus etiam miratur, Empedoclem Isocrati postponi. Verum non dissimulabo, mihi in hoc loco blandiri acutissimam Cel. Praesidis conjecturam, *Νεοκλεῖ* reponentis pro *Ἐμπεδοκλεῖ.* quamvis sciam e Quinctiliano III. 1. *Empedoclem primum movisse aliqua circa Rhetoricen. Neocles* rhetor laudatur a Scholiaste Hermogenis p. 362. et p. 365. Sed haec *ὡς ἐν παρόδῳ.* Cum igitur Antiphon juvenes eloquentiae studiosos praeceptis imbueret, non satis habuit, illos ore erudire, sed in illorum etiam gratiam *primus* quidem, ut auctores sunt Quinctilian. III. 1. Pseudo-Plutarchus et Photius, *Artem Rhetoricam composuit.* Hoc opus laudatur a Dionys. Halic. *Ep. ad Ammaeum.* p. 120. Ammonio v. *Σημεῖον,* Apsine *Art. Rhet.* p. 719. et forte, ut Jonsius *de Script. Hist. Phil.* p. 325. putat, a Galeno *praef. ad Gloss. Hippocrat.* Sed non est omittendus locus Pollucis VI. 143. ubi has ipsas *τέχνας ῥητορικὰς* laudans, adjicit: *δοκοῦσι δ' οὐ γνήσιαι.* Haud nobis constat, quas Pollux de hujus libri *γνησιότητι* dubitandi rationes habuerit: cumque liber interciderit, in neutram partem

liquido pronunciari potest. Verum Polluci non tantum opponimus scriptores modo laudatos, sed etiam *Grammaticum* MS. antiquitate et eruditione praestantem, qui penes Celeb. Ruhnkenium est, e Cod. Bibliothecae Sangermanensis descriptus. Is, ut voces locutionesque ab Atticistis temere proscriptas vindicet, hoc institutum tenet, ut illas, ostendat, ab optimis et veterrimis scriptoribus esse usurpatas. Cumque inter hos scriptores, qui omnes Menandrum aetate superant, Antiphontem etiam *ἐν τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ* referat, eo ipso satis indicat, se hunc librum veteris Antiphontis genuinum monimentum judicasse. Ex eodem Grammatico discimus, hanc *Artem* tribus libris constitisse. Quae inde excerpta afferuntur, haec sunt: *Ἀπαρασκεύαστον. Ἀντιφῶν γ ῥητορικῆς τέχνης.* Hinc plane confirmatur conjectura doctissimi Jungermanni, qua in *Polluce* l. c. pro vulgato *Ξενοφῶν* reponit *Ἀντιφῶν.* † *Ἀστοργία, Φιλοστοργία, Στοργή. Ἀντιφῶν ἐν β περὶ τῆς ῥητορικῆς τέχνης.* † *Ὀλιγοφιλίαν. Ἀντιφῶν γ.* ubi tertius *Artis Rhetoricae* liber intelligitur.

Nec tamen Antiphon omnem aetatem contrivit eloquentiae praeceptis tradendis, sed majora ausus, gravissimam oratoris personam suscepit, et magna cum laude sustinuit. Quinctilian. III. 1. *hunc omnium primum orationem scripsisse* dicit. Quod Ger. Jo. Vossius *de Rhètor. nat. et const.* p. 335. bene restringit ad orationes forenses, propterea quod Gorgias ante Antiphontem orationes scripsit. Et hoc modo Quinctiliani verba accipienda esse, ex aliis scriptoribus constat. Diodorus apud Clement. Alexandr. *Strom.* I. p. 365. *πρῶτον δικανικὸν λόγον εἰς ἔκδοσιν γραψάμενον Ἀντιφῶντα.* Photius: *συντάξαι δὲ αὐτὸν καὶ πρῶτόν, φάσι, τοὺς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀγωνιστικοὺς λόγους· τῶν γὰρ πρὸ αὐτοῦ οὐδεὶς φαίνεται καθεὶς ἑαυτὸν εἰς τοῦτον τὸν ἀγῶνα.*

οὐδ' ἐστὶ λαβεῖν δικανικὸν λόγον τῶν Ἀντιφῶντι πρότερον γεγραμμένων. Similia habet Pseudo-Plutarchus. Antiphon igitur merito suo ab Hermogene de *Form. Orat.* II. p. 498. appellatur εὑρετὴς καὶ ἀρχηγὸς τοῦ τύπου τοῦ πολιτικοῦ. Omnem vero eloquentiam suam Antiphon dicavit civibus, qui aut alios accusare, aut semet ipsos defendere pararent. Hi orationes, quas ab Antiphonte accepissent, ediscebant, et in judicio vel concione suo nomine recitabant. Semel tantum pro se ipso publice dixit, tanta vi eloquentiae, ut nemo unquam melius caussam suam orasse dicatur. Egregius est locus Thucydidis VIII. C. 68. p. 545. καὶ ἐς μὲν δῆμον οὐ παρῆν, οὐδ' ἐς ἄλλον ἀγῶνα ἑκούσιος οὐδένα, ἀλλ' ὑπόπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος, τοὺς μέντοι ἀγωνιζομένους, καὶ ἐν δικαστηρίῳ, καὶ ἐν δήμῳ πλεῖστα, εἷς ἀνὴρ ὅστις ξυμβουλεύσαιτο τι, δυνάμενος ὠφελεῖν. καὶ αὐτός τε, ἐπειδὴ τὰ τῶν τετρακοσίων ἐν ὑστέρῳ μεταπεσόντα ὑπὸ τοῦ δήμου ἐκακοῦτο, ἄριστα φαίνεται τῶν μέχρις ἐμοῦ ὑπὲρ αὐτῶν τούτων αἰτίας, ἃς ξυγκατέστησε θανάτου δίκην ἀπολογησάμενος. Ultima Thucydidis verba respexit Cicero *Bruto C.* 12. *quo* (Antiphonte) *neminem unquam melius ullam oravisse capitis caussam, cum se ipse defenderet, se audiente, locuples auctor scripsit Thucydides.* Primus vero Antiphon ab iis, quibus orationes scripsisset, mercedem exegit. Diodorus apud Clem. Alex. *Strom.* I. p. 365. καὶ μισθοῦ συνηγορῆσαι πρῶτον δικανικὸν λόγον etc. Ammian. Marcell. XXX. 4. *Antiphon ille Rhamnusius, quem ob defensum negotium omnium primum antiquitas prodidit accepisse mercedem.* Quae res, cum illis temporibus parum liberalis hominis esse videretur, Antiphonti avaritiae infamiam contraxit. Comici in primis, quorum tum summa erat licentia, hinc ejus reprehendendi ansam arripuerunt. Philostratus p. 499. κα-

θάπτεται δ' ἡ κωμῳδία τοῦ Ἀντιφῶντος, ὡς δεινοῦ τὰ δικανικὰ, καὶ λόγους κατὰ τοῦ δικαίου ξυγκειμένους ἀποδιδομένου πολλῶν χρημάτων, αὐτοῖς μάλιστα τοῖς κινδυνεύουσι. Platonem, veteris comoediae poëtam, hoc nomine Antiphontem perstrinxisse, docet Pseudo-Plutarchus: κεκωμῴδηται δὲ αὐτὸς φιλαργυρίαν ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Πεισάνδρῳ. Sic enim e Photio legendum pro σὺν Πεισάνδρῳ, quamvis contra Photius e Plutarcho emendandus videatur Oleario *ad Philostrat.* l. c. Vid. Taylor, *Lect. Lysiac. C.* VII. Antiqui Rhetores Antiphonti solas fere tribuunt orationes judiciales, quasi aliud genus non attigisset. Hermogenes tamen loco supra allato λόγους δημηγορικοὺς commemorat. Recte. Nam constat deliberativum etiam genus ab eo esse tractatum, sive ipse illas orationes ad populum habuerit, sive aliis, qui concionem habere vellent, scripserit. Tales fuerunt Πολιτικὸς, ὁ περὶ τοῦ Λινδίων φόρου, ὁ περὶ τοῦ Σαμοθρᾴκων φόρου, etc. quae orationes saepe commemorantur ab Harpocratione, aliisque Grammaticis. Praeter judiciales et deliberativas Antiphon etiam, Gorgiae exemplo, scripsit sophisticas. Philostratus p. 500. σοφιστὰς δὲ καὶ ἕτεροι μὲν, σοφιστικώτερος δὲ ὁ ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας. Atque huc pertinet locus Ciceronis *Bruto C.* 12. Nam cum Cicero ex Aristotele narrasset, Gorgiam peratos habuisse locos communes, cum singularum rerum laudes vituperationesque conscripsisset, addit, *hunc Antiphontem Rhamnusium similia quaedam habuisse conscripta.* Ad tales locos communes forte quis referat orationes undecim adhuc superstites, quae tametsi in forensi argumento versantur, tamen, quod nullum iudicium vel accusatoris, vel rei, vel temporis habent, nihil aliud sunt, nisi loci communes, quibus vel ipse Antiphon, vel alii in simili re uterentur.

Quid Antiquitas de Antiphontis in dicendo facul-

tate existimarit, satis ostendit tribuendo illi venerabili Nestoris,

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Vid. Philostrat. p. 498. Pseudo-Plutarchum et Photium *in ejus vita.* Ab eo etiam omnes clari in literis viri *παροιμιακῶς* appellati sunt Rhamnusii, ut Suidas refert v. *Ῥάμνος.* Thucydides, idonéus in primis judex, quam magnifice de ejus eloquentia senserit, ex eo loco, quem supra attulimus, apparet. De orationis compositione, qua usus est Antiphon, ita judicat Dionys. Halicarn. de *Compos. verb.* p. 9. *ἡ δὲ Θουκυδίδου λέξις, καὶ ἡ Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου καλῶς μὲν σύγκειται νὴ Δία, εἴπερ τινὲς καὶ ἄλλαι, οὐ μὴν ἡδέως γε πάνυ.* Idem in *Isaeo* p. 111. Antiphonti tribuit *τὸ αὐστηρὸν μόνον καὶ ἀρχαῖον,* addens pro solita sua in judicando acerbitate: *ἀγωνιστὴς δὲ λόγων οὔτε συμβουλευτικῶν, οὔτε δικανικῶν ἐστι.* Sed nos Thucydidi plus credimus, quam sexcentis Dionysiis. Haud mitius est judicium, quod idem Dionysius fert in *Demosthen.* p. 167. Ab Hermogene de *Form. Orat.* II. p. 497. Antiphon dicitur *πολιτικὸς μὲν καὶ κατὰ τὸ σαφὲς καὶ κατὰ τὸ ἀληθινὸν, καὶ ἄλλως ἠθικὸς, ὥστε καὶ πιθανὸς — μεγέθει χρώμενος οὐκ ὀλίγῳ, καλῶς δέ πως συνυφασμένῳ.* ubi plura sunt huc pertinentia, quae brevitatis caussa omitto. Philostratus p. 500. *λόγοι δ' αὐτοῦ δικανικοὶ μὲν πλείους, ἐν οἷς ἡ δεινότης, καὶ πᾶν τὸ ἐκ τῆς τέχνης ἔγκειται.* Sic enim legendum esse ex Cod Regio Paris. non *σύγκειται,* quod placuit *Oleario,* nos monuit Cel. Praeses. Adde his Libanium *Opp.* T. II. p. 480. Elegantissime de Antiphonte sententiam dixerunt Pseudo-Plutarchus et Photius, sive potius, quem illi ad verbum descripsisse videntur, Caecilius in *Commentario de Antiphonte: ἔστι δὲ ἐν τοῖς λόγοις ἀκριβὴς καὶ πι-*

φανὸς, καὶ δεινὸς περὶ τὴν εὕρεσιν, καὶ ἐν τοῖς ἀπόροις τεχνικὸς, καὶ ἐπιχειρῶν ἐξ ἀδήλου, καὶ ἐπὶ τοὺς νόμους, καὶ τὰ πάθη τρέπων τοὺς λόγους, τοῦ εὐπρεποῦς μάλιστα στοχαζόμενος. Quod judicium quin verum sit, et rei consentaneum, nemo, qui superstites Orationes legerit, dubitabit. Prope igitur adducor, ut credam, has orationes nunquam serio lectas esse a doctissimo et cetera accuratissimo viro, Jo. Jonsio, qui *de Script. Hist. Philos.* p. 325. magna confidentia scribit, Antiphontis, quae supersunt, orationes scholasticas esse atque fictas declamationes, et Antiphontis nil praeter nomen habere. Sed hicce error commodius a nobis Cap. III. profligabitur.

CAPUT SECUNDUM.

Jam Antiphontis aetate, ut quisque Athenis disertissimus erat, ita ad honores et munera reipublicae tractanda maxime evehebatur. Antiphon igitur, omnibus eloquentiae praesidiis instructus, non putavit, sibi domi desidendum, sed animum esse ad rempublicam appellendum. Plutarchus: δύναμιν λόγων κτησάμενος, ὥρμησε μὲν πολιτεύεσθαι. Magni ejus opera Atheniensibus fuit in Bello Peloponnesiaco. Nam et duabus triremibus praefectus, et exercitus Praetor saepe cum hoste conflixit, aliquot praeclaras victorias reportavit, et Atheniensibus belli socios adjunxit. Plutarchus: ὅτε μὲν δυσὶ τριηραρχῶν ναυσὶν, ὅτε δὲ στρατηγῶν, καὶ πολλαῖς μάχαις νικῶν, καὶ συμμαχίας μεγάλας αὐτοῖς προσαγόμενος. Philostrat. p. 498. ἐστρατήγησε πλεῖστα, ἐνίκησε πλεῖστα. Verum multo luculentius beneficium contulit in patriam, augens rem navalem sexaginta triremibus, quae viris armisque instructae essent. Philostratus *l. a.*

ἑξήκοντα τριήρεσι πεπληρωμέναις ηὔξησεν Ἀθηναίοις τὸ ναυτικόν. Plutarchus: καὶ τοὺς ἀκμάζοντας ὁπλίζων, καὶ τριήρεις πληρῶν ἑξήκοντα. Quae si vera sint, regiae atque immensae homini opes fuerint necesse est, quas quavis potius ratione compararit, quam orationibus aliorum nomine scribendis. Videri possit Xenophon *Hellen.* II. p. 467. quod modo ex Plutarcho et Philostrato retulimus, in dubitationem adducere. Nam duas tantum triremes ab Antiphonte suppeditatas dicit. Sed Xenophonti de alio Antiphonte, minus potente et illustri, sermonem esse, infra osténdemus. Forte etiam Antiphon patriae suae Archon fuit, annumque suo nomine signavit. Certe Diodorus Sicul. XII. p. 534. ἄρχοντα ἐπώνυμον Olymp. XC. 3. ponit Antiphontem, quem Rhamnusium fuisse, et aetas, et alii summi, quos gessit, honores probabile reddunt.

Sed operae pretium est videre, qualem se Antiphon in republica administranda gesserit. Eloquentia ipsi viam ad honores patefactam esse ostendimus; sed illa ipsa Eloquentia, qua animos hominum in quascunque partes flectere poterat, illum populo reddidit suspectum. Quod sentiens Antiphon, nunquam velut in scenam prodiit, sed post siparium latuit, enixe adjuvans, qui consilium suum in republica gubernanda expetiissent. Thucydides loco egregio, quem saepe laudavimus: καὶ ἐς μὲν δῆμον οὐ παριὼν, οὐδ' ἐς ἄλλον ἀγῶνα ἑκούσιος οὐδένα, ἀλλ' ὑπόπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος, τοὺς μέντοι ἀγωνιζομένους, καὶ ἐν δικαστηρίῳ καὶ ἐν δήμῳ πλεῖστα εἷς ἀνὴρ, ὅστις ξυμβουλεύσαιτό τι, δυνάμενος ὠφελεῖν. Adde Plutarch. *Nicia* p. 526. et Philostr. p. 499. Ad Antiphontem potissimum, tanquam auctorem, refertur insignis illa Reipublicae Atheniensis commutatio, qua, pristina Magistratuum ratione antiquata, summa omnium rerum po-

testas translata est ad Quadringentos viros. Quae publici status mutatio ut rectius intelligatur, illorum temporum historiam paulo altius repetamus.

Belli Peloponnesiaci anno XVII. Olymp. XCI. 1. Athenienses, suadente Alcibiade, frustra obnitente Nicia, Syracusanis bellum intulerunt, et ad id gerendum ducem Alcibiadem delegerunt. Sed antequam classis altum peteret, accidit, ut omnes Hermae vel Mercurii statuae una nocte dejicerentur. Quae res quod ex conjuratione ad populi libertatem opprimendam inita extitisse videbatur, ingentem Atheniensibus terrorem incussit. Dux conjurationis Alcibiades plerorumque oculis notabatur, qui tum reliquos cives opibus, gratia, multitudine amicorum et clientium anteibat. Vix ille classe in Siciliam pervenerat, cum inimici eum hoc crimine apud populum compellantes perficiunt, ut domum ad caussam dicendam revocetur. Alcibiades populi mandato parens, Athenas contendit. Sed cum in itinere audivisset, se indicta caussa capitis esse damnatum, bonis publicatis, Lacedaemona demigravit. Cum vero Lacedaemoniorum constantiae non satis conveniret versatile Alcibiadis ingenium, eique privatae simultates intercederent cum Agide, Lacedaemoniorum Rege, non satis tutum hoc perfugium ratus, ad Tissaphernem, praefectum Regis Persarum, se contulit, et callide ei persuasit, non expedire Regi, Lacedaemoniorum opes nimis crescere, ne confecto bello statim cum victoribus certamen sit suscipiendum.

Alcibiades, hac opera civibus suis venditata, cum Pisandro, Praetore Atheniensium apud Samum, qui sicut ipse optimatibus favebat, consilium de reditu in patriam agitare coepit, offerens liberaliter tum Regis Persarum amicitiam, tum operam suam, hac conditione, ut imperium a populo ad Optimates transferretur. Hoc

biadis consilium a Pisandro primum cum Samiis,
: cum Atheniensibus, qui Sami versabantur, com-
ıicatum est, et parum abfuit, quin, adjuvantibus
l Athenis etiam primi ordinis viris, feliciter cede-
Sed huic Alcibiadis conatui intercessit Phrynichus,
: Atheniensium exercitus, callide intelligens, Alci-
li non magis paucorum dominatum curae esse, quam
ıum popularem, sed id tantum quaeri, (quod postea
ıtus comprobavit) ut ipse, discordia inter civitatis
lines sparsa, ab ulterutra parte in auxilium vocetur.
ıgum esset enarrare, quae impedimenta Phrynichus
ibiadis consilio objecerit. Tandem Pisander aliique
ati Athenas veniunt, populo persuasuri, ut Alcibia-
in patriam revocetur, et, mutata antiqua regendi
ma, respublica quadringentis committatur: quod si
erent, eos Persarum Regem belli socium habituros,
ı minus, ne ipsam quidem salutem eos servaturam.
c necessitate populus compulsus, in Pisandri et reli-
orum legatorum sententiam concedit, et Democratiam
igarchia commutat. Constituuntur Decemviri rei-
blicae ordinandae cum summa potestate, qui certa
: ad populum referant, quae optima sit ratio Rei-
blicae administrandae. Hi, ubi dies advenit, popu-
n rogant, ut cuivis Atheniensium sententiam, quam-
ıque velit, dicere impune sit. Qua dicendi libertate
ıcessa, omnes censuerunt, antiquos Magistratus esse
licandos: simul quinque concionis Praesides delege-
ıt, a quibus rursus centum alii viri deligerentur,
orum singuli sibi tres alios cooptarent, hi denique
ıadringenti rempublicam cum summa potestate admi-
ıtrarent. In hac historia enarranda potissimum secuti
mus Historicorum principem, Thucydidem *L.* VIII.
i jungendi sunt Nepos et Plutarchus in *Alcibiade*,
odor. Sicul. *L.* XIII. et Justinus *L.* V. Talis ac tan-

tae conversionis praecipuus architectus fuit Antiphon, ut supra diximus, sed latitans more suo, et consiliis monitisque instruens Pisandrum, aliosque pristini status eversores. Thucydides: *ὁ μέντοι ἅπαν τὸ πρᾶγμα ξυνθεὶς, ὅτῳ τρόπῳ κατέστη εἰς τοῦτο, καὶ ἐκ πλείστου ἐπιμεληθεὶς, Ἀντιφῶν ἦν* etc. Philostrat. *κατέλυσε τὴν δημοκρατίαν, ἐδούλωσε τὸν Ἀθηναίων δῆμον.* Pseudo-Plutarchus: *καὶ παρατέτακεν ἕως καταλύσεως τῆς δημοκρατίας ὑπὸ τῶν τετρακοσίων γενομένης, ἣν αὐτὸς δοκεῖ συγκατασκευάσαι.* Photius: *παρέτεινε δὲ τὸν βίον ἕως τῆς ὑπὸ τῶν ὑ γενομένης καταλύσεως, ἧς καὶ αὐτὸν αἰτίαν μετεσχηκέναι φασὶ παρασχεῖν.* quae Photii verba, a librariis turbata, sic in ordinem cogas: *ἧς καὶ αὐτὸν μετεσχηκέναι, καὶ αἰτίαν φασὶ παρασχεῖν.* Huc etiam pertinet locus Libanii *Apologia Socratis* p. 651. ubi licet Antiphontis nomen reticeatur, satis tamen patet, non alium intelligi, nisi Antiphontem: *ἀλλ' οὐκ ἔδειξεν αὐτὸν ἐν μέσῳ, λάθρα δὲ τὸ πρᾶγμα συνέθηκεν, ὡς ὄχλος μὲν οὐκ εἰωθὼς χρῆσθαι, τῶν δ' αὐτῶν ἐκείνοις ἐπιθυμῶν. ἑτέρου ταῦτα ἦν τοῦ καὶ τῶν τετρακοσίων ἑνὸς, καὶ λόγον ὕστερον, ὧν ἔδοξεν ἀδικεῖν, δεδωκότος.* Sic locum ille scribendus est, in quo manifesta apparent vestigia imitationis loci Thucydidei de Antiphonte.

In hunc Quadringentorum numerum populus allegit tum ipsum Antiphontem, tum Phrynichum et Theramenem *t*), amicitia et usu Antiphonti conjunctos, se-

---

t) Theramenis Historia, propter diversa et pugnantia inter veterum scriptorum de eo judicia, commodam Academicae excitationi materiem praebere posset. Obiter *Theramenis* nomen restituamus Libanio *Apolog. Socrat. pag. 651.* *ἔστιν οὖν εἰπεῖν ὅτι μετέσχεν ἀνὴρ τῆς τῶν τετρακοσίων ὀλιγαρχίας, τῶν τριάκοντα παρανομίας; τὸν Πείσανδρον ἐμιμήσατο, μετὰ Ῥαμένους ἐξήτασται, τῷ Φρυνίχῳ ταὐτὸ ποιῶν ὤφθη;* Li-

inter quos brevi gravissima discidia extiterunt. Quadringenti in duas factiones discesserant, quarum altera, duce Theramene, impense favebat Alcibiadi, altera, cujus caput cum Phrynicho erat Antiphon, omnibus modis, ne Alcibiades revocaretur, impediebat, facile videns, eo recepto, rempublicam ad popularem statum redituram. Quum vero altera factio superior esse coepisset, nec res aliter teneri posset, Antiphon, Phrynichus, aliique decem, tanquam factionis suae legati, ad ipsos Atheniensium acerbissimos hostes, Lacedaemonios profecti sunt, ut pacem quibuscunque conditionibus facerent. Simul eorum consilio Eetionea munita est, qua hostium classem pedestremque exercitum, quando et

---

gendum *Θηραμένους*. Theramenes vulgo *Cothurnus* dictus est, quod in civium factionibus ancipitem se gerebat, et utrique parti gratus esse studebat, sicut *cothurnus* aptus est utrique pedi. Critias in oratione adversus Theramenem apud Xenophont. *Hellen.* II. p. 465. *ὅθεν δήπου γὰρ καὶ Κόθορνος ἐπικαλεῖται. καὶ γὰρ ὁ κόθορνος ἁρμόττειν μὲν τοῖς ποδὶν ἀμφοτέροις δοκεῖ.* Mihi Celeb. Ruhnkenius rectissime expungit verba, *καὶ γὰρ ὁ κόθορνος ἁρ. μ. τ. π. α. δ.* tanquam Grammatici marginale glossema *); quamvis illa in libro suo invenerit Scholiast. Aristoph. ad *Ran.* vs. 47. Pollux VII. 91. *ὁ δὲ κόθορνος, ἑκάτερος ἀμφοῖν τοῖν ποδοῖν. ὅθεν καὶ τὸν Θηραμένην Κόθορνον ἐκάλουν, διὰ τὸν περὶ τὴν πολιτείαν ἀμφοτεριδμόν.* Vide exiguum virum, L. Kusterum ad Suid. v. *Θηραμένης*. *S.*

*) „Vide Wyttenbach ad Xenoph. inter Select. Princ. Hist. Gr. p. 403. Mihi liceat Plutarchi locum de Theramene laudare levi negotio reformandum: *Θηραμένης εἰς δυσγένειαν ὡς ξένος Ἐκ Κίω λελοιδόρηται,* — Vit. Niciae, p. 382. ed. Froben. cf. Aristoph. Ran. 970.“ Kidd. in Ind. — Ceterum prodiit nuper docti Juvenis G. A. Schneitheri Specimen Historico-Criticum Inaug. de Theramene Agnonis filio Atheniensi, Lugduni-Bat. 1821. quo huic Ruhnkenii, et Wyttenbachii quoque l. c. p. 406, desiderio magnam partem satisfactum est. *B.*

quoties vellent, recipere possent. Sed legati re infecta Athenas reversi sunt, et nihil aliud hac legatione, quam sibi exitium maturarunt. Vix reversus Phrynichus ex insidiis periit in frequenti foro, percussore ejus impune evadente. Qua re animus crevit adversae factioni, ejusque principi, Therameni. Fit deinde maxima rerum commutatio. Nam, dissoluto Quadringentorum imperio, respublica quinque millibus administranda traditur. Alcibiades denique in patriam revocatur. Vid. Thucyd. VIII. 90. seqq. Haec gesta sunt Olymp. XCII. 2. Praetore Theopompo. Eodem anno inimici Antiphontem in jus vocarunt, ubi non indicta caussa condemnatus est, ut gravissimo errore scribit Pseudo-Plutarchus, sed caussam dicere coactus, tum primum publice dixit tanta vi eloquentiae, ut Thucydides illum optime omnium ad suam usque memoriam, capitis caussam dixisse fateatur. Accusatus est, Thucydide teste, quod paucorum dominatum constituisset: *καὶ αὐτός τε ἐπειδὴ τῶν τετρακοσίων ἐν ὑστέρῳ μεταπεσόντα ὑπὸ τοῦ δήμου ἐκακοῦτο, ἄριστα φαίνεται τῶν μέχρις ἐμοῦ ὑπὲρ αὐτῶν τούτων αἰτίας, ὡς ξυγκατέστησε, θανάτου δίκην ἀπολογησάμενος.* In ipsa vero publica condemnationis formula, quam ex Caecilio, magno hujus historiae bono, conservavit Plutarchus, damnatus dicitur, quod exitio reipublicae legatus ad Lacedaemonios profectus esset, et castris navi hostili abiisset, et per Deceleam iter terrestre fecisset, atque adeo patriam suam prodidisset. Poena ipsi longe atrocissima constituta est, ut undecim viris traderetur, bona ejus publicarentur, aedes solo aequarentur, titulo aedium in area posito, ANTIPHONTIS PRODITORIS, ut neque Athenis neque in terra Attica sepeliretur, ut non modo ipse infamis esset, sed omnes etiam ex eo nati, sive legitimi essent, sive spurii, ut infamia quoque notaretur, qui quem postero-

rum Antiphontis adoptaret. De poenae genere nihil habet Thucydides, forte rem adeo atrocem de industria silentio praetermittens, ut magistro bene de se merito gratificaretur. Quae probabilis est conjectura Marcellini *in vita Thucyd.* p. 4. *ὅτι δὲ μετὰ τὸν θάνατον τιμωρούμενοι τὸν Ἀντιφῶντα οἱ Ἀθηναῖοι ἔρριψαν ἔξω τῆς πόλεως τὸ σῶμα, σεσιώπηκεν, ὡς διδασκάλῳ χαριζόμενος.* ubi sequentia verba, tanquam inutile additamentum, resecanda: *λέγεται γὰρ ὡς ἔρριψαν αὐτοῦ τὸ σῶμα οἱ Ἀθηναῖοι ὡς αἰτίου τῆς μεταβολῆς τῆς δημοκρατίας.* Oratio, qua se defendit Antiphon, dicitur *περὶ μεταστάσεως*, i. e. *de mutatione status popularis in oligarchiam Quadringentorum virorum.* Harpocration v. *Στασιώτης.* *Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ μεταστάσεως· περὶ τοίνυν, ὧν Ἀπόληξις κατηγόρηκεν, ὁ στατιώτης ἦν ἐγώ, καὶ ὁ πάππος ὁ ἐμὸς* etc. ubi H. Valesius, Vir magnus, corrigit *ᾧ* vel *οὗ στασιώτης ἦν ἐγώ.* Malim, *ὅτι στασιώτης ἂν ἦν ἐγώ* u).

Sed antequam hinc discedamus, excutienda sunt quaedam veterum scriptorum loca, quae hactenus disputatis non satis convenire videantur. Pseudo-Plutarchus ex Lysiae oratione deperdita, et Theopompo refert, Antiphontem sub triginta Tyrannis, qui Olymp. XCIV. 2. constituti sunt, capitis damnatum esse. Si Lysiae illa oratio, et Theopompi historia extaret, certius hac de re judicari posset. Lysias quidem in *oratione*, quae superest, *adv. Eratosth.* p. 216. Antiphontem, narrat, a populo, post libertatem recuperatam, condemnatum esse, adeoque nihil dicit, quod Thucydidi, et Monumento publico, supra a nobis laudato, cujus summa debet esse auctoritas, adversetur. Anti-

---

u) Legendum ex MSS. Reg. et Coll. S. S. Trin. Cantab. ΩΣ στασιώτης —. KIDD. *B.*

phon igitur, qui sub triginta tyrannis periit, divers fuit ab Antiphonte Rhamnusio: quod et ipsum Plutarc commode in mentem venit. Adjiciamus ejus verba pulcerrima emendatione Taylori *Lection. Lysiac.* c. V. *ἀλλ' οὗτός γε ἂν εἴη ἕτερος, Λυσιδωνίδου πατρὸς, οὗ Κρ τῖνος ἐν Πυτίνῃ ὡς πονηροῦ μνημονεύει.* Verum, quid dissimulemus, Theramenes etiam apud Xenopho *Hellen.* II. p. 467. Antiphontis condemnationem man feste tribuit triginta Tyrannis: *ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀντιφῶ τος ὑφ' ὑμῶν ἀπολλυμένου, ὃς ἐν τῷ πολέμῳ δύο τρι ρεις εὖ πλεούσας παρείχετο, ἐπιστάμην ὅτι καὶ οἱ πρόθ μοι τῇ πόλει γεγενημένοι πάντες ὑπόπτως ὑμῖν ἔξοι* Qui locus cum Thucydide, et Monumento publico ap Plutarchum, conciliari non potest, nisi forte dicam Theramenem propterea Antiphontis exitium triginta T rannis imputasse, quod plures in eorum numero esse qui ante constitutum Trigintaviratum Antiphontem perniciem impulissent. At haec de Antiphontis mor querela cuivis potius convenisset, quam Theramen, quem unum Lysias *Orat. adv. Eratosthen.* p. 21 conjicit crimen Antiphontis interfecti: *βουλόμενος δὲ τ ὑμετέρῳ πλήθει δοκεῖν πιστὸς εἶναι, Ἀντιφῶντα κ Ἀρχεπτόλεμον φιλτάτους ὄντας αὐτῷ κατηγορῶν ἀπέκτε νεν.* Cui dubitationi forte quis ita occurrat, ut dica Theramenem, cum idem sibi, quod Antiphonti ante supplicium impenderet, vel poenitentiam agere coepiss quod veterem amicum perdidisset, vel crimen a transferre voluisse in triginta Tyrannos. Sed fatem animum magis in hanc partem inclinare, ut statuam Xenophontem non de Antiphonte Rhamnusio loqui, s de alio, Lysidonidis filio, quem Lysias in oratione d perdita, et Theopompus dicunt sub triginta Tyran periisse.

Hactenus de vita, rebus gestis, et morte Antipho

tis; quibus speramus satisfactum esse Tayloro V. Cl. in *vita Lysiae* p. 39. dubitanti, an Antiphon e collegio CCCC Virorum idem fuerit, qui Antiphon Orator.

CAPUT TERTIUM.

Sequitur, ut de ingenii monumentis, quibus Antiphon nomen suum posteritati commendavit, breviter dicamus. Sed hic nobis fere otium fecerunt Viri literariae historiae peritissimi, Jo. Meursius in *Biblioth. Attica*, *T.* X. *Thes. Ant. Gr.* p. 1422. Jo. Jonsius libro saepius laudato, et Jo. Alb. Fabricius *Bibl. Gr. L.* II. *C.* 26. p. 837. Attingamus igitur ea tantum, quae a viris egregiis vel perperam dicta sint, vel praetermissa. De Antiphontis *τέχνη ῥητορικῇ* supra diximus, quae repetere non est necesse. Orationes ejus sexaginta olim extiterunt, e quibus Caecilius, Rhetor, viginti quinque velut subdititias familia submovit. Photius et Plutarchus: *φέρονται δὲ αὐτοῦ λόγοι ἑξήκοντα, ὧν ὁ Καικίλιος εἴκοσι καὶ πέντε φησὶν αὐτοῦ καταψεύδεσθαι, ὡς ὄντας τοὺς διαφυγόντας τὸ νόθον, πέντε καὶ τριάκοντα.* Sed ex his paucae tantum commune bonorum librorum naufragium evaserunt: reliquarum vix tituli salvi ad nos pervenerunt. Atque hic, quod supra promisimus, a nobis praestandum est, ut velut per inductionem demonstremus, Jo. Jonsium Orationes, quae supersunt, temere et inconsulte pro declamationibus a scholastico homine confictis habuisse. Ex *Orat.* IV. p. 41. *ἀπελογήθη* citat Pollux II. 119. Ex eadem *Orat.* p. 44. locum laudat Ammonius v. *Ἐνθύμημα.* Quae in *Orat.* V. p. 50. leguntur, *τὸν ἀναίτιον καταλαβόντας, τὸν αἴτιον ἀφεῖναι*, affert Suidas v. *Καταλαβεῖν*, qui hinc corrigendus. Ex *Or.* X. p. 71. vocem *γηραιὸς* excerpsit

Pollux II. 13. Ex eadem *Orat.* p. 72. idem VIII. 21. habet vocem *ἐπιτίμιον.* Nobilissimam Orationem *de caede Herodis* bis nominatim citat Harpocration v. *Διεπείνοντο*, et v. *Φροῦδος.* Uterque locus extat p. 103 *et* 111. Ex eadem oratione, quamvis haud nominata Pollux III. 138. excerpsit vocem *αἰτίασις*, quae est p. 101. et IX. 13. verbum *χωροφιλεῖν*, quod occurrit p. 126. Orationem *de Choreuta* laudat Harpocration v. *Διδάσκαλος.* Locus, quem inde affert, extat p. 143. Sed idem ex eadem Oratione citat *Διϊπόλια*, quae ibi non comparent. Videtur ergo Harpocration, memoriae lapsus, Orationem *de Choreuta* pro quinta, in qua p. 49. *Διϊπόλια* occurrunt, laudasse. Eat nunc Jonsius, et spurias ineptasque judicet Orationes, quas ipsi antiqui Grammatici, quorum spectata est eruditio, Harpocration, Pollux, Ammonius, Suidas, non modo ut genuinas probarunt, verum etiam tanquam Attici sermonis normam adhibuerunt. Haec sufficiant ad vindicandam *γνησιότητα Orationum de caede*, vel *λόγων φονικῶν*, quas nobis solas reliquas fecit temporis injuria.

Inter Orationes deperditas, teste Pseudo-Plutarcho, prae aliis laudem tulit *ὁ πρὸς Ἐρασίστρατον περὶ ΤΩΝ ΙΔΕΩΝ.* Bona fide vertitur, *de generibus vel formis dicendi.* Ridiculum sane orationis argumentum, quale ne ineptus quidem posterioris aetatis Sophista ad populum explicare sustinuisset. Vidit absurdum, quod in hoc titulo est, (et quis non videat?) Jo. Jac. Reiskius *Animadv. in Plutarch.* p. 490. Verum, ut est infelicissimus conjector, hic quoque, *περὶ τῶν ἐλαιῶν, de oleis*, legens, aberravit. Vide, quanto felicius Celeberrimus Ruhnkenius restituerit, *ὁ πρὸς Ἐρασίστρατον περὶ ΤΩΝ ΤΑΩΝ*, *oratio adversus Erasistratum de Pavonibus.* Subjiciamus veterum scriptorum loca, quae palmariam emendationem omni dubio liberent. Athe

naeus XII. p. 397. *Ἀντιφῶντι δὲ τῷ ῥήτορι λόγος μὲν γέγραπται, ἔχων ἐπίγραμμα περὶ Ταῶν.* ubi plura laudat ex hac oratione. Aelianus *Histor. Animal.* V. 21. *ἐτιμῶντο δὲ τὸν (ταῶν) ἀῤῥένα, καὶ τὴν θῆλυν δραχμῶν χιλίων, ὡς Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρὸς Ἐρασίστρατον λόγῳ φησί.* Harpocration: *Εὐοφθάλμως, ἀντὶ τοῦ εὐπρεπῶς. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ Ταόνων.* Idem alibi: *Πυριλαμπής. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τῶν Ταῶν.* Eustathius ad *Iliad.* B. p. 346. Athenaeum, ut solet, describens: *Ἀντιφῶν μὲν γὰρ, φασὶν, ὁ ῥήτωρ δισυλλάβως κλίνει, λόγον γράψας, ἐπίγραμμα ἔχοντα περὶ Ταῶν.* Forte hicce Antiphontis *Pavo* occasionem dedit Luperco Berytio, Grammatico, scribendi libelli *περὶ τοῦ παρὰ Πλάτωνι ἀλεκτρυόνος.* Vide Suidam v. *Λούπερκος.*

Scripsit etiam Antiphon *Ἀλκιβιάδου λοιδορίας*, laudatas a vero Plutarcho *Alcibiade* p. 192. F. *ἐν δὲ ταῖς Ἀντιφῶντος λοιδορίαις γέγραπται, ὅτι παῖς ὢν ἐκ τῆς οἰκίας ἀπέδρα πρὸς Δημοκράτη, τινὰ τῶν ἐραστῶν.* Hanc quoque orationem Jonsius p. 325. in scholis Sophistarum, vel ab alio quodam Alcibiadis inimico potius, quam ab Antiphonte Rhamnusio, scriptam judicat. Quae conjectura non minus vana est, quam illa de Orationum superstitum *νοθείᾳ*, paulo ante a nobis confutata. Nam quid potest esse magis verisimile, quam Alcibiadem, aequalem Antiphontis, et Quadringentis, quorum princeps erat Antiphon, infensissimum, ab Antiphonte oratione acerba esse laceratum? Atqui, quod Plutarchus scribit, planissime confirmat Athenaeus *L.* XII. p. 525. B. elegans ex illa Oratione afferens fragmentum: *περὶ δὲ τῶν Ἀβυδηνῶν Ἀντιφῶν ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδου λοιδορίας οὕτως. ἐπειδὴ ἐδοκιμάσθης ὑπὸ τῶν ἐπιτρόπων, παραλαβὼν παρ' αὐτῶν τὰ σαυτοῦ χρήματα, ᾤχου ἀποπλέων εἰς Ἄβυδον, οὔτε χρέος ἴδιον σαυτοῦ πραξόμενος οὐδὲν, οὐδὲ προξενίας οὐδεμιᾶς ἕνεκεν. ἀλλὰ τῇ σαυτοῦ παρανο-*

μία καὶ ἀκολασία τῆς γνώμης ὁμοίους ἔργων τρόπους μαθησόμενος παρὰ τῶν ἐν Ἀβύδῳ γυναικῶν, ὅπως ἐν τῷ ἐπιλοίπῳ βίῳ σαυτοῦ ἔχῃς χρῆσθαι αὐτοῖς. ubi Celeb. Ruhnkenius pro παρανομία legere malit παροινία· quae vox centies jungitur cum ἀκολασία. Pertinet ad hanc emendationem stabiliendam locus Plutarchi *Alcibiad.* p. 211. D. ὅπως αὐτὸς ἐπ' ἀδείας χρηματίζηται περιπλέων, καὶ ἀκολασταίνῃ μεθυσκόμενος καὶ συνὼν ἑταίραις Ἀβυδηναῖς, καὶ Ἰωνίσιν. Titulos orationum Antiphontiarum, a viris eruditis collectos, augere licet e Grammaticis ineditis, qui sunt penes Celeb. Praesidem. *Antiatticista MS.* Ἀναδέξαι, οἷον ἐγγυῆσαι. Ἀντιφῶν πρὸς Πολύευκτον. Δεινόλοχος Ἀλθαίᾳ. *Lexicon Sangerm. MS.* Ἀθήναζε. — καὶ τὸ παρὰ Ἀντιφῶντι δὲ ἐν τῷ περὶ ἀνδραποδισμοῦ λόγῳ ἐπίστασιν ἔχει ὡς ἡμαρτημένον τὴν σύνταξιν. γράφει δὲ οὕτως· ἐπειδὴ γὰρ ἀπῴκεις τὴν Ἀθήναζε, καὶ ἀπηλλάγην τῆς κληρουχίας. In iisdem Grammaticis alia etiam Antiphontis fragmenta reperiuntur. *Lex. Sangerm. MS.* Ἀδυναμία ἐρεῖς, ὡς Δημοσθένης, καὶ ἀδυνασία, ὡς Ἀντιφῶν, καὶ Θουκυδίδης, καὶ ἀδυνατία, ὡς Δεινόλοχος. † Ἀκόλουθα, Ἀντιφῶν τὰ ἑπόμενα καὶ σύμφωνα. † Ἀποδικεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀπολογεῖσθαι. οὕτως Ἀντιφῶν. Ultima glossa etiam est apud Suidam, ubi pro Ἀντιφῶν male legitur Ἀντιφάνης, quamvis cum Suida conveniat Eudemus *Lex. Rhetor. MS.* quod Celeb. Praeses Parisiis evolvit. De horum nominum permutatione *Cap.* IV. nonnulla dicemus. *Lexicon Reg. MS.* Τρίτην ἡμέραν χρὴ λέγειν, οὐχὶ τρεῖς ἡμέρας. Ξενοφῶν· καὶ τρίτην ἡμέραν αὐτὸ τοῦτ' ἔπραττον. Μένανδρος. ἡμέραν τρίτην ἐπεκώμασεν ἡμῖν. Ἀντιφῶν· x) ἐχθὲς μετὰ πέντ' ἔπινον, ἡμέραν τρίτην μεθ' ἑπτά. Ἀπ-

x) Legendum ex ipsius Ruhnkenii sententia Ἀντιφάνης, comicus, cujus versus sic disponantur:

tiatticista MS. *Ἀπειθαρχία.* *Ἀντιφῶν πολικῶν.* Corrigendum videtur *πολιτικῷ*, ut ejus *λόγος πολιτικὸς* intelligatur.

CAPUT QUARTUM.

Plures Antiphontes clarum in literis nomen habuerunt; ex quibus duo inprimis ipsorum veterum negligentia, dicam, an inscitia, cum Antiphonte Rhamnusio saepe confudit. Nos breviter de illis disputemus, omissis, quae Jonsius, Fabricius, et Cl. Taylorus *Lect. Lysiac.* C. VII. occuparunt, et, qui secernendi sint, accurate secernamus.

I. Antiphon *τερατοσκόπος*, sive *haruspex*, quem ab Oratore bene distinguit Hermogenes *de Form. Orat.* II. p. 497. Rectissime etiam Suidas: *Ἀντιφῶν, Ἀθηναῖος, τερατοσκόπος, καὶ ἐποποιὸς, καὶ σοφιστής. ἐκαλεῖτο δὲ λογομάγειρος.* Idem ex alio auctore: *Ἀντιφῶν, Ἀθηναῖος, ὀνειροκρίτης. περὶ κρίσεως ὀνείρων ἔγραψε.* Tzetzes *Scholio MS.* quod supra dedimus, eum scribit Alexandri tempore vixisse. Sed multum fallitur. Vixit enim tempore Socratis, et invidus divini viri obtrectator, discipulos ab eo avertere tentavit. Diogenes Laert. II. 46. ex *Aristotele*: *Σωκράτει τις, καθ' ἃ φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τρίτῳ περὶ Ποιητικῆς, ἐφιλονείκει Ἀντίλοχος Λήμνιος, καὶ Ἀντιφῶν ὁ τερατοσκόπος.* ubi vid. Menagium. Socratis cum hoc Antiphonte contentionem copiose et eleganter explicat Xenophon *Memorab.* I. 6. Sed Plutarchus et Photius, quadrata rotundis miscere

---

Ἐχθὲς μετὰ πέντ' ἔπινον, ἡμέραν τρίτην
Μεθ' ἑπτά.

judice Koppiersio Obss. Philol. p. 6. *B.*

soliti, haec non de Antiphonte *Onirocritico*, sed de *Rhamnusio* accipiunt. Plutarchi verba haec sunt: *διατριβὴν δὲ συνέστησε, καὶ Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ διεφέρετο τὴν ὑπὲρ τῶν λόγων διαφορὰν, οὐ φιλονείκως, ἀλλ' ἐλεγκτικῶς, ὡς Ξενοφῶν ἱστόρηκεν ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασιν.* Frontem perfricuisse hominem dicas, qui tale quid a Xenophonte scriptum affirmare audeat. Nam Xenophon inducit Antiphontem cum Socrate disputantem, non ut virum probum, et veri investigandi studiosum, sed ut improbum cavillatorem. Veniebat in mentem, forte Plutarcho succurri posse, transponendis ejus verbis: *οὐκ ἐλεγκτικῶς, ἀλλὰ φιλονείκως.* Sed hanc medicinam faciendam esse negat ejusdem erroris socius, Photius: *διενεχθῆναι δὲ φασὶν αὐτὸν καὶ Σωκράτῃ τῷ φιλοσόφῳ, οὐ πρὸς φιλονεικίαν, ἀλλὰ πρὸς ἔλεγχον ὁρῶντα.* Habeant igitur secum errores suos, serventque sepulcro. Ipse vero Xenophon satis indicat, illam disputationem non cum Antiphonte *Rhamnusio* institutam fuisse, sed cum Antiphonte *Onirocritico*, appellans eum *σοφιστὴν*, qui titulus huic Antiphonti tribui solet, non *Rhamnusio* oratori. Sed omnem controversiam dirimit gravissimus auctor, Aristoteles, cujus testimonium paulo ante ex Diog. Laert. laudavimus. Quo magis miramur, inter ipsos Veteres hac de re non satis convenisse. Nam, teste Athenaeo L. XV. p. 673. F. *Andrantus* librum scripserat, compilatum postea ab *Hephaestione*, Grammatico, *περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασιν Ἀντιφῶντος.* Vidimus *Cap.* 1. Hermogenem Antiphonti *haruspici* tribuere *λόγον περὶ ἀληθείας, λόγον περὶ ὁμονοίας γ), λόγον πολιτικὸν*, et *λόγους δημηγορικούς.*

γ) Cf. Harpocrat. v. *Ἀναθέσθαι* Toup. ad I. [Emend. T. IV.] p. 403. et ad Hesych. [Emend. T. III.] p. 437. De priore glossae clausula omnino silet Cod. MS. Reg. Ibid. I. 22. Vide Toup. a. p. 402. KIDD. *B.*

Sed ut posteriores orationes ad *Rhamnusium* referendae videntur, sic omnium consensu libri *περὶ Ἀληθείας* tribuuntur Antiphonti *Sophistae*. Grammatici veteres apud Fabricium *duos* hujus operis *libros* laudant. Sed *liber decimus sextus* in *Schol. MS. Demosthenis*, quod Wolfius ad eum affert p. 1151. citatur: *ἐν τῷ ιϛ̅ τῆς Ἀληθείας ὁ αὐτὸς κέχρηται καὶ ἐπὶ διακοσμήσεως.* Hanc tamen lectionem dubiam faciunt Harpocration et Suidas v. *Διάθεσις*, apud quos eadem glossa reperitur, legentes *ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς Ἀληθείας.* Videtur igitur opus in duos tantum libros divisum fuisse. Vir praeclarus, Joannes Alberti, cujus morte Graecae literae ingens damnum fecerunt, hunc Antiphontis librum laudari putabat ab Hesychio in hac glossa: *Γλαῦξ ἐν πόλει. παροιμία. ταῖς ἀληθείαις ἀνέκειτο γὰρ ὑπὸ Φειδίου ἐν τῇ ἀκροπόλει.* cujus opinionem non sequar. Nam primum hic liber nusquam vocatur *αἱ Ἀλήθειαι*, ubique *ὁ περὶ Ἀληθείας*, vel *ὁ Ἀληθείας*, sicut ipse Hesychius alibi laudat: *Ἄβιος. πλούσιος, ὡς Ἀντιφῶν ἐν Ἀληθείας ά.* Deinde *ταῖς ἀληθείαις* omnino capiendum pro *re vera*, ut bene cepit Kusterus. Similiter *Scholiastes Aristophanis ad Vesp.* vs. 1081. *Γλαῦκα δὲ, τὴν Ἀθηνᾶν. φασὶ δὲ, κατὰ τὸ ἀληθὲς γλαῦκα διαπτᾶσθαι, τὴν νίκην τοῖς Ἀθηναίοις ἀπαγγέλλουσαν.* Tradit Origines *adv. Celsum* IV. p. 176. Antiphontem hoc libro *providentiam sustulisse: κἂν Ἀντιφῶν, ἄλλος ῥήτωρ νομιζόμενος εἶναι, καὶ τὴν πρόνοιαν ἀναίρων ἐν τοῖς ἐπιγεγραμμένοις περὶ Ἀληθείας παραπλησίως τῇ Κέλσου ἐπιγραφῇ.* Ad hanc ejus doctrinam referendum videtur fragmentum, quod extat apud Suidam: *Ἀδέητος. ὁ μηδενὸς δεόμενος, καὶ πάντα ἔχων. Ἀντιφῶν ἐν ά Ἀληθείας· Διὰ τοῦτο οὐδενὸς δεῖται, οὔτε προσδέχεται οὐδενός τι, ἀλλ' ἄπειρος, καὶ ἀδέητος.* ubi pro *ἄπειρος* forte emendandum *εὔπορος*, quamvis vulgata lectio etiam

explicari possit. Haec autem quin Antiphon *de Deo* dixerit, nihil est, quod dubitemus. Vides igitur, Epicurum hanc pestiferam doctrinam non per se invenisse, sed dudum ab Antiphonte inventam, in philosophiam suam transtulisse. Vid. Diogen. Laert. X. 139. et ibi Menagium. Epicuri sententiam elegantissimis versibus explicat Lucretius II. 645 — 650.

Omnis enim per se Divûm natura necesse est
Immortali aevo summa cum pace fruatur,
Semota a nostris rebus, sejunctaque longe.
Nam privata dolore omni, privata periclis,
Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.

Hanc observationem, a Celeb. Ruhnkenio mecum communicatam, nefas fuisset omittere. Fragmentis libri *περὶ Ἀληθείας*, quae apud varios Grammaticos reperiuntur, adde hoc ex *Lexico Sangerm. MS.* *Ἀφροδίτης, ἀντὶ τοῦ Ἀφροδισίων. οὕτως Ἀντιφῶν ἐν Ἀληθείας πρώτῳ.*

II. Antiphon Tragicus, qui vixit apud Dionysium Seniorem, Siciliae Tyrannum, ejusque tragoediis reprehendendis perniciem sibi arcessivit. Celebratur aculeatum ejus dictum, quo Dionysium graviter offendit. Nam quaerenti Dionysio, quodnam aes optimum esset, respondit, ex quo Athenienses Harmodii et Aristogitonis statuas conflassent. Vid. Plutarch. *de Adul. et Am. discr.* p. 68. A. *de Stoicor. repugn.* p. 1051. C. Haec Philostratus p. 500. Pseudo-Plutarch. et Photius male referunt ad Antiphontem Rhamnusium, quos satis confutat diversa utriusque aetas. Ad hunc Tragicum etiam pertinet, quod narrat Aristoteles *Rhet.* II. p. 76. *Ἀντιφῶν ὁ ποιητὴς μέλλων ἀποτυμπανίζεσθαι ὑπὸ Διονυσίου, εἶπεν, ἰδὼν τοὺς συναποθνήσκειν μέλλοντας ἐγκαλυπτομέ-*

νους ὡς ᾔεσαν διὰ τῶν πυλῶν, τί ἐγκαλύπτεσθε, ἔφη· ἢ μὴ αὔριόν τις ὑμᾶς ἴδῃ τούτων. Ex Antiphontis dramatis laudatur Ἀνδρομάχῃ ab *Auctore Ethic. Eudem.* VIII. 4. Μελέαγρος ab Aristotele *Rhet.* II. p. 108. Quibus Jonsius et Fabricius male addunt Πλήξιππον. Nam ex Aristotele *Rhet.* II. p. 63. apparet, *Plexippum* non drama fuisse, sed personam inductam in Μελεάγρῳ. De *Plexippo* singulari libello disputasse *Andrantum*, Grammaticum, docet Athenaeus L. XV. p. 673. F. Hinc Cel. Praeses emendabat Pollucem X. 63. pro ἐν Ἀντιφάνους Μελεάγρῳ legens ἐν Ἀντιφῶντος Μελεάγρῳ· cui eadem medicina adhibenda videbatur VII. 57. ubi Ἀντιφάνης ἐν Μηδείᾳ laudatur. Forte Antiphontis Μηδεία non aliud drama fuit, quam Ἰάσων, quod, nusquam ab editis scriptoribus memoratum, citatur ab *Antiattticista* MS. Διετίθουν. διετίθεσαν. Ἀντιφῶν z) Ἰάσονι. Idem Grammaticus bis Antiphontis Ἄδωνιν laudat: Ἀκληρίαν. Ἀντιφῶν Ἀδώνιδι. ὁ αὐτὸς, Εὐκλήρωμα, ἀντὶ τοῦ κατόρθωμα. Et alio loco: Ἀνὰ μέσον. ἀντὶ τοῦ ἐν μέσῳ. Ἀντιφῶν Ἀδώνιδι. Sed alibi hanc fabulam Antiphani tribuit: Κατάλυσιν. καὶ τοῦτο ἐπαιτιῶνται. Ἀντιφάνης Ἀδώνιδι. Sic incerti sumus, utrum Antiphon, an Antiphanes, *Adonidem* docuerit. Malim tamen hoc drama ad *Comicum*, quam ad *Tragicum*, referre, propterea quod alii etiam Comici, Plato, Araros,

---

z) Utroque loco legendum esse Ἀντιφάνης, ipso judice Ruhnkenio, Koppiersius monuit l. l. probante Wyttenbachio ad Plutarch. Consol. Apollon. p. 103. C. Et altero quidem codicis loco revera sic scriptum esse testatur Bastius Comment. Palaeogr. p. 793. Ceterum Grammaticum illum, cujus, ut ex h. l. patet, editionem sibi proposuerat Ruhnkenius, una cum aliis Sangermanensibus seu Seguerianis in lucem nuper protulit Bekkerus Anecd. Gr. T. I. p. 75 - 117. *B.*

Philiscus idem argumentum tractarunt. Haec pluribus adstrui possent tum ex aliis scriptoribus, tum ex praeclaro illo *Antiatticista* MS. qui aliquando, ut speramus et optamus, in lucem vindicatus, veterum Dramatum rationi novum lumen affundet. Perpetua vero est apud alios etiam scriptores *Antiphontis* et *Antiphanis* confusio. Sic apud Stobaeum *Serm.* XXI. p. 176. et *S.* LIX. p. 382. alii Codd. *Ἀντιφάνους* habent, alii *Ἀντιφῶντος*, notante C. Gesnero. Apud eundem *Serm.* XXIV. p. 192. similem varietatem e MSS. Parisinis adnotavit immortale Batavi nominis decus, Hugo Grotius in exemplari suo, quod servat Bibliotheca publica Leidensis. Suidas: *Τρίτῳ καὶ τετάρτῳ ἔτει. ἀντὶ τοῦ πρὸ τριῶν καὶ τεσσάρων ἐτῶν. οὕτως Ἀντιφάνης.* At Photius *Lexico MS.* legit *Ἀντιφῶν.* Haec nominum permutatio induxit Steph. Berglerum ad Aristoph. *Nub. vs.* 1419. ut Antiphontem vocaret *Comicum*, qui *Tragicus* fuit: quamquam nec Antiphonti *Tragico*, nec Antiphani *Comico* dictum illud a Scholiaste *l. c.* laudatum, *γηροτροφία προσέοικε παιδοτροφίᾳ*, tribuendum erat. Nam ad Antiphontem Oratorem diserte refertur a Clemente Alex. *Strom.* VI. p. 748. Hactenus de Antiphonte Tragico.

III. Antiphon, Medicus, qui scripsit *σύνοψιν τῶν κατ' ἄνθρωπον.* Pollux II. 224. *Ἀντιφῶν δὲ (ἐπίπλουν) ἀρσενικῶς καὶ οὐδετέρως λέγει ἐν τουθα σύνοψις τῶν κατ' ἄνθρωπον.* Hanc lectionem e Codice Antwerpiensi profert Vir Graece doctissimus, Joach. Kuhnius, e qua, licet corrupta, tamen evidens est, laudari Antiphontis *σύνοψιν τῶν κατ' ἄνθρωπον.* Quod autem Pollux illius auctoritate utitur, inde colligi potest, scriptorem et elegantem et vetustum fuisse. Alia quoque nobis in Polluce, quae ex hoc Antiphonte sumta sint, deprehendisse videmur. v. c. II. 41. *τὸ δὲ ποιοῦν τὸ νόσημα,*

φοῦν Ἀντιφῶν φησί. *ibid.* 215. τῷ κέντρῳ ἐξαιμάσσειν, καὶ ἔναιμον, καὶ ἐναιμῶδες παρὰ Ἀντιφῶντι. *ibid.* 23. καὶ Ἀντιφῶν δὲ εἴρηκεν· ἐν ᾧ τὸ ἔμβρυον αὐξάνεται τε καὶ τρέφεται, καλεῖται χορίον. Apud alios scritores hujus Antiphontis nullam mentionem invenimus.

IV. Antiphon, Philosophus et Mathematicus, qui scripsit *de quadratura circuli*, et *de rerum natura*, laudatus Aristoteli *Sophist. Elench.* I. 10. et Phys. I. 2. ejusque Interpretibus, Themistio, Simplicio, Philopono, item Plutarcho *de Placit. Philosoph.* II. p. 901. Proclo *in Platonis Timaeum* p. 4. Stobaeo *Ecl. Phys.* I. p. 55. 59. Eusebio *Praep. Euang.* XV. p. 838. 851. aliisque.

V. Antiphon, recentior, ut videtur, superiorius, qui scripsit περὶ τοῦ βίου τῶν ἐπ' ἀρετῇ πρωτευσάντων, laudatus Diogeni Laertio VIII. 3. et Porphyrio *de vita Pythag.* p. 9.

VI. Antiphon, scriptor libri περὶ Γεωργικῶν, quem ipse citat Athenaeus L. XV. p. 650. E.

PRAEFATIO
EDITIONIS
HESYCHII ALBERTIANA
VOL. II.

AEQUO ET ERUDITO
LECTORI
S. D.
DAVID RUHNKENIUS

Cum Vir unus omnium doctissimus, et ad literas nandas natus, *Joannes Albertus*, priorem Hes partem anno XLV. prodidisset, eruditorum homi significationes vocesque, quibus illa excipiebatur, tum valuerunt ad studium persequendi operis incen dum, ut quae pars restabat, non magno intervallo tam consecutura videretur. Hac animi alacritate praestantissimus absolverat *Jota*, profligaratque *Κα* quod propter multas insolentia et peregrinitate, etiam corruptela, difficiles glossas *τέταρτον Κάππα χιστον* per jocum appellare solebat; cum ecce! m gravis, pertinax, diuturnus, quem *Colicam Pict* vocant, ita nec opinantem afflixit, ut summum periculum adiret. Negabant medici, herbas satis p tes esse ad hujus morbi vim expugnandam: sa non posse aliunde, nisi ex Aquisgranensibus, Spad que aquis, peti. De Medicorum igitur consilio d iter ad aquas illas salutares susceptum est. Nec fr Nam Aquisgranenses mali caussam, opinione cel depulerunt: Spadanae, lentius illae quidem, sed t efficacitate pari, flaccidum et nervorum remissione

lapsum corpus ad pristinum robur revocarunt. Interim annus unus, alter, tertius abiit; nec *Hesychii* sospitatori, ipsimet de salute sua sollicito, laborantem *Hesychium* respicere licebat. Rediit tandem ex longo intervallo ad opus intermissum. Sed quanquam animus, sicut antea, vigebat, aliud tamen incommodum erat, quod operis progressum retardaret. Nam morbus tantum manibus ejus stuporem induxerat, vix ut munia sua vel in libris evolvendis, vel in literarum formis ducendis obirent. Tot ac tantis difficultatibus conflictatus V. Cl. nunquam tamen animum demisit et contraxit, sed instans operi, et torpentibus manibus prope vim adhibens, sensim paulatimque operis telam pertexuit usque ad v. *Φαιλόνης*. Quo in loco cum versaretur, erysipelate correptus est, morbo satis tolerabili, quem ipse initio contemnebat. Sed ille ubi se per corpus latius fudisset, et repente intro vertisset, spiritum eripuit eximio et longiori vita dignissimo viro, prorecto ad aetatis annum sexagesimum quintum, a. d. 13. Aug. anno LXII. Mors ejus cum omnibus bonis tristis et acerba accidit, tum mihi inprimis, qui multos annos conjunctissime suavissimeque cum illo vixissem, eumque praecipuum nascentis laudis meae fautorem habuissem. Theologia, maxime eruditior illa, et multarum artium comitatu stipata, et literae a Graeco fonte haustae, vix reparandam in ejus morte jacturam fecerunt. Nam, ut nihil dicam de *Hesychii* parte destituta, animus ipsi erat, absoluto *Hesychio*, *Observationes* de *N. F. libros* largissimis accessionibus locupletare. Quod opus, tanto magis dolendum est, perfici ab eo non potuisse, quod non solum natura et ingenio, sed etiam disciplina *Lamberti Bos* mire factus erat ad Philologiam sacram ornandam. Praeterea *Apollonii Lexicon Homericum MS.* a quo vehementer adjutus erat in

explicari possit. Haec autem quin Antiphon *de Deo* dixerit, nihil est, quod dubitemus. Vides igitur, Epicurum hanc pestiferam doctrinam non per se invenisse, sed dudum ab Antiphonte inventam, in philosophiam suam transtulisse. Vid. Diogen. Laert. X. 139. et ibi Menagium. Epicuri sententiam elegantissimis versibus explicat Lucretius II. 645 — 650.

Omnis enim per se Divúm natura necesse est
Immortali aevo summa cum pace fruatur,
Semota a nostris rebus, sejunctaque longe.
Nam privata dolore omni, privata periclis,
Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.

Hanc observationem, a Celeb. Ruhnkenio mecum communicatam, nefas fuisset omittere. Fragmentis libri *περὶ Ἀληθείας*, quae apud varios Grammaticos reperiuntur, adde hoc ex *Lexico Sangerm. MS.* *Ἀφροδίτης, ἀντὶ τοῦ Ἀφροδισίων. οὕτως Ἀντιφῶν ἐν Ἀληθείας πρώτῳ.*

II. Antiphon Tragicus, qui vixit apud Dionysium Seniorem, Siciliae Tyrannum, ejusque tragoediis reprehendendis perniciem sibi arcessivit. Celebratur aculeatum ejus dictum, quo Dionysium graviter offendit. Nam quaerenti Dionysio, quodnam aes optimum esset, respondit, ex quo Athenienses Harmodii et Aristogitonis statuas conflassent. Vid. Plutarch. *de Adul. et Am. discr.* p. 68. A. *de Stoicor. repugn.* p. 1051. C. Haec Philostratus p. 500. Pseudo-Plutarch. et Photius male referunt ad Antiphontem Rhamnusium, quos satis confutat diversa utriusque aetas. Ad hunc Tragicum etiam pertinet, quod narrat Aristoteles *Rhet.* II. p. 76. *Ἀντιφῶν ὁ ποιητὴς μέλλων ἀποτυμπανίζεσθαι ὑπὸ Διονυσίου, εἶπεν, ἰδὼν τοὺς συναποθνήσκειν μέλλοντας ἐγκαλυπτομέ-*

νους ὡς ἧεσαν διὰ τῶν πυλῶν, τί ἐγκαλύπτεσθε, ἔφη· ἢ μὴ αὔριόν τις ὑμᾶς ἴδῃ τούτων. Ex Antiphontis dramatis laudatur Ἀνδρομάχῃ ab *Auctore Ethic. Eudem.* VIII. 4. Μελέαγρος ab Aristotele *Rhet.* II. p. 108. Quibus Jonsius et Fabricius male addunt Πλήξιππον. Nam ex Aristotele *Rhet.* II. p. 63. apparet, *Plexippum* non drama fuisse, sed personam inductam in Μελεάγρῳ. De *Plexippo* singulari libello disputasse *Andrantum*, Grammaticum, docet Athenaeus L. XV. p. 673. F. Hinc Cel. Praeses emendabat Pollucem X. 63. pro ἐν Ἀντιφάνους Μελεάγρῳ legens ἐν Ἀντιφῶντος Μελεάγρῳ· cui eadem medicina adhibenda videbatur VII. 57. ubi Ἀντιφάνης ἐν Μηδείᾳ laudatur. Forte Antiphontis Μηδεία non aliud drama fuit, quam Ἰάσων, quod, nusquam ab editis scriptoribus memoratum, citatur ab *Antiatticista* MS. Διετίθουν. διετίθεσαν. Ἀντιφῶν z) Ἰάσονι. Idem Grammaticus bis Antiphontis Ἄδωνιν laudat: Ἀκληρίαν. Ἀντιφῶν Ἀδώνιδι. ὁ αὐτὸς, Εὐκλήρωμα, ἀντὶ τοῦ κατόρθωμα. Et alio loco: Ἀνὰ μέσον. ἀντὶ τοῦ ἐν μέσῳ. Ἀντιφῶν Ἀδώνιδι. Sed alibi hanc fabulam Antiphani tribuit: Κατάλυσιν. καὶ τοῦτο ἐπαιτιῶνται. Ἀντιφάνης Ἀδώνιδι. Sic incerti sumus, utrum Antiphon, an Antiphanes, *Adonidem* docuerit. Malim tamen hoc drama ad *Comicum*, quam ad *Tragicum*, referre, propterea quod alii etiam Comici, Plato, Araros,

---

z) Utroque loco legendum esse Ἀντιφάνης, ipso judice Ruhnkenio, Koppiersius monuit l. l. probante Wyttenbachio ad Plutarch. Consol. Apollon. p. 103. C. Et altero quidem codicis loco revera sic scriptum esse testatur Bastius Comment. Palaeogr. p. 793. Ceterum Grammaticum illum, cujus, ut ex h. l. patet, editionem sibi proposuerat Ruhnkenius, una cum aliis Sangermanensibus seu Seguerianis in lucem nuper protulit Bekkerus Anecd. Gr. T. I. p. 75 - 117. *B.*

explicari possit. Haec autem quin Antiphon *de Deo* dixerit, nihil est, quod dubitemus. Vides igitur, Epicurum hanc pestiferam doctrinam non per se invenisse, sed dudum ab Antiphonte inventam, in philosophiam suam transtulisse. Vid. Diogen. Laert. X. 139. et ibi Menagium. Epicuri sententiam elegantissimis versibus explicat Lucretius II. 645 — 650.

Omnis enim per se Divûm natura necesse est
Immortali aevo summa cum pace fruatur,
Semota a nostris rebus, sejunctaque longe.
Nam privata dolore omni, privata periclis,
Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.

Hanc observationem, a Celeb. Ruhnkenio mecum communicatam, nefas fuisset omittere. Fragmentis libri περὶ Ἀληθείας, quae apud varios Grammaticos reperiuntur, adde hoc ex *Lexico Sangerm. MS.* Ἀφροδίτης, ἀντὶ τοῦ Ἀφροδισίων. οὕτως Ἀντιφῶν ἐν Ἀληθείας πρώτῳ.

II. Antiphon Tragicus, qui vixit apud Dionysium Seniorem, Siciliae Tyrannum, ejusque tragoediis reprehendendis perniciem sibi arcessivit. Celebratur aculeatum ejus dictum, quo Dionysium graviter offendit. Nam quaerenti Dionysio, quodnam aes optimum esset, respondit, ex quo Athenienses Harmodii et Aristogitonis statuas conflassent. Vid. Plutarch. *de Adul. et Am. discr.* p. 68. A. *de Stoicor. repugn.* p. 1051. C. Haec Philostratus p. 500. Pseudo-Plutarch. et Photius male referunt ad Antiphontem Rhamnusium, quos satis confutat diversa utriusque aetas. Ad hunc Tragicum etiam pertinet, quod narrat Aristoteles *Rhet.* II. p. 76. Ἀντιφῶν ὁ ποιητὴς μέλλων ἀποτυμπανίζεσθαι ὑπὸ Διονυσίου, εἶπεν, ἰδὼν τοὺς συναποθνήσκειν μέλλοντας ἐγκαλυπτομέ-

νους ὡς ἤεσαν διὰ τῶν πυλῶν, τί ἐγκαλύπτεσθε, ἔφη· ἢ μὴ αὔριόν τις ὑμᾶς ἴδῃ τούτων. Ex Antiphontis dramatis laudatur Ἀνδρομάχη ab *Auctore Ethic. Eudem.* VIII. 4. Μελέαγρος ab Aristotele *Rhet.* II. p. 108. Quibus Jonsius et Fabricius male addunt Πλήξιππον. Nam ex Aristotele *Rhet.* II. p. 63. apparet, *Plexippum* non drama fuisse, sed personam inductam in Μελεάγρῳ. De *Plexippo* singulari libello disputasse *Andrantum*, Grammaticum, docet Athenaeus L. XV. p. 673. F. Hinc Cel. Praeses emendabat Pollucem X. 63. pro ἐν Ἀντιφάνους Μελεάγρῳ legens ἐν Ἀντιφῶντος Μελεάγρῳ· cui eadem medicina adhibenda videbatur VII. 57. ubi Ἀντιφάνης ἐν Μηδείᾳ laudatur. Forte Antiphontis Μηδεία non aliud drama fuit, quam Ἰάσων, quod, nusquam ab editis scriptoribus memoratum, citatur ab *Antiatticista* MS. Διετίθουν. διετίθεσαν. Ἀντιφῶν z) Ἰάσονι. Idem Grammaticus bis Antiphontis Ἅδωνιν laudat: Ἀκληρίαν. Ἀντιφῶν Ἀδώνιδι. ὁ αὐτὸς, Εὐκλήρωμα, ἀντὶ τοῦ κατόρθωμα. Et alio loco: Ἀνὰ μέσον. ἀντὶ τοῦ ἐν μέσῳ. Ἀντιφῶν Ἀδώνιδι. Sed alibi hanc fabulam Antiphani tribuit: Κατάλυσιν. καὶ τοῦτο ἐπαιτιῶνται. Ἀντιφάνης Ἀδώνιδι. Sic incerti sumus, utrum Antiphon, an Antiphanes, *Adonidem* docuerit. Malim tamen hoc drama ad *Comicum*, quam ad *Tragicum*, referre, propterea quod alii etiam Comici, Plato, Araros,

---

z) Utroque loco legendum esse Ἀντιφάνης, ipso judice Ruhnkenio, Koppiersius monuit l. l. probante Wyttenbachio ad Plutarch. Consol. Apollon. p. 103. C. Et altero quidem codicis loco revera sic scriptum esse testatur Bastius Comment. Palaeogr. p. 793. Ceterum Grammaticum illum, cujus, ut ex h. l. patet, editionem sibi proposuerat Ruhnkenius, una cum aliis Sangermanensibus seu Seguerianis in lucem nuper protulit Bekkerus Anecd. Gr. T. I. p. 75 - 117. *B.*

explicari possit. Haec autem quin Antiphon *de Deo* dixerit, nihil est, quod dubitemus. Vides igitur, Epicurum hanc pestiferam doctrinam non per se invenisse, sed dudum ab Antiphonte inventam, in philosophiam suam transtulisse. Vid. Diogen. Laert. X. 139. et ibi Menagium. Epicuri sententiam elegantissimis versibus explicat Lucretius II. 645 — 650.

Omnis enim per se Divûm natura necesse est
Immortali aevo summa cum pace fruatur,
Semota a nostris rebus, sejunctaque longe.
Nam privata dolore omni, privata periclis,
Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.

Hanc observationem, a Celeb. Ruhnkenio mecum communicatam, nefas fuisset omittere. Fragmentis libri περὶ Ἀληθείας, quae apud varios Grammaticos reperiuntur, adde hoc ex *Lexico Sangerm. MS.* Ἀφροδίτης, ἀντὶ τοῦ Ἀφροδισίων. οὕτως Ἀντιφῶν ἐν Ἀληθείας πρώτῳ.

II. Antiphon Tragicus, qui vixit apud Dionysium Seniorem, Siciliae Tyrannum, ejusque tragoediis reprehendendis perniciem sibi arcessivit. Celebratur aculeatum ejus dictum, quo Dionysium graviter offendit. Nam quaerenti Dionysio, quodnam aes optimum esset, respondit, ex quo Athenienses Harmodii et Aristogitonis statuas conflassent. Vid. Plutarch. *de Adul. et Am. discr.* p. 68. A. *de Stoicor. repugn.* p. 1051. C. Haec Philostratus p. 500. Pseudo-Plutarch. et Photius male referunt ad Antiphontem Rhamnusium, quos satis confutat diversa utriusque aetas. Ad hunc Tragicum etiam pertinet, quod narrat Aristoteles *Rhet.* II. p. 76. Ἀντιφῶν ὁ ποιητὴς μέλλων ἀποτυμπανίζεσθαι ὑπὸ Διονυσίου, εἶπεν, ἰδὼν τοὺς συναποθνήσκειν μέλλοντας ἐγκαλυπτομέ-

tate, reliquis meritis parta, doctos etiam et solertes. Equidem *Scaligerum*, *Casaubonum*, *Salmasium*, horumque similes, arbitror, saepenumero sic secum cogitasse: Monstra loquitur Grammaticus: gravissime errat: deceptus est literarum similitudine: truncavit vocem: non *ἄτματα sordes* significat, sed *λύματα*, non *ἄωστον*, *optimum*, sed *λῶστον*, non *λῶρον*, *acerbum*, sed *ἄωρον*, non *ναύποδα*, *pedibus in rectum tendentia*, sed *ταναύποδα*, etc. Sed magni illi viri, quae sentirent, palam dicere non audebant, sive Grammatici auctoritate deterriti, sive clamoribus semidoctorum, semper obstrepentium doctioribus, nec satis aequo animo ferentium, ipsum *Hesychium* in ordinem cogi. Ad hanc rem proferendam demonstrandamque opus erat docta *Richardi Bentleji* audacia, quae, si unquam alias, hic certe bonis literis plus profuit, quam iners et superstitiosa multorum, qui Critici dici haberique volunt, religio. Is igitur servili credulitatis jugo excusso, edidit illam ad *J. Millium Epistolam a*), mirabile ingenii et doctrinae monimentum, quale proficisci non poterat, nisi a principe seculi sui Criticorum. In hac ille epistola cum alia docuit, quae plerisque eruditis, nec vigilantibus, nec somniantibus, in mentem venissent, tum *Hesychium*, cui satis diuturna peccatorum impunitas obtigisset, ad severum Critices tribunal citavit. Hanc autem accusationem tanta vi argumentorum, tantis testimoniorum copiis instruxit, ut ne obtrectatores quidem illius, invidia partiumque studiis aestuantes, quos plurimos nactus erat, in hac etiam Academia, contra hiscere, aut *Hesychii* patrocinium suscipere auderent. *Bent-*

---

a) Exstat ad calcem Chronographiae Joa. Malalae, ed. Oxon. a. 1691. [Bentl. opusc. philol. ed. Böttiger. Lips. a. 1781. p. 453. sqq.] *B.*

lejanam deinde rationem in *Hesychio* tractando secu
sunt duo primarii aetatis nostrae viri, *Ludolphus K*
sterus, a quo in hanc orationem delapsi sumus, et
cui maximi etiam Critici fasces submittunt, *Tiberi*
Hemsterhusius, qui in summa, sed vegeta, senectu
a me rogatus, saepe desperatis *Hesychii* locis felice
medicinam fecit, et meum emendandi studium prude
tissimis consiliis rexit. Haec strictim attingere nol
visum est, ut, quo in *Hesychio* emendando solert
maxime dirigenda sit, intelligant Critices studiosi. S
quitur, ut de Auctario Emendationum, quod operi a
cessit, quam potest fieri brevissime dicamus. Cum gr
ves caussae, quas supra commemoravimus, alterius v
luminis editionem in permultos annos traherent, nov
subinde observationes Cl. *Alberto* nascebantur, quib
veteres vel confirmaret, vel, ut sunt *δευτέραι φροντίδ*
σοφώτεραι, refutaret, vel etiam loca, antea non tenta
egregie restitueret. Quae observationes omnes de exe
pli, quo uti solebat, margine sunt in illud Auctariu
a nobis translatae. In eodem Auctario locum dedim
Castigationibus nostris, quas maximam partem ali
agentes in *Hesychii* marginem conjeceramus, habitu
fortasse commendationis aliquid a nova, nec ante cogni
observatione, quam, non alienum erit, hic paucis e
plicare. Constans virorum doctorum fuit opinio, pa
tim ex *Hesychii* Epistola ad Eulogium, partim ex al
argumentis ducta, non esse *Hesychii* Lexicon, qu
nunc superest, tale, quale olim ab ejus manu profectu
sit, sed ab Epitomatoribus contractum esse et mutil
tum, a librariis foedissime corruptum, a sciolis de
que nullius pretii glossis interpolatum. Verum qua
Hesychius antea fuerit, conjectura facilius, quam reb
ipsis tenebatur, quod ne fragmentum quidem, ned
exemplar libri integrius, in Bibliothecis repertum e

vix qualicunque Codice, ex quo *Aldus Hesychium* protulit, communem bonorum librorum stragem evadente. Quo magis laetatus sum, hanc mihi felicitatem esse reservatam, si tamen ulla est in tali re felicitas, ut, quam diversus fuerit verus et integer *Hesychius*, contracto, lacerato, depravatoque, luce clarius demonstrare possem. Cum Parisiis studiorum caussa versarer, inter alia Lexica antiqua necdum edita, quae Bibliotheca Sangermanensi continentur, descripsi *Lexicon Rhetoricum b*), bonae frugis plenissimum, atque ad jus Atticum explicandum inprimis comparatum, cujus specimen dedit *Montfauconius Bibl. Coislin.* p. 491. *seqq.* Hoc Lexicon, decimo seculo in membrana scriptum, sive Codicis illius librarius, sive alius eo antiquior, passim interpolarat *Hesychii* glossis. At qualis *Hesychii?* Non truncati, mutilati, corrupti, quo nunc melioris desiderium levamus, sed integri, illibati, et omni labe carentis. Interpolator vero Hesychianas glossas largius inferserat literis *A. B. Γ.* parcius literis *Δ. Z. K. Ξ.* reliquas ne attingens quidem; cujus inconstantiae quae caussa fuerit, nescio. Est hoc interpolatorum genus merito Criticis invisum, et plerumque accipi solet inclementius. Ego contra hominem propter hoc institutum amabam, dolebamque, manum ejus interpolatricem, quae initio tam liberalis fuisset, repente factam esse maligniorem. Nam si ad illum modum, quem instituerat, omnes literas interpolasset, magnam *Hesychii* partem ad pristinum nitorem et integritatem nobis revocare licuisset. Ex hac autem interpolatione quot quam uberes fructus ad *Hesychium* pervenerint,

---

b) „Quot fractas glossas pristino nitori restituerit Ruhnkenius, et lexici rhetorici ope lacunas, aliter desperatas, expleverit, voces et auctario prolatas consulendo certior fies." KIDD. *F.*

si qui cognoscere cupiat, Annotationes nostras legat ac v. *Ἀστραπὴ δι' ἅρματος. Αὐτοβοεί. Βαίτυλος. Βάκχος Βάκκοι. Βατῆρα. Βαιΐα. Γαλαξία. Γαῦλοι. Γεῖσα Γρανος. Δεκατεύειν. Δημοτελῆ. Διονύσια*, etc. Es amen, ubi interpolator pauciora habeat, quam hodi in *Hesychio* nostro leguntur, sive ipse, quod magi credo, nonnulla consulto omiserit. Certe veterum scri ptorum auctoritatem hic illic ab eo, suspicor, esse sub latam; id quod plerisque locis idem fecit in *Lexic Rhetorico*, de quo diximus, magno et ipsius Lexici, e literarum detrimento. Hic praefationi modum statuer poteram. Sed commode in memoriam redeo sermoni cum Cl. *Alberto* habiti, cum dicebat, se alteri volu mini praefandi argumentum ab ipsa *Hesychii* praefa tione sumturum. Etenim exortus est vir longe erudi tissimus *c*), et in Graecis literis familiam ducens, qu cum vidisset, *Hesychii* Lexicon non respondere Episto lae ad Eulogium, statueret, Lexicon, quod nunc habe mus, non esse majoris Epitomen, sed sic de auctori sui manu exiisse, Epistolam vero ad Eulogium ab im postore Graeculo, qui dotes libri, quisquiliis a se auct verbis exaggerandas, et mendaciis commendandas puta ret, illiberali facinore esse confictam. Contra *Albertu* acutissimis viri excellentis amicique rationibus, quamvi

---

c) *L. C. Valckenaerius*, quem modestiae causa nominare no luit Ruhnkenius, jam per aliquot annos doctrinae et amicitiae vin culis, ac brevi postea muneris quoque societate cum eo conjunctus is igitur hanc sententiam professus erat in *Schediasmate* de *Epi stola ad Eulogium*, *Hesychii Lexico praefixa*, quod Schediasm subjecerat *Fulvii Ursini Virgilio collectione Script. Graec. illu strato*, ipsius cura Franequerae, 1747, repetito; in eademque po stea sese perstitisse testatus est in Annot. ad *Theocriti Adoniaz* p. 299, sq. ed. alter. p. 294 sq. Qua de re monuerunt Cl. Wyt tenb. in Vita Ruhnk. p. 129 sq. et Editor Anglus [*Kidd*] i Praef. p. XXVIII. sq. *B.*

etiam atque etiam a se perpensis, non movebatur, sed plura argumenta, quae receptam ab omnibus sententiam tuerentur, in praefatione huic volumini praemittenda expromere in animo habebat. Quod consilium cum mors irritum fecerit, nos hic quoque ejus partes tanto libentius explebimus, quanto sumus instructiores paratioresque a libris MSS. quibus facile dirimi controversia potest. Quanquam fortasse licet omni hujus rei disceptatione supersedere. Nam si verum est, quod rebus manifestis vicimus, *Hesychii* Lexicon ab Epitomatore contractum esse, magnam partem concidunt argutae de Epistolae ad Eulogium *νοθείᾳ* suspiciones. Quippe Epistola respondet operi, non quale nunc est, sed quale tum, cum illa scribebatur, fuit. Sed quoniam omnia, quae ab Epistolae auctore dicta sunt, in fraudis suspicionem vocantur, digna res videtur, in qua excutienda diligentia nostra consumatur, praesertim cum per hanc occasionem nobis liceat totam operis *Hesychiani* rationem aperire. Facile autem Vir humanissimus nos feret in re levi aliter sentientes, qui sensus nostros cum suis sciat in majoris momenti rebus optime congruere. Titulus Lexici hic est: *Ἡσυχίου Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως Συναγωγὴ πασῶν λέξεων, κατὰ στοιχεῖον, ἐκ τῶν Ἀριστάρχου, καὶ Ἀπίωνος, καὶ Ἡλιοδώρου.* Hunc titulum, Homerico potius Lexico, quam Hesychiano, convenire, facile largior. Nec illum *Hesychius*, nisi forte ineptissimum fingere velimus, in operis fronte ponere potuit. Cur enim *Aristarchum*, *Apionem* et *Heliodorum* potius commemorasset, quam *Didymum* et *Theonem*, ex quorum Lexicis Tragicis Comicisque eum profecisse, res ipsa loquitur, aut *Diogenianum* adeo, cui pleraque se debere fatetur? *Hesychius* simpliciter, ut puto, scripserat: *Ἡσυχίου Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως Συναγωγὴ πασῶν λέξεων, κατὰ στοιχεῖον.* quo fere modo omnia Lexica

MSS. quae in Bibliothecis Parisinis evolvimus, inscri
buntur. Grammaticorum illorum nomina ineptus libr
rius ex *Hesychii* praefatione, in qua eodem ordine ju
guntur, adjecit. Nusquam verò librarii licentius gra
sati sunt, quam in librorum titulis mutandis; qu
multis exemplis demonstrare possemus, si locus pater
tur. Jam singula, quae in *Hesychii* praefatione tradu
tur, diligenter persequamur, ut fraudis suspicionem i
de removeamus. Primum *Hesychius* ait, *Apionem*
Apollonium, Archibii filium, solas Homericas gloss
secundum literarum ordinem congessisse. Quod
Apollonio dicit, in eo fidem illius satis confirmat ipsu
istud *Apollonii Lexicon Homericum*, majori *Home*
nescias, an *Hesychii* bono superstes. Quae igitur caus
est, cur, qui de *Apollonio* verum dixit, in *Apion*
mendacii arguatur? An *Apollonio* Lexicon Homericu
condere licuit, *Apioni* non licuit? At silent de h
Lexico veteres, quamvis centies *Apionis* in Homeru
Commentarios laudent. Fateor. Verum non haec s
lentii istius vis est, ut propter id solum *Hesychii* te
stimonium pro falso repudiari debeat. *Apionis Glo*
sas Homericas, ubi apud *Fabricium Bibl. Gr. Vo*
VII. p. 50. legeram, superesse in Cod. Barocc. 11
Bibl. Bodlej. scripsi ad Virum juvandarum literaru
studiosissimum, et de me multis nominibus bene mer
tum, *Henricum Gally*, ut illarum apographum prim
quoque tempore ad me curaret. Delato ad me apogr
pho, vidi, Glossas esse Homericas satis jejunas, ad lit
rarum quidem ordinem digestas, sed *Apionis* nomen
recentiori manu Latinis literis adscriptum habere;
nihil in his Glossis ad id, quod *Hesychius* dixit, con
firmandum sit praesidii. *Apionis* auctoritate, parit
atque *Aristarchi*, *Heliodori*, et aliorum vetustoru
Grammaticorum, frequentissime utitur *Apollonius*

Lexico Homerico. Ex quo mihi probabile fit, errare *d*) *Suidam*, qui *Apionem* hujus *Apollonii* discipulum dicit, et diu ante *Apollonium* vixisse *Apionem*. Sed nolim extra septa, quod ajunt, evagari. Alio Praefationis loco *Hesychius* ita loqui videtur, quasi *Aristarchus* et *Heliodorus* etiam Lexica Homerica edidissent: ὅτι τῶν Ἀριστάρχου, καὶ Ἀπίωνος, καὶ Ἡλιοδώρου λέξεων εὐπορήσας. Enimvero hic ne de *Apionis* quidem Lexico sermo est, nedum de *Aristarchi* et *Heliodori*. Nam λέξεις horum Grammaticorum sunt interpretationes verborum Homericorum, quas, ex commentariis in Poëtam decerptas, *Hesychius* intulit in Lexicon suum. Sed hic quaeritur, quae tandem illa sint, quae *Hesychius* dicat, se ex horum Grammaticorum libris in opus suum derivasse? Respondeo, glossas esse Homericas, non minimam partem Lexici Hesychiani. Qua in re ita versatus videtur *Hesychius*, ut, quod *Apollonium* in Lexico suo fecisse videmus, singulis *Homeri* vocibus diversorum Grammaticorum, maxime *Aristarchi*, *Apionis* et *Heliodori*, interpretationes subjiceret, easque, inter se si discreparent, nomine auctorum distingueret. Verum inscitia Epitomatoris omnes omnium Grammaticorum explicationes, etiamsi inter se non congruerent, in unum conflavit, et Grammaticorum nomina, tanquam nihil magnopere ad rem pertinentia, plerisque locis delevit. Quam diversa fuerit *Hesychii* facies, antequam Epitomator foedas illi manus attulisset, in Auctario Emendationum demonstratum est. Quae tametsi nihil attinet repetere, duo tamen loca huc referamus, propterea quod in illis similiter Gram-

---

d) Suidae tamen testimonium tuetur Villoisonus praef. ad Apollon. Lex. Hom. p. 7. quem sequitur alter editor H. Tollius praef. p. 8. sq. *B.*

maticorum nomina sunt ab Epitomatore sublata. *H*
chius contractus haec habet: *Βατῆρα. τὸ ἄκρον*
σκάμματος τῶν πεντάθλων, ἀφ᾽ οὗ ἅλλονται τὸ πρῶ
Sed in integro *Hesychio* haec multis partibus plen
et pulcriora legit *Lex. Rhet. MS.* interpolator: *Βα*
τὸ ἄκρον τοῦ τῶν πενταέθλων σκάμματος, ἀφ᾽ οὗ ἅλ
ται τὸ πρῶτον. Σέλευκος. Σύμμαχος δὲ, τὸ μέσον,
οὗ ἁλλόμενοι πάλιν ἐξάλλονται. ἄμεινον, ὡς Σέλευκος.
μαίνει δὲ καὶ τὸν τῆς θύρας οὐδὸν, ὃν Ὅμηρος βη
οἱ δὲ Τραγικοὶ βαλόν. Vides, tum alia resecta esse,
Grammaticorum, *Seleuci* et *Symmachi* nomina. A
ita legitur in *Hesychio* nostro: *Γνῶθι σαυτόν. ἀ*
φθεγμα Χείλωνος φασί. Quanto olim eruditius et i
grius, ut ejusdem interpolatoris indicio discimus: *Γν*
σαυτόν. ἀπόφθεγμα. οἱ δὲ Χείλωνος φασίν. Ἑρμιππος
Δελφὸν εὐνοῦχον φησὶν εἰρηκέναι τὸ Γνῶθι σαυτόν,
ἐν τῷ ναῷ ἐπιγράψαι. Χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ Θ
Θαλοῦ. Iterum, ne de aliis neglectis dicam, *Hermi*
Historici, et *Chamaeleonis*, Grammatici, nomina s
ejecta. Sed minus hac de re dubitet, qui *Apoll*
Lexicon Homericum cum *Hesychio* conferat. N
Apollonius idem, quod *Hesychius*, institutum secu
modo commemorat *Aristarchi*, modo *Apionis*, m
Heliodori, modo aliorum explicationes, si quid pra
pui habeant, et a communi opinione recedant. Quae
terpretationes prope omnes etiam in *Hesychio* reperi
tur, sed Grammaticorum nominibus omissis, non p
fecto *Hesychii* culpa, cui aliam rationem placuisse,
praefatione liquet, sed ejus, qui maximum ampli
mumque Lexicon in compendii angustias coëgit. *He*
chius: *Ἄβιοι. μὴ ἔχοντες τόξα. ἀπόλεμοι. οὐ βίαιοι.*
ἄδικοι. καὶ ὄνομα ἔθνους. Quo loco quin *Aristar*
nomen omissum sit, vix dubitandum videtur. Nam
unus, relicta aliorum Grammaticorum ratione, *Ἄ*

ıpud *Homerum Il. N.* 6. de *gente* capiebat. *Apollo-*
nius Lex. MS. Ἄβιων. — ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ὡς ἔθνους
ὕτως λεγομένου ἀκούει, καθὼς καὶ τοὺς γαλακτοφάγους
ετάχθαι καὶ τοὺς δικαιοτάτους. δι' ὃ καὶ γράφει χωρὶς
τοῦ τε συνδέσμου. Alibi *Hesychius*: Κερδαλεόφρων e).
ἐκ παντὸς κερδαίνειν φρονῶν διὰ δόλου, κερδοῦς φρόνημα
ἔχων, τουτέστιν ἀλώπεκος. Posterior interpretatio *Ari-*
starcho peculiaris fuit, ut credibile sit, *Hesychium*
ejus nomen adjecisse. Sed relicta est ab Epitomatore
interpretatio, auctoritas Critici sublata. Res clare pa-
tet ex *Apollonio*: Κερδαλεόφρων. ἐκ παντὸς κερδαίνειν
φρονῶν, δι' ὃ καὶ φιλοκτεανώτατον εἶπεν. ὁ δὲ Ἀρίσταρ-
χος, φρόνημα κερδοῦς ἔχων, ἤγουν ἀλώπεκος. Sic aliis
locis non modo *Aristarchi*, sed etiam *Apionis et He-*
liodori nomina ejecta esse, remanente illorum explica-
tione, ex eodem *Apollonio* demonstrari posset. *Lexi-*
con *MS. Sangermanense*, in quod nonnullae glossae
ex *Hesychio*, sed illo integriore, migrarunt, ita habet:
Ἀέσαι. ἐπιπολὺ κοιμηθῆναι. κατὰ στέρησιν τοῦ ἔσαι, ὅ
ἐστιν ὁρμῆσαι. ἢ, ὡς ὁ Ἀπίων, ἐπιπολὺ ἡσθῆναι. Cum his,
age, comparemus *Hesychium*: Ἀέσαι. ἀῆσαι. κοιμηθῆναι
κατὰ στέρησιν τοῦ ἐᾶσαι, ὅ ἐστιν ὁρμῆσαι. Duplex in
una glossa peccatum, alterum librarii, alterum Epito-
matoris. Nam librarius, haesitans, ἀέσαι scriberet, an
ἀῆσαι, utrumque posuit, et praeterea ἔσαι corrupit in
ἐᾶσαι. Epitomator, antiquum obtinens, *Apionis* expli-
cationem cum ipso nomine abolevit. Nec tamen sim-
plex fuit *Hesychii* calamitas. Nam quibus Grammatico-
rum nominibus Epitomator hic illic pepercerat, ea sic
accepit librarius, vix ut cognosci a sagacissimis Criticis
queant. Juvat, quod diximus, aliquot claris et illu-

---

e) „— δίκην κερδοῦς ἤτοι ἀλώπεκος. *Schol.* MS. *Harl.*"
KIDD. *B.*

stribus exemplis planum facere. *Hesychius*: *Ἔτρεψεν ἀπέτρεψεν, ἠπάτησεν, παρέτρεψεν. ΑΡΧΙΛΟΧΟΣ.* Frustra interpretes *Archilochi* glossam crediderunt, quae *Homeri* est *Il. Z.* 61. *Ὡς εἰπὼν ἔτρεψεν ἀδελφειοῦ φρένας ἥρως.* ubi *Hesychianae* explicationi similem habent Scholia minora: *Ἔτρεψεν. παρέτρεψε, παρέπεισεν* f) Succedat igitur in *Archilochi* locum *ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ* auctor interpretationis, quam *Hesychius* posuit. A enim *Archilochus* alibi etiam tanquam Criticus ve Grammaticus commemoratur. Ego quoque sic esse scio sed idem affirmare audeo, talia loca vel vitiosa esse vel alia ratione explicanda. Veniamus tanquam in rem praesentem. Scholiastes *Hesiodi* ad *Theogon.* vs. 991 ubi in textu est *Νηοπόλον νύχιον ποιήσατο*, observat *ΑΡΧΙΛΟΧΟΣ δὲ γράφει, μύχιον. Archilochi* mentionem tametsi *Graevium* non offendit, mihi tamen persuasum Scholiasten scripsisse *ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ*, cujus crisin aliis etiam locis laudat. Ejusdem Criticî *σημεῖα Ἡσιόδου* laudantur ab *Orione Thebano Etymolog. MS. Λακώνιδες, ἐπὶ σχίσματος ἱματίου, παρὰ τὸ λακεῖν καὶ ψοφεῖν ῥῆμα ἐν τῷ σχίζεσθαι. οὕτως Ἀρίσταρχος ἐν τοῖς σημείοις Ἡσιόδου.* unde corrigere et locupletare licet Etymol. M. p. 555. 38. Alter locus, in quo *Archilochi* nomen laboratur, est apud Scholiast. *Aristoph.* ad *Νεφ.* vs. 109. et *Suidam*, qui Scholiasten descripsit, *Φασιανοί. οἱ δὲ περὶ ΑΡΧΙΛΟΧΟΝ, ὀρνίθων γένος.* Hic non dicam *Archilochus*, sed ne *Interpretes* quidem *Archilochi* locum inveniant. Neque enim illorum erat dicere, quid *φασιανοὶ* apud *Aristophanem*, *equosne* an *aves*, significent, sed *Aristarchi*, qui *Aristophanem* commentariis illustravit. Scribendum igitur: *οἱ περὶ ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΝ.* Denique ad examinis subtilitatem

---

f) „*Παρέπεισεν* etiam in textu *Cod. Harl.*“ KIDD. B.

tem revocemus Scholion Cod. Vossiani ad *Il.* I. 378. explicans vexatum illud, *τίω δέ μιν ἐν καρὸς αἴσῃ*, quod protulit *L. C. Valckenaerius*, Graecarum literarum immortale decus, *Diss. de Schol. in Homer. ined.* p. 97. *Ἀλκαῖος μὲν ὁ ἐπιγραμματοποιὸς ἐγκέφαλον ἤκουσεν. — Ἀρχίλοχος δέ, τιμῶμαι αὐτὸν ἐν μισθοφόρου καὶ τοῦ τυχόντος στρατιώτου μοίρᾳ. Λυσανίας δὲ ὁ Κυρηναῖος, καὶ Ἀριστοφάνης, καὶ Ἀρίσταρχος, ἐν κηρὸς μοίρᾳ φασὶ λέγειν τὸν ποιητὴν, Δωρικῶς μεταβαλόντα τὸ η εἰς α.* In hoc Scholio nullo modo licet *Archilochi* nomen in *Aristarchi* mutare. Quid ergo? An *Archilochus* ex hoc loco inter *Homeri* Interpretes referetur? Minime vero. Ipse contentus est ea gloria, ut, cujus carminis primus auctor fuerit, in eo perfectissimus judicetur: Grammatici laudem sibi non magnopere expetendam putat. Ne multa, rem sic intellige: Quemadmodum Scholiastes ex *Alcaei* imitatione (de qua vide *Hemsterhus.* ad *Aristoph. Plutum* p. 7.) elicuit, quam ille in *Homero* lectionem probasset, sic etiam ex *Archilochi* quodam versu, quam ille Homerici loci interpretationem secutus esset, collegit. *Archilochi* versum conservavit Scholiastes *Platonis* ineditus, ad Lachetem, a nobis aliquando, si Deus vitae usuram dederit, in lucem vindicandus: *Κᾶρες δοκοῦσι πρῶτοι μισθοφορῆσαι, ὅθεν καὶ εἰς πόλεμον αὐτοὺς προέταττον. ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τοὺς μικροὺς στρατιώτας τινὲς Καρίωνας προσηγόρευον. καὶ τὸ παρ' Ὁμήρῳ δὲ ἐν καρὸς αἴσῃ, ἐν τῷ τυχόντι τινὲς ἀκούουσι. Μέμνηται δ' αὐτῆς Ἀρχίλοχος, λέγων· Καὶ δὴ Ἐπίκουρος ὥστε Κὰρ κεκλήσομαι.* Sed ad propositum revertamur. *Hesychius* ex *Od.* P. 237. *Ἀμφοῦδις g*). *περὶ τὸ ἔδαφος. ὁ δὲ ΗΣΙΟΔΟΣ, ἀμφο-*

g) „*Ἀμφ' οὖδας* cum gl. *ἔδαφος* unus ex *Harl.* *ἀμφουδῆς* alter in marg. *ἀμφ' οὐδὶς* tertius. *ἀμφ' οὖδας* in textu B. *ἀμφουδὶς* (sic) in Schol." KIDD. *B.*

τέραις ταῖς χερσὶν εἰς τὸ οὖδας ῥίπτων. Hic, qui animum attendere velit, nullum *Hesiodo* locum esse, facile sentiat. Justis ergo vindiciis, unde dejectus est, restituatur *Homeri* interpres, ΗΛΙΟΔΩΡΟΣ. Sed non unus *Hesychii* locus est, in quo *Hesiodi* et *Heliodori* nomina sint confusa. Ecce! alterum: Ἀργεία. Πελοποννησία. λευκὴν δὲ ΗΣΙΟΔΟΣ *h*). Explicatur Ἥρη Ἀργεία apud *Homerum*, quam ceteri Grammatici *Peloponnesiam* exponebant, *Heliodorus candidam* et *pulcram*: quam recte, non disputo in praesenti. Ponat igitur, ΗΛΙΟΔΩΡΟΣ. Binis hisce locis *Heliodori* nomen ita latuit, ut facile effugere posset doctorum hominum acumen. Sed in eo, qui sequitur, patientiam illorum, ne dicam tarditatem, miror: Δίψιον Ἄργος ΗΣΙΟΔΟΣ μὲν, τὸ ἄνυδρον· Ἀρίσταρχος δὲ, τὸ πολυπόθητον. Vel *Aristarchi* mentio, ut alia taceam, ostendit, ΗΛΙΟΔΩΡΟΣ legendum esse. Sic a librarii accepti sunt *Aristarchus* et *Heliodorus*. Nec melior sors fuit aliorum. Θύεστον. ποτὸν τὸ ἀπὸ ἀρωμάτων ὡς ΗΡΟΔΟΤΟΣ. *Herodoti* locum sibi repertum negat *Albertus* V. Cl. Nec auctor sim aliis, ut illum quaerere instituant. Nam scribendum, ΗΡΩΔΙΑΝΟΣ. Quem Grammaticum *Hesychius* non solum in praef. laudat, sed etiam in v. Πισσοκωνία, ex eleganti C. *Alberti* conjectura. *Herodoti* vero et *Herodiani* nomina quoties commutata sint, praeclare docet *P. Wesseling. Diss. Herod. C.* IV. Alibi *Hesychius*: Κατοχήνη. — ὑπὸ ΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤΟΥ καλαμαίᾳ ἐμφερὲς ζῶον. etc. Lege, ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥ. *Callistratus* in *Aristophanem*, ex quo glossa ducta est, commentario scripsit. Item: Ταραντῖνοι. ἱππεῖς τινες ὀνομάζονται. ο

---

h) „Schol. TOWNL. ad Il. Δ, 19. ἀργείην· λευκώλενον." KIDD. *B.*

δὲ, τοὺς ἀκοντιστὰς, ἢ τοὺς ψιλοὺς, ἱππεῖς, ὡς καὶ ΙΠΠΑΡΧΟΣ. Forte quis legere malit, ὧν καὶ ἵππαρχος. Sed vide, an potius revocandus sit antiquus Grammaticus, ΤΙΜΑΡΧΟΣ, testis etiam adhibitus ab *Hesychio* v. Ἀμυστίς. Scripsit *Timarchus Commentarios in Homerum.* Scholiastes *Homeri* ineditus *i*), quem ex Codice Bibl. Regiae descripsimus, ad *Iliad.* Φ. 122. Διονύσιος ὁ Θρᾷξ, Τίμαρχος καὶ Ἀριστοτέλης, ἐνταυθοῖ ὁμοίως τῷ ἐνταῦθα περισπωμένως ἀνέγνωσαν. Item in *Euripidem.* Vid. Scholiast. *Eurip. ad Med. vs.* 1. Scripsit praeterea περὶ τοῦ Ἐρατοσθένους Ἑρμοῦ, cujus operis quartum librum laudat *Athenaeus* IX. p. 501.F. Ab hoc *Timarcho* diversus videtur *Timarchus*, Apollonii Rhodii, Euphorionis et Eratosthenis aequalis, quem *Suidas* v. Ἀπολλώνιος commemorat. Vix enim est, ut credamus, hunc *Timarchum* aequalis scriptoris, Eratosthenis, poëma commentariis illustrasse. Τίμαρχος ὁ Ῥόδιος laudatur ab *Harpocrat.* v. Ἀργᾶς. Sed *Mausacus* recte emendavit Τιμαχίδας ὁ Ῥόδιος, probante doctissimo *Kustero* ad *Suid.* v. Ἀργᾶς. Ex hactenus disputatis cogitur, non esse magnopere mirandum, si veteres Grammatici, quos *Hesychius* in praefatione se adhibuisse dicit, in ipso opere rarius commemorati inveniantur, cum illorum nomina et Epitomatores et librarii certatim delerint, nec inde adeo peti argumentum ad praefationis fidem convellendam posse. Sed, hic, *Aristarchi*, *Apionis* et *Heliodori* nomina nusquam in hoc Lexico comparere. Vel sic tamen verissimum erit, quod *Hesychius* praedicat, se multa ex horum Grammaticorum commentariis in Lexicon suum retulisse. Unde enim illae Homeri διττογραφίαι, per totum opus sparsae, nisi ab his Criticis, manarunt? Modo

i) Schol. integrum descripsit Tollius l. l. p. 6. *B.*

Aristarchi lectionem positam videas, cum interpret tione huic lectioni accommodata, modo *Apionis*, mo *Heliodori*, modo aliorum. Tales lectionum varieta tametsi eruditi interpretes passim observarunt, nesc tamen, an plures aliorum solertiae reliquerint indaga das. Tres a nobis indicatae sunt ad v. *Πτῆξε, Τυμβ χόης, Ὑπέριπτε.* quibus, non alienum fuerit, quinq alias hoc loco adjicere. *Ἀήτη. πνοὴ, ἀναθυμίασ* Glossa fluxit ex *διττογραφίᾳ Il. O.* 626. ubi nost exempla habent, *ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτης·* sed Crit quidam antiqui legerunt, *ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτη.* Sch lia inedita Bibl. Reg. quae paulo ante laudavimus. *Γρ φεται καὶ δεινὸς ἀήτη, ὡς κλυτὸς Ἀμφιτρίτη· οὐ γὰρ γράφειν ἀήτης k).* Majoris momenti varietas ha est: *Ἂν δοκάνας. δοκοὺς δέ.* Quae profecta est ex *O* *Ξ.* 474. ubi in exemplis, quae nos quidem cognover mus, legitur: *Ἡμεῖς μὲν περὶ ἄστυ κατὰ ῥωπήϊα πυκν Ἂν δόνακας καὶ ἕλος ὑπὸ τεύχεσι πεπτηῶτες* Alio lo *Hesychius*: *Βεβριθυῖαι βαρεῖαι, ἰσχυραί.* Haec glos venit ex *Aristarchi* lectione *Il. Δ.* 282. ubi omn libri habent: — *πυκιναὶ κίνυντο φάλαγγες Κυάνεαι, σ κεσίν τε καὶ ἔγχεσι πεφρικυῖαι.* Sed *Aristarchus* scr

---

k) „*Ἀήτης* in textu Cod. TOWNL. et Schol. *ἀῤῥενικῶς δειν ἀήτης· ἔνιοι δὲ ἀγνοήσαντες πεποιήκασι δεινὸς ἀήτη. κλυτὸς Ἀμφιτρίτη· ἡ γὲ ἀρσενικὴ ἐκφορὰ ἐμφαντικώτερ τὸν λόγον ἀπεργάζεται, καὶ τὸν ἄνεμον ὀφοδρότερον δ κνυσι.* Enimvero hujusmodi adjectiva generum duorum, no nunquam trium, sunt communia: cf. *Philemon. Gramm.* ap R. in Ep. Cr. I. p. 101. ed. nov. *Il. Γ,* 13. *κονίσαλος ὤρνυ ἀελλῆς* in textu Cod. TOWNL.; Schol., quae egregia praebe subsidia, *Ἀριστοφάνης γρ. κονισαλοῦ ὤρνυτ' ἀελλῆς·* qua retineant, per me licet, Schol. B. L. nec non aliud Ven. ap *Heyn.* in praef. de codd. p. XLIX, legendum e schol. TOWNL. Hesychio collatis, *κονισαλοῦ ὤρνυτ' ἀέλλη.*" KIDD. *B.*

bebat βεβριθυῖαι. Scholia MS. Bibl. Reg. πεφρικυῖαι] ὠρθωμέναι. καὶ, Ἔφριξε δὲ μάχη. βραχὺ δὲ διασταλτέον εἰς τὸ σάκεσίν τε. δι' αὐτοῦ γὰρ ἦσαν μέλαιναι. ἐκ δὲ τῶν δοράτων, πεφρικυῖαι. Ἀρίσταρχος, βεβριθυῖαι *l*). MS. male βεβρικυῖαι. *Aristarchi* lectionem *Hesychius* etiam secutus est in hac glossa: Ἔμπνυτο. ἀνεβίωσεν. quae finxit ex *Il.* X. 475. Ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἄμπνυτο *m*). ut omnes habent editiones. Sed Scholia vetera, quae ex Cod. Vossiano prodidit Vir nobis amicissimus, *Valckenaerius*, docent, *Aristarchum* legisse ἔμπνυτο. Insignis denique est lectionis varietas, quam ultimo loco commemorabimus. *Hesychius*: Σφεδανῶν. φονεύων, ὀλλύς, κτείνων. τινὲς, ἐπεσπευσμένον. ἄλλοι, σύνθετον εἶναι ἐκ τοῦ Σφὲ καὶ Δανῶν, ὅ ἐστι κτείνων. ἔστι δὲ ῥημάτιον. Hic *Daniel Heinsius* haerebat, quod, unde glossa sumta esset, ignorabat. Pertinet vero ad *Il.* Φ. 542. *n*)

---

l) „Cui accedunt egregiae fidei membranae [Schol. TOWNL.]: πεφρικυῖαι· ὠρθωμέναι· καὶ ἔφριξε δὲ μάχη· βραχὺ δὲ διασταλτέον εἰς τὸ σάκεσίν τε. ἐξ αὐτῶν γὰρ ἦσαν μέλαιναι· ἐκ δὲ τῶν δοράτων ὠρθωμέναι· Ἀρίσταρχος δὲ βεβριθυῖαι. ἡ δὲ πεφρικυῖαι ἐκ τοῦ φρίκω. Si quis summis viribus contendat, lectionem vulgatam eundem sensum suscipere, Gronoviana illud occinam, minime nempe „sufficere ad vindicandum aliquid pro genuino atque emendato, suscipere id sensum materiae convenientem; nisi constet eum sensum sic expressum, ut in eo loqui veteres solerent." KIDD. *B.*

m) „Ἔμπνυτο in textu unius *Harleiani*; Schol. alterius ἄμπνυτο, Ἀρίσταρχος ἔμπνυτο γράφει· Schol. quoque TOWNL. ἄμπνυτο διὰ τοῦ ε." KIDD. *B.*

Tome II. p. 332. [X. p. 621, D. = 521, G.] *Sem blables à ces Athlètes victorieux qu'on mène triomphe par toutes les villes.* Il y a dans l'origin ὥσπερ οἱ νικηφόροι περιαγειρόμενοι· et ces mots nous ra pellent la remarque que nous avons faite plus haut s *Tom.* I. p. 102; ils n'indiquent point des Athlète qu'on mène en triomphe, mais des Athlètes, qui apr avoir remporté la victoire faisoient le tour des spect teurs pour recevoir quelque petit présent de chacu Le grand Casaubon *ad Sueton. Ner. c.* 25. a très-bi discuté cette coutume de ceux qui sortoient vainqueu des Jeux Gymnastiques.

ELOGIUM
TIBERII HEMSTERHUSII*).
PRAEFATIO.

Cum mihi magistratum academicum deponenti pu blice dicendum esset, perfectam Critici formam in T berio Hemsterhusio spectandam *exhibui. Quod ora*

*) Cum duae sint hujus libelli editiones, altera anni 176 ejusdem quo Hemsterhusium publice laudavit Ruhnkeniu altera anni 1789, bonarum Literarum commodis nos i optime consulturos putavimus, si posteriorem, multis part bus castigatiorem, repetendam curaremus, prioris varieta suis singula locis subjecta: quod fecimus duplici consili cum, ut utraque simul editio in hoc Opusculorum collectio exstaret, tum, ut exemplo ipsius Ruhnkenii, qui unus

tionis argumentum omnibus tam jucundum accidit, ut me nunquam meminerim attentius audiri. Erant etiam, qui hanc orationem quam primum edi cuperent, ut, quam voluptatem illa audienda ceperant, eandem illa legenda iterum capere possent. Quorum voluntati me facilem praebui. Sed quoniam hujusmodi orationes, semel lectae, fere abjici solent, et in oblivionem abire, meae cavendum putavi forma ejus sic immutanda, ut non tam oratio, quam elogium esse videretur. Elogium *hac significatione non satis Latinum esse scio.* a) *Sed temporum nostrorum consuetudini aliquid dandum fuit.*

---

paucis post renatas Literas ad Veterum scribendi laudem proxime accessit, intelligerent Latinitatis studiosi adolescentes, quae sit et quam ardua res Latinae orationis facultas, quamque ad eam consequendam opus sit assidua cura ac diligentia, cum quotidiana exercitatione conjuncta. In hac quidem Praef. nihil aliud immutatum deprehendimus, nisi quod, ubi in priore edit. legitur *spectavi*, nunc maluerit Auctor *spectandam exhibui;* in fine autem *meae cavendum putavi* singulari numero dixerit, pro plurali *nostrae c. putavimus.* Sed haec levia sunt, prae insigni varietate per totam orationem diffusa. *B.*

a) Fluxit ex vulgari usu Gallicae vocis *éloge.* Latine dicitur oratio funebris *laudatio:* cf. Wyttenb. ad Plutarch. Cons. Apollon. init. T. VI. p. 700. Gronov. Lect. Plautin. p. 245. sq. Laur. Vall. Elegant. IV, 66. Ernest. in clav. Cicer. s. h. v. *Elogium*, quod graecum fontem habet, quemadmodum *antelogium* et *prologium*, cf. Voss. in Etymol. h. v. et Muret. Var. Lect. III. 13., apud Romanos dicitur de *breviore sententia*, peculiariter de *inscriptione sepulcrali*, ut ap. Cic. de Senect. c. 17: item de *notatione*, *titulo*, seu, quod vulgo vocant, *articulo:* cf. Mahn. Epicr. Bibl. Crit. p. 43. [Vitt. viror. erudit. T. I. p. 242.] *B.*

Nulla facile ars ac disciplina plus vel invidiae, vel i famiae suscepit, quam quae a primario, quod in jud eando cernitur, munere Critica vocatur. Haec aliqua do incidit in ingenia furiosa, quae nullo rationis ta quam freno coërcerentur, aliquando in jejuna et ang sta, quae non caperent tantae rei vim et auctoritate Duplex igitur, pro ingeniorum dissimilitudine, in est Critices exercendae ratio. Illi firma, nec ullo m do commovenda *b*), temere convellebant, et certa i certis conjecturis vexabant: hi nihil aliud, nisi mat riam e libris manu scriptis comportabant, in rebus i sis et sensibus scriptorum explicandis muti, in verb et formulis ad grammaticam normam exigendis loquac et rixosi. Utrique cum sibi Criticorum nomen arroga sent, et, facili plebe literaria, tenuissent, hominum v tia, ut fieri solet, ad ipsam artem traducta sunt, Critica, modo temeritatis et audaciae mater, modo nu gatoria syllabarum auceps, dici haberique coepit. Quan invidiam, non mirandum est, diutius in Critica, quan in ulla alia disciplina, cui per similem iniquitatem la bes adspersa esset, haesisse. *c*) Etenim ceterae artes magnam partem populares, et communi intelligentia patentes, facile inveniunt, qui, caussa cognita, calumniam depellant. Critica, plures difficultate et rerum

---

b) I. e., quae commoveri non deberent: non, ut in priore editione, *quae commoveri non possent*. *B.*

c) Antea: *Quae invidia diutius haesit in Critica, quam i ulla alia disciplina, cui per similem iniquitatem esset la bes aliqua adspersa.* Semel monuisse sufficiat, compluribu alterius editionis locis Ruhnkenium studuisse, ut sententi antea nude positas, et nullo vinculo copulatas, in periodoru formam redigeret, et numerorum concinnitate exornare Exemplo sit hic locus: alia passim occurrent infra. *B.*

discendarum copia et varietate deterrens, quam delectatione aliqua alliciens ad se et invitans, paucos omni tempore discipulos nacta est, paucos habuit patronos, qui caussam suam cognoscerent, innocentiam tuerentur, dignitatem et gloriam vindicarent.

Cogitanti vero mihi, quae tandem optima esset ratio tam praeclari studii commendandi, et injuria, qua premitur, liberandi, nulla commodior et efficacior occurrit, quam quae perfecti et omnibus numeris absoluti Critici imaginem, ad vivum *d*) expressam,

---

d) Scioppius Infam. Famiani p. 52. rectius judicat *ad verum*: quod, si item probasset Ruhnkenius, sine dubio secutus fuisset. Virg. Aen. VI, 848. *vivos ducent de marmore vultus* i. e. *ad vivum*, vulgo *ad vitam*, effictos. Gr. ἐμβλους, ἐμψύχους. Cf. Valck. ad Theocr. Adoniaz. p. 375. *B.*

Valck. nihil habet, quod huc faciat, nisi hoc: „*Ad vivum expressa*, ἔτυμα *dicuntur*, et ἐτύμως vere, *sive picta, seu sculpta.*" *Viva* multa appellantur; *vivum* vero tanquam substantivum non dicitur, nisi ita, ut ea pars significetur, in qua potissimum conspicitur vita: *vivam cutem s. carnem* nunc fere solent interpretari. Colum. IV, 24. *vitem falce eradere vivo tenus.* Plin. H. N. XX, 9. *quod reliquum e vivo est.* XXVIII, 10. *vulnera circumcidere ad vivas usque partes.* Cic. translate de amic. c. 5. *ad vivum resecare*, p. Flacc. c. 37. *dat de lucro, nihil detrahit de vivo.* cf. Verr. V, 50. Quod Ruhnkenius voluit, proprie dixit Plin. H. N. XXXIV, 8. *summa similitudine exprimere imagines*, translate Cic. p. Rab. Post. c. 2. *vitam patris et consuetudinem expresserat.*

[Haec suppeditat Forcell. Lex. L. L. Mecum vero facit etiam *Vavass.* de vi et us. verb. p. 2. et *Frid. Aug. Wolfius* in censura posterioris editionis hujus elogii, inserta Allgem. Litter. Zeit. a. 1791. Nr. 115, repetita in *Seebodii* Archiv. f. Philol. u. Paedagog. a. 1824. Vol. I. P. 3. p. 657 sqq. Et talem tantumque virum *Bergmanus* in annott. ad vit. Hemsterh. et Ruhnk. *hominem obscurum* appellare audet p. 318. Sciat igitur, quaecunque ab ipso Ruhnkenio in parva scidula

ob *e*) oculos ponat. Sic enim spero *f*), futurum, ut, quicunque in hoc exemplar inspexerit, quam artem in contemtum vocare ausus sit, in ea liberalis doctrinae omnis fastigium esse fateatur.

Verum, ne cui videar Criticum, qualis nec fuerit unquam, nec esse possit, fingere, exemplar ejus ducam ab eorum aliquo *g*), quibus omnes omnia summa in hac facultate tribuerunt. Nec ille longe quaerendus. Adhuc animis, vel dicam, oculis nostris inhaeret TIBERIUS HEMSTERHUSIUS. Vix dum lacrimae, quas in ejus funere profudimus, exaruerunt.

Hic talis ac tantus vir in illis, quorum vix singuli singulis seculis in generis humani exemplum nascantur, praecipuum locum tenet *h*).

---

scripta refert Addend. p. 495 sqq., ducta esse ex hac *Wolfii* censura.] F.

e) Prior Ed. *ante oculos*. Quid rectius sit, non definio: Cicero utrumque habet. *B.*

f) Antea *speramus:* maluit numerum singularem. Sic supra in Praef. et alibi. *B.*

g) Sic melius posita quam antea *ab aliquo illorum*. Infra item maluit *earum* quam *illarum*. Videntur usu ita differre, ut *is*, *ea*, *id*, universe significet quoscunque homines vel res, de quibus agitur: contra *ille*, *illa*, *illud*, peculiarem quemdam hominem aut rem, ad quam oratio refertur. *B.*

h) Aliter in priore ed. *Hic t. a. t. v. praecipuum inter illos locum tenet, quorum* caet. *In illis* rectius dicitur quam *inter illos:* cf. Epp. Sodal. Philom. p. 2. *B.* Probat haec *Wolfius* l. l. p. 560. sed praeterea scriptum mavult *qui v. t.* et *p. quendam l.* ex Ciceronis consuetudine. Illud Ciceronis locis de Legg. II, 12. *singuli singulorum sacerdotes* et de Nat. Deor. I, 28. *e gregibus ephebborum vix singuli reperiebantur* tueri *Bergmanus* in Add. ad Hemst. vit. p. 497. conatur. Hoc ita probat, ut Ruhnkenium ipsum in tertia editione

Quo magis *i*), ut mediocri ingenio homines facile patimur cum libris suis occidere, sic Hemsterhusii memoria conservanda modis omnibus, et aeternitati aequanda est. Quanquam *k*) vero ad laudem ejus magnificentius, et ad communem utilitatem uberius futurum esset, si divina cum animi, et ingenii, tum doctrinae, et sapientiae bona *l*), quibus cumulatus fuit, singulatim explicarentur, nobis tamen *m*), quod omnia persequi infinitum est, ex ea maxime parte, qua gloriam suam inprimis fundavit, hoc est, ex Critices scientia, spectandus videtur.

Critica veterum scriptorum libros, tanquam materiam, quam tractet, et in qua versetur, sibi subjectos habet: nec angustis certorum scriptorum terminis septa tenetur, sed per Poëtas, Oratores, Grammaticos, Historicos, Philosophos longe lateque vagatur, ubique judicium et censuram exercens. Quam provinciam tametsi proprio *n*) quodam jure tenet, tamen, si quando in graviorum disciplinarum auxilium vocata sit *o*), non

---

scripturum sic fuisse affirmet coll. Cic. de Off. I, 4. de Fin. II, 11. ad Div. IV, 3. *F.*

i) Prior ed. *Itaque*: eadem mox *sic contra Hemsterh.* et in fine periodi *aequanda videtur*. *B.* Hexametri versus clausulam evitatam laudat *Wolfius* l. l. p. 559. *F.*

k) Antea: *Quamquam — erat.* Conjunctivum postulat, ut videtur, sententia, sub certa conditione enunciata. *B.*

l) Olim: *divinae animi, ingenii, doctrinae, sapientiae virtutes.* *B.*

m) Sic immutata ex his prioris ed. *nos tamen, quibus o. p. i. videtur, illum constituimus ex ea — scientia spectare.* *B.*

n) *Praecipuo* antea: illud majorem vim habet. *B.*

o) Paulo aliter in priore ed. sic posita: *tamen ejus fines egreditur, si quando caet.* *B.* Subjunctivi *sit* idoneam causam

dubitat illos fines transire. Sane ex quo tempore Erasmus et Beza eam in Theologiam, Cujacius, aliique in Jurisprudentiam, saluberrimo instituto adsciverunt, ferme tam frequens est in his disciplinis, quam in regno suo. Censendi vero judicandique munere sic fungitur, ut vera a falsis et supposititiis discernat, fraudes suis vestigiis odoretur et demonstret, obscuris sive rebus sive verbis lumen affundat *p*), depravata corrigat, laudet recta, reprehendat vitiosa. Has Critici partes, tam difficiles, tam graves, qui recte sustinere et tueri velit, duplici praesidio instructus ornatusque esse debet, ingenio acerrimo, et eruditione prope immensa.

Ingenium in omnium artium, etiam leviorum, studiis valet plurimum. Sed ut aliud aptius est Mathesi, aliud Poëticae, aliud aliis artibus, sic Critica quoque sibi deposcit proprium et peculiare. Ejus autem vis

---

nullam esse affirmat *Wolfius* l. l. p. 560. Praefert eum *Bergm.* l. l. p. 497. coll. Cic. Brut. 93. *ex qua, si quando opus esset, ab inferis — testes excitaret.* de Orat. I, 33. *atque etiam, si quando in dicendo scriptum attulerit aliquid — reliqua similis oratio consequetur.* Haec omnia e cogitatione scribentis sunt dijudicanda. *F.*

p) Quum fuisset, qui reprehenderet hanc dictionem *lucem affundere*, *Bergmanus* l. l. p. 305. ita eam defendere studet, ut et contrariam *caliginem offundere* afferat ex Cic. Tusc. III, 34. Liv. XXVI, 45. Val. Max. II, 7, 6. et similes *lucem diffundere* ex Cic. de Nat. Deor. II, 37. *sole perfundi* Plin. Ep. V, 6. Lucan. VII, 215. *luce circumfundere* Cic. Acad. IV, 15. Consultius tamen putat, et recte quidem, dicere *lucem afferre* cum Cic. p. leg. Man. 12. et de Orat. I, 40. quanquam hic paulo diverso sensu. *Lumen* autem pro *luce* h. l. non posse dici, animadvertit etiam *Kraftius* ad Muretii epp. et oratt. selectas, quas a. 1826. Nordhusae cum hoc Hemsterhusii elogio in us. scholarum edidit, p. 249. *F.*

omnis ex duabus animi facultatibus *q*) oritur, ex imaginum ante perceptarum celeri instauratione, et ex promta ac parata judicandi subtilitate. Finge, Criticum, qualem deformamus *r*), impedito et corrupto scriptoris loco remedium quaerere, et diligenter attende, quibus mentis actionibus ad id, quod quaerit, perveniat. Altera animi facultas varias imagines ante haustas, quae ad talem locum expediendum accommodatae videantur, ei celeriter et in tempore offert: altera, quid res postulet, atque adeo, quid ex pluribus simulacris animo simul obversantibus deligendum sit, eadem celeritate videt ac decernit. Ergo critica vis maxime judicatur mentis celeritate, quam Graeci ἀγχίνοιαν et εὐστοχίαν, Latini *sagacitatem*, *sollertiam*, *ingenii felicitatem* vocant. Haec autem sagacitas non in hominis potestate est, non studio, labore, exercitatione comparatur, sed rarum et singulare munus est unius naturae fautricis; licetque adeo *s*), quod Democritus de Poëta dixit, ad Criticum transferre: *Criticus non fit, sed nascitur.* Tali ingenio praediti cum perraro exoriantur, non mirum sit, magnam excellentium Criticorum et nunc esse, et semper fuisse paucitatem *t*). Quod

---

q) Pluralis *facultates* addito genitivo *animi* ferri potest. Cic. ad Att. III, 10. *facultates ingenii, consilii, gratiae.* Add. Nep. Epam. I, 4. *B.*

r) Ne quis ab h. l. alienum putet, cf. quae de verbo *deformare* monuit ipse Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 90. *B.*

s) *A. Matth.* in eloqu. lat. exempl. p. 196. recte damnat, ubi dicitur pro *ideo*, adstipulante *Lindemanno.* Hoc loco id fieri negat *Bergm.* coll. *Ruhnk.* annot. ad Terent. Andr. II, 5, 4. Democriti dictum respexisse idem addit Cic. de Orat. II, 46. de Divin. I, 37. Horat. A. P. 295. *P.*

t) Cic. de Orat. I, 2. *Sic facillime, quanta oratorum sit semperque fuerit paucitas, judicabit. L.*

vero diximus, ingenium hac in re plus valere, quam artem ac disciplinam, hoc argumento intelligi potest. Multi, iique praeclarissimi *u*) viri, cum studiorum genere, ad quod ab ipsa natura deducerentur *x*), relicto, se ad Criticam contulissent, eruditione sibi, quod natura negarat, parere conati sunt *y*), ingeniique vicarium, artificium quoddam assumserunt. Quorum conatus, noli quaerere, quam infeliciter cesserit. Quanta eruditionis, de Graecis fontibus ductae, copia fuerit in Jo. Meursio et Ez. Spanhemio, nemo ignorat, nisi qui ipsam antiquitatem Graecam ignoret. At illi ipsi, cum vim facere naturae, et Criticam exercere instituunt, quam sunt dissimiles sui! Duo praestantissimi viri, N. Heinsius et P. Burmannus, omne studium suum in Poëtis Latinis expoliendis consumserunt, pari uterque eruditione, sed dispari acute sentiendi et feliciter divinandi facultate. Alter igitur Poëtarum Latinorum sospitator *z*) dictus est, alter non potuit in tantae gloriae societatem venire.

Haec vero Critici materies indolesque in Hemsterhusio tanta fuit, ut natura, quid in tali ingenio fingendo posset, in eo potissimum experta esse videatur *a*).

---

u) Prior. ed. *Multi praeclarissimi*, mox post *genere* addito *eo*. Illud majorem vim habet. *B.*

x) Rectius, in oratione suspensa, conjunctivo modo, quam antea indicativo, *deducebantur*. *B.*

y) Ad elegauter scribentium consuetudinem, et periodi formam multo melius sic collocata, quam olim *sibi parare conati sunt*, *quod n. n.* *B.*

z) De usu h. v. post alios dubitavit *Wolfius* in Litt. Anal. P. II. p. 488. et est sane serioris aetatis et grandioris styli; sed habet fortasse excusationem in Appuleji auctoritate. *F.*

a) Cf. Corn. Nep. Alcib. init. *L.*

Omnes in illo talem oculorum aciem, qualis lyncibus et aquilis tribui solet, mirabantur. Sed profecto mentis acies multo miranda magis *b*). Nihil tam abditum erat, tam nihil retrusum, quod ejus acumen falleret. Nihil tam depositum ac prope conclamatum, cui non vitam et salutem redderet. Nihil tam artificiose simulatum, quin fraudem facile sentiret, et indiciis suis teneret. Talis tam felicis Critices illustre documentum dedit in Xenophonte Ephesio *c*). Hic scriptor, aetate demum nostra, mendose et negligenter editus in Italia, nativa sua venustate Hemsterhusium invitarat, ut non solum quae quid vitii traxissent, emendaret, sed plurium etiam verborum lacunas de *d*) conjectura suppleret. Post Dorvillius V. Cl. eundem scriptorem iterum ad Codicem MS. exigi jussit. Quid quaeris? Nullus unquam vates Hemsterhusio repertus est verior. Nam vetus codex lectiones et lacunarum supplementa sic, ut ille divinando restituerat, plerisque locis repraesentabat. *e*)

Etsi vero permagnum Critico praesidium est in

---

b) *Wolfius* l. l. p. 561. duram hanc ellipsin *erat* vocat, in hoc quidem scribendi genere, frustraque eam excusare studet *Bergm.* *F.*

c) Animadversiones suas Hemsterhusius prodidit in Observv. Miscell. Belg. Voll. III. IV. V. VI. unde eas in suam quisque editionem transtulerunt Locella a. 1796. et Peerlkamp a. 1818. Illustria sagacitatis Hemsterhusianae specimina jam antea protulerat d'Orvillius ad Charit. pp. 307, 322, 488, 532, 562, 686, 707. *B.*

d) *Wolfius* l. l. p. 561. recte putat dici *facere quippiam de sententia*, *de conjectura alicujus*, *supplere* autem rectius *ex conjectura*. *F.*

e) Olim *repraesentavit*. Imperfectum postulat consecutio temporum, praecedente plusquamperfecto. *B.*

mentis vi et sollertia, nemo tamen omnia in eo posita putet. Comparandum est alterum instrumentum, eruditio; quae ut parum aut nihil sine ingenio, sic sine eruditione ne perspicacissimum quidem ingenium quicquam effecerit. Recte Crates Mallotes, quem haec ipsa ars nobilitavit, apud Sextum Empiricum *f*), in Critico requirit omnis liberalis doctrinae, quam Graeci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant, scientiam. Si igitur *g*) ad Criticam adspirare velis, de *h*) Cratetis praecepto, ante *i*) Grammaticam, non vulgarem istam, sed altiorem, percipias, habites in Poëtis et Oratoribus, peragres latissimum historiae campum, mente complectaris universam philosophiam, et his omnibus adjungas Mathesin, maxime partes illas, quae mentem exacuunt ad verum cernendum. Ex tanta tot artium ac disciplinarum ubertate Critica demum efflorescit et redundat: tali instructu ornatuque eam oportet esse comitatam *k*).

Equidem *l*) vereor, ne hac rerum discendarum multitudine commemoranda restinguam potius juventutis studia, quam incendam. Sed quid faciam? Non alius

---

f) Adv. Mathem. I, 79. *L.*

g) Antea: *Quamobrem si.* *B.*

h) In priore ed. *ex Cratetis praecepto.* Quae causa fuerit ex in *de* mutandi, non facile dixerim, nisi forte hoc sit usitatius: frequens certe formula est, *de sententia*, *de consilio* alicujus facere, caet. *B.*

i) Olim *ante percipias Grammaticam*, quod *Bergm.* notare oblitus est, vehementer probante *Wolfio* l. l. p. 560. ob nescio quam caliginem lectorum oculis offusam mutato pristino verborum ordine. *Wolfius.* assentientem sibi habet *Bergmanum* in add. ad Hemst. vit. p. 499. *F.*

k) Cf. Cic. de Orat. III, 6. *quocunque ingreditur, eodem est instructu ornatuque comitata.* *L.*

l) Deest v. *equidem* in priore ed. *B.*

ad pulcerrimam artem aditus patet, nec aliis gradibus Hemsterhusius ad id, quod in illa summum est, ascendit.

Juvat igitur, non modo quam praestans et inusitata ejus eruditio fuerit, sed etiam qua via et ratione ad illam pervenerit, explicare. Quod dum facimus, pars vitae Hemsterhusianae, ut ad cognoscendum jucundissimae, sic ad imitandum utilissimae, breviter attingenda erit.

Puerulus *m*) literarum initia cum ab idoneis ma-

---

m) Natus est Groningae 1. Febr. 1685. Ab a. 1704. Philosophiae et Matheseos Professor Amstelodami: ab a. 1717. Linguae Graecae, post etiam Historiae Patriae Professor Franequerae, ab a. 1740. ejusdem Linguae et Historiae Professor Leidae. Obiit 7. April. 1766. *R.*

Exstat in diario *Bibliothèque des Sciences et des beaux Arts*, T. XXVI. P. I. a. 1766. p. 216. gallice scriptum *Hemsterhusii Elogium*, lectu haud injucundum, nec tamen, quod quis fortasse suspicetur, a Ruhnkenii manu profectum, quippe tantis in eo laudibus celebrati, quantas in se ipse nunquam contulisset. In ista igitur scriptione Hemsterhusius natus esse dicitur 9. Jan. quod qua auctoritate nitatur, nobis obscurum est. Differt etiam annus delatae ipsi Philosophiae et Matheseos in Athenaeo Amstelod. professionis, qui ibi memoratur a. 1705, in quo consentientem secum habet scriptor brevem vitae Hemsterh. notationem, proditam a Cl. Vriemoetio in Athenis Frisiacis p. 782 sq. Inscriptum Hemsterhusianae effigiei, quae in tabula picta servatur in Aedibus Academicis, elogium sic se habet: *Tib. Hemsterhuis, Groninganus, primum Philos. et Mathes. Prof. Amstelaed. ab a.* 1705. *dein Franeq. ab a.* 1717. *tandem Leidae Ling. Gr. et Hist. Patriae Prof. ord. ab a.* 1740. *natus* $^{9}/_{1}$ 1685. *obiit* $^{7}/_{4}$ 1766. Conf. Saxii Onomast. Litter. P. VI. p. 100 et 638. Te Wateri Narrat. de Rebus Academiae L. B. Sec. XVIII. p. 220. *B.*

Vriemoetius, cujus brevem narrationem *Harlessius* in vit. philolog., ubi Hemsterhusii elogium haud sane accurate re-

gistris percepit, tum a patre, Francisco Hemsterhu-

---

petiit, posuerat, ego in oratt. Hemsterh. non neglexeram Vriemoetius igitur haec scripsit: „*Tiber. Hemsterhusiu* Groninganus, N. Hemsterhuis, Medic. Doct. filius. Natus a 1685 studiorum academicorum ab a. 1598. Groningae coeptorum peracto cursu, Philos. et Mathes. Professor in ill. Athenaeo Amstelaed. creatus est a. 1705. Inde evocatus in Academiam Frisiacam ad Professionem ling. Gr. d. 26. Aug. a 1717 in locum Lamberti Bos; adgressus eam mox est: introductus vero publice demum 6. Mart. 1720 oratione habit *de Graecae linguae praestantia, ex ingenio Graecorum e moribus probata.* Adcessit Professio historiae patriae m Mart. 1738. Sed d. 12. Sept. a. 1740. invitatus Leidam ad idem duplex munus ornandum, eo transiit, inauguratus d. 25. Nov. oratione *de studiis humanitatis ad formandos mores et virtutis cultum deferendis.* Scripta viri cl. haec exstant: 1) Jul. Pollucis Onomastici libri tres posteriores (prioribus VII curatis ab *I. Henr. Lederlino*) c. varr. lectt. e notis ac praefixa ampla praefatione de Polluce aliisque Onomasticorum scriptoribus. Amstel. 1706. Fol. II. Voll. [Parum contentus juvenilibus in Pollucem curis Hemsterhusius uberiorem commentarium separatim edendum paravit. Cum quanquam, Ruhnkenio teste in ep. ad Ernestium data, nihil ad perfectionem absolutionemque defuit, prorsus tamen evanuisse eum et in bibliotheca acad. L. B., in quam omnis Hemsterhusii litteraria supellex illata est, non esse repertum ut narrat Bergm. in Addend. ad vit. Hemsterh. p. 358. nemo non et mirabitur et dolebit summopere. *F.*] 2) *Luciani* colloquia selecta et Timon, aliaque [Cebetis tabula et Gnomae *μονόστιχοι*, sed sine annotatt.] c. notis [et vers. lat. Amstel. 1708. 12. [Recusus est liber ob praestantiam Basil. 1771. 12. *F.*] 3) *Aristophanis* Plutus c. schol. vet., var. lectt. et notis. Harlingae, 1744. 8. [Novam editionem cum epimetris *Bastii* suisque ac *Forsoni* adnotatt. curavit *G. E. Schaefer.* Lips. 1811. 8. *F.*] 4) *Luciani* opera, ex edi- quae III Tomis a. 1743. 4to. prodiit, c. nova vers. lat. e notis Tom. I. usque ad p. 521. [Absolvit edit. *I. F. Reitzius* Amstel. et Traj. ad Rhen. eddito verborum indic-

io, qui salutarem artem, quam profitebatur, cum

Voll. IV. 4to. Appendicem animadvv. *Hemsterhusii* ex schedis MSS. in bibl. Lugd. Bat. asservatis ed. *Jac. Geel.* Lugd. Bat. 1824. 4to. Reitzianam editionem repetierunt Bipontini a. 1789 sqq. X Voll. 8vo. et *I. Th. Lehmannus* additis suis aliorumque adnotatt. Lips. 1822 sqq. augere coepit VI Voll. 8vo. *F.*] 5) Notae et emendationes ad Xenophontem Ephesium hoc nomine subscripto *T. S. H. S.* insertae Miscell. Crit. Amstelod. Vol. III. p. 402 sqq. Vol. IV. p. 282 sqq. Vol. V. Tom. I. p. 17 sq. Tom. III. p. 49 sq. Vol. VI. p. 292 sqq. et p. 338 sq. 6) Observv. nonnullae ad Chrysostomi Homil. in Ep. ad Philem. additae Raphelii adnotatt. in N. T. ex edit. Leid. Tom. II. p. 76 sqq. 7) Orationes inaugurales: Franequer. 1720. fol. Panegyrica, ad Cels. Principem Arausii et Nassaviae. Leid. 1747. fol. Funebris in memor. Camp. Vitringae fil. Franeq. 1723. fol." In orationibus Hemsterhusii, quas *Valckenarius* edidit L. B. a. 1784. simul cum suis, desideratur Panegyrica ad princ. Ar. et Nass. habita, sed praeter duas a Vriemoetio modo memoratas reperiuntur: a) de *Paulo Apostolo* hab. Franeq. a. 1730. b) de *litterarum humaniorum studiis ad mores emendandos virtutisque cultum conferendis*, dicta L. B. a. 1740. Hanc repetiit *Ern. Klose* in Neulatein. Chrestom. Lips. 1795. p. 346 sqq. Germanice reddita legitur oratio, quae est *de linguae gr. praestantia*, in Gramm. Graec. March. Tom. 2. Lps. a. 1807. c) de *mathematum et philosophiae studio cum literis humanioribus conjungendo*, a. 1705, ut opinor, habita. d) in *obitum Georgii Arnaldi.* Eas omnes separatim in usum juvenum edidi Wittenbergae a. 1822. 8. praefixa Hemsterhusii vita a Ruhnkenio scripta. Praeterea vero ex *Bergmani* annot. ad vitt. Hemst. et Ruhnk. p. 318 et 502 intelligo, Valckenarium omisisse non solum Panegyricam *ad princ. Ar. et Nass.* habitam Leidaeque a. 1747. fol. editam, (cf. Bernard. in ep. ad Reisk. in hujus vita p. 250, qui defuncto a. 1750. Alb. Schultensio, amico, Hemsterhusium parentaturum fuisse scribit p. 380.) sed etiam *Parentalem* in obitum *I. C. Rungii*, prof. Franeq., cujus mentio exstat ap. *Vriemoet.* l. l. p. 786 et *Sax.* Onom. P. VI. p. 165. et de *statu Belgii* habi-

politioribus literis conjunxerat, et peregrinandi stu
ductus, omnem fere Europam lustrarat *n*). Vis ing
sic ante annos in Hemsterhusio nostro eluxit,
multi, quibus carus erat *o*), timerent, ne non vitali
puer esset, aut ingenium tam praecox ad frugem p
veniret. Quam sollicitudinem vanam fuisse, even

---

tam d. 8. Febr. a. 1748., cujus meminit *Te Waterus* I
rat. p. 220. Esse etiam dicitur Hemsterhusii praefatio
J. Regii orat. funeb. in mem. *Gul. Coëtier* Franeq. 17
unde nonnulla retulit *Vriemoet.* p. 705. — 8) Denique n
Jac. Geelius edidit *Anecdota Hemsterhusiana* ex sch
MSS. in bibl. L. B. asservatis. Lugd. Bat. a. 1825. Tom
P. 1 — 163. sunt eaedem in *Lucianum* annotationes,
antea in appendice evulgabantur. p. 164 — 220. Anima
in *Pollucem.* p. 221 — 268. Animadvv. in *Harpocration*
p. 269 — 286. Emendd. in *Juliani Caesares.* p. 287 —
Animadvv. in *Apollonium Rhodium. Jamblichei* autem
treptici editionem affectam cum *Fabricii* copiis brevi al
luturum esse *Jo. Coppellium* laetantibus nobis signifie
Geelius in praef. l. l., reliqua a sese ipso curatum iri p
mittens Optabile vero est, ut Epistolae tanti viri non
tius lateant, et, quae sparsae feruntur, colligantur. *F.*

n) Sic pristinum *peragrarat* Ruhnk. immutavit, cum ob
xime praecedens *peregrinandi*, ut videtur, tum ob majo
vim verbi *lustrare*, quâ idem valet ac *contemplandi cau*
peregrinari. *B.*

o) Desiderantur in priore ed. verba *q. c. e.* *B.*

p) Antea: *timerent, ne v. p. esset, neve tam praecox in*
nium, caet. plane contrario sensu. *Timeo ne vitalis puer*
idem est ac si dicas, *timeo ne diu vivat puer* sive *mor*
pueri opto, quod quam parum conveniat iis, quibus puer
rus sit, unusquisque videt. Contra *timeo ne non v. p.*
significat, *vereor ut puer diu vivat*, i. e. *timeo ne b*
moriatur puer. *B.* Cf. *Zumpt.* Gr. L. § 78, 6, b. N
2. *F.*

docuit. q) Nam eundem mentis vigorem integrum et illibatum pertulit ad extremam usque senectutem, r) hoc est, ad aetatis annum octuagesimum secundum, qui vitae ultimus fuit. Una memoria, quanquam raro, lababat, ubi proprium hominis nomen subito edendum esset.

Decimum quartum s) annum agens, qua aetate plerique in tirociniis haerent, jam versabatur inter cives

---

q) In periodi formam redegit: antea *Quae sollicitudo vana fuit*. *B.*

r) *Bergm.* in vit. Hemst. et Ruhnk. p. 509. „De Hemsterhusii senectute, quae aliorum praestabat juventute, conf. R. Or. de Doct. Umbr. [supra p. 131.] Quibuscum non pugnant, quae de *torpore senili* scripsit in vit. Ruhnk. p. 153. Wyttenbachius. Nam et de extrema vitae parte ista accipi possunt, quum Ruhnkenius illam orationem quatuor ante viri obitum annos [-is] habuerit: et fuit Hemsterhusii juvenilis quidem senectus, at senectus tamen." *Geelius* in praef. l. l. p. XVI sq. „Quanta scripturae ejus in summa tenuitate fuerit perspicuitas, documento esse potest, quod in his indicibus et aliis ejusdem generis chartulis frequenter inserta inveniuntur additamenta ipsius Hemsterhusii manu, ex multa senectute torpente et tremula. Et hinc quidem illorum opinio refutatur, qui existimant, ejus provectam aetatem hanc ob causam minus fuisse feracem et fructuosam, quod ejus commentationum minutior scriptura oculorum aciem fugisset. Imo, ut incomparabili valuit mentis perspicacitate, ita lyncei plane illi corporis fuerunt oculi, et ad summam senectutem integerrimi servati sunt. Verum etsi immensam congesserat sylvam, vel paratam, vel ex levi indicio, adjuvante memoria, inveniendam, una tamen promta scribendi facultas deerat, ac perpauca illum litteris consignasse credam, quae non saepius ad limam revocarit, vel penitus incudi reddiderit". *F.*

s) Si non falso, certe insolenter ita dicitur pro *quartus decimus* et similia: cf. *Zumpt* Gr. L. §. 28. 29. *F.*

Academiae Groninganae, et praestantissimos quosque bonarum artium magistros audiebat. *t*)

---

t) *Bergm.* ad Hemst. et Ruhnk. vit. p. 310. „In his J. Braunium, cognitum opere de Vestitu Hebraeorum, sub cujus auspiciis Theologiam se literasque humaniores excoluisse scribi ad Polluc. p. 1305, b. Huic et fortasse Alb. Schultensio eam debuit linguarum Orientalium peritiam, quam in eo fuisse patet ex animadv. ad Polluc. p. 1060., b. 1220, a. Add. ad p. 1303 sq. Qua de re nos monuit M. Tydemannus." *Geel* l. l. p. IX sq. „Ruhnkenius in Elogio de multiplici doctrina agens, qua H. sibi viam ad artem criticam muniverat, literarum Orientalium mentionem omisit, in quibus tamen hic adeo non hospes fuit, ut ejus schedulae multos contineant Arabicorum scriptorum et sacrorum librorum locos, qui in tempore et ex multa lectione commentanti in mentem venisse videantur, atque tum in his, tum in Syriacis, Armeniacis, Aethiopicis, quibus ad multa antiquitatis capita explicanda et in primis ad glossas Isidori interpretandas usus est scripturae firmitas et elegantia manum prodat istis literarum formis exarandis assuetam. Quid igitur est, quod haec omiserit Ruhnkenii diligentia, nisi Hemsterhusius, pro illorum temporum opinione, literas Orientales Graecarum Latinarumque studio obesse putans, hanc quasi eruditionis luxuriam, a matura inde aetate depastam, nulla mentione coram discipulis dignam censuerit. Quicunque pervolvit quidquid est Hemsterhusii chartularum et annotationis ineditae, ejusque scripturae aetates accurate dignoscit, huic facile erit ad judicandum, Hemsterhusium ex illo immenso campo, qui omnium veterum populorum literas complectitur, quemque ille totum fere percurrere solebat, in arctiores ambitus sese recepisse, ac tandem intra terminos literarum Graecarum et Latinarum substitisse. Hujus quidem mutati consilii originem in celebratis Bentleji epistolis quaeri oportere, atque cetera, quae eo pertinent, jucunde a R. exposita esse, nemo est, qui ignoret. Sed H. eo minus ad literas Orientales exspatiabatur, quo magis in Graecae antiquitatis recessus penetrabat, quin hanc ita diligebat et mirabatur, ut, qui olim exemplo Scaligerorum, Casaubonorum, Vossiorum, multa vocabula Graeca

Socrates apud Platonem omnia praeclara de Isocrate adolescente, auguratur, quod natura philosophia quaedam inesset in ejus mente. *n*) Simillimam Isosraticae indolem Joannes Bernoullius, Mathematicorum longe princeps, in Hemsterhusio adolescentulo, simul atque eum in disciplinam receperat, sagacissime perspexit. Iccirco *x*) nihil antiquius habuit, quam ut philosophiae semina, quae in ejus mente laterent, proliceret, et recta cultura firmaret. Nec Hemsterhusius Bernoullii augurium fefellit. Nam tanta celeritate altiorem Geometriam percepit, et in intimos philosophiae recessus penetravit, ut magister fateretur, se, quem cum eo compararet, inter discipulos habere neminem. Atque haud scio, an multum *y*) fallamur, si altos illos et

---

ex Oriente repetivisset, postea Graecae linguae originem pro magna parte Graecam esse putaret." Cupide exspectamus commentationes Hemsterhusii ad orientales literas pertinentes, quas quidem *Hamakerus* se editurum esse promisit. *F.*

u) *Frotscherus* ap. *Lindemannum* in ed. vit. Hemst. et Ruhnk. p. 8. attulit Plat. Phaedr. p. 279, A. *φύσει γὰρ, ὦ φίλε, ἔνεστί τις φιλοσοφία τῇ τοῦ ἀνδρὸς διανοίᾳ* et Cic. Or. *Inest enim natura philosophia in hujus viri mente quaedam.* *F.*

x) Ed. pr. *itaque.* Infra quoque eandem particulam posuit pro *quamobrem*, item initio periodi, quo loco saepe ponitur. Contra, ubi antea posuerat *idcirco*, nunc maluit *propterea.* *B.*

y) *Ruhnkenium* h. l. nihil aliud dicere voluisse, nisi *credo, nos non multum falli*, luce clarius est. Itaque *Matth.* in eloqu. lat. exempl. p. 350, qui perspectum haberet usum Romanorum, scriptum fuisse putavit *haud scio an non multum fallamur*, et *Lindem.* l. l. p. 8., ut Ruhnkeniano nomini parceret, ita edidit, typographis errorem tribuens. Quibus ut contradicat, negationemque abesse posse ostendat, *Bergmanus* multa movet, nihil promovet; nam et usum lin-

magnificos de rebus divinis humanisque sensus, qui po stea se omnibus Hemsterhusii dictis factisque protule

---

gnae Latinae ignorat, neque aetates scriptorum discernit, se summa imis miscet. Spero autem fore, ut redeat ad fruger perlecto excursu ea de re scripto a *Gernhardo* in edit. Lael Cicer. Lips. a. 1825. p. 246 sqq. Quod ut fiat aliique sil caveant ab errore, potiora verba, quae summam rei haben appono: „Ut alterius a Cicerone saeculi scriptores *dubite an* sic coeperunt usurpare, ut sequentia verba negationen inde referrent; ita *nescio*, *an* negandi vim tribuit verbi sequentibus apud Val. Max. IX, 3, 1. III, 6, 1. Plin. ep VII, 19. M. Senec. Controv. I. ed. Bip. p. 63. L. Senec. ep 25. Haec igitur horum sunt scriptorum, qui verbi *haud scio*, *an* usum prorsus ignorant, *nescio*, *an* autem, ut *dubito an* modo pro vera inscientiae vel dubitationis notatione haberi volunt, modo pro affirmandi formula. cf. Val. Max. II, 4. 11. Ita rhetoricam vim harum formularum si minus negligunt, non tamen constanter observant. Scenici vero poëtae et Cicero cum Livio *nescio*, *an* vel *haud scio*, *an* pro *opinor*, *suspicor*, *videtur*, *fortasse*, cuique sententiae sic praefigunt, ut nihil praeter sententiae notationem afferant ad enunciationem, quae, negandi voculam dum non contineat, affirmativam vim suam retinebit, si ea pronomina et adverbia excipis, quae media per se a praecedente negatione in *nescio* vel *haud* cum *scio* conjuncto, negativam vim suam repetunt." Qui cupit apud nos dissidentium ea de re rationes cognoscere, conf. in primis *Zumpt*. gr. l. §. 84, D, 10 qui in Aufgabb. z. Uebers. p. 248. ed. tert. recte ad h. l negat, veteres *haud scio*, *an non* simpliciter dixisse (cf *Vorst*. de latin. merito suspecta c. 26.) *Beieri* excurs. XII ad Cic. de offic. T. I. p. 335 sqq. T. II. p. 192 sq. *Schuppii* progr. scholast. Hanov. 1820. *A. Matth*. disp. in nostri Miscell. Crit. T. I. p. 679 sqq. et in *Seebodii* Archiv f. Philol. u. Paedag. Vol. II. P. I. p. 26 sqq. *Gernhard*. ibid Vol. I. P. I. p. 104 sqq. et Vol. III. P. I. p. 100 sqq. *Mich. Weberi* progr. acad. Hal. a. 1826., ut taceam alios, quos commemorat *Kraft*. l. l. p. 308 sqq. *F.*

runt, magnam partem a Bernoulliana disciplina repetamus. Ipse quidem, Bernoullium divino munere sibi praeceptorem obtigisse, cum gaudio, quod vultu et oculis proderetur, fateri solebat.

Ita cum aliquot annos exegisset in Academia patria, Leidam venit, invitatus praecipue fama *z*) Jacobi Perizonii, qui cum ceteras humanitatis partes egregie, tum veterem historiam elegantius, quam quisquam ante eum, tradebat. Leidae tum casu quodam disjecti erant publicae Bibliothecae Codices MSS. *a*) Horum in ordinem redigendorum cura ab Academiae Curatoribus demandatur Hemsterhusio. Quod Curatorum de tantulo adolescente judicium tam felix omen in posterum tempus faciebat, ut nemo unus dubitaret, quin is aliquando Jacobo Gronovio in Graecarum literarum Professione successurus esset. Verum, vacante illa provincia, res secus cecidit, non Curatorum voluntate alienata, sed artibus eorum *b*), qui, ne luminibus suis obstrueretur,

---

z) Ed. pr. *inclyta fama.* Mox item in sequentibus paulo aliter: *qui cum c. h. p. egregie tradebat, tum veterem historiam sic, nihil ut supra fieri posse videretur. B.* Verius postea dictum praedicat *Wolfius* l. l. p. 659. *F.*

a) *Bergm.* l. l. p. 315. „Constat hac de re ex ipsius Hemsterhusii verbis in praef. ad Polluc. p. 24. extr.“ *Lindem.* l. l. p. 8. „Etiam nunc si non disjectos, at conjectos in angustum et tali academia tantoque librorum thesauro indignum locum dolent professores et quidquid est ubique hominum doctiorum.“ *F.*

b) *Bergm.* l. l. „Significantur cum alii panci, tum praecipue P. Burmannus Senior, tunc temporis Eloq. Ling. Gr. et Hist. Prof.: id quod ex ipso hujus elogii scriptore sese audivisse refert J. G. Te Waterus in Narrat. l. l. p. 212. Ceterum Graecarum literarum provincia, Gronovio doctore orbata a. 1716 mense Octob., ac Burmanno, ut videtur, interim

metuebant *c*). Data est Professio Havercampo, si m
Academiae, at ipsorum rationibus accommodato.
haec latere, melius est, quam cum auctorum ignon
et dedecore in lucem proferri. Leidae cum Hemste
sius studiorum spatia decurrebat *d*), vix dum ex
decimo nono aetatis anno, Amstelodamum, ut juve
studiosae viam ad Mathesin et Philosophiam prae
honorifice invitatur. Quis est, qui talem provin
nactus, non totam studiorum rationem commuta
non humaniores literas, veluti crepundia, abjeci
Talis stultitia in alios, ab angustis doctrinae com
diis profectos, cadere poterat, in Hemsterhusium
poterat, qui praeclare sciret, quo societatis vi

---

demandata, vacavit aliquamdiu, anno demum 1721 H
campo data; de quo paulo post in familiaribus ad Ou
dorpium litteris, quae fuerunt penes eundem Te Wate
ita scripsit Th. Sellius: *Quid? quod et nonnunquam suavis
tempus triverimus exagitandis quibusdam minorum gen
criticis, quos inter vel nugacissimus mihi semper visu
Sig. ille Haverkampus, quem Leidam — vocatum ess
obstupui. Ego enim, qui hominem intus et in cute
pro comperto habeo, nihil, quod dignum sit academi
B., ab ejus ore aut calamo proficisci posse.* Quo
mentes, rectae quae stare solebant Antea, dementi sese
xere ruina? — *Sit licet positus in sede, quae tot ma
viros tulit, nunquam tamen me judice efficiet, ut digr
tem illam meruisse dicatur. Adeo vera sententia: πο
μὲν ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε Βάκχοι.*" *F.*

c) Antea *timerent*. Neque hic, neque infra ulla ratio ad
quae postularet conjunctivum. *B.*

d) Sic rectius modo indicativo, quam antea conjunctivo, *Cu
decurreret*. Tempus enim, non causa significatur. Cet
proxime sequentia minus bene fuerant collocata: *honor
Amstel. invitatur, ut*, caet. *B.*

lo hae disciplinae inter se devinciantur *e*). Ac reperit Amstelodami, quorum consuetudine elegantiorum literarum studium non mediocriter aleret *f*). Ornabat tum illam urbem ingeniosus Poëta, et disertus Poëtarum Latinorum interpres, Janus Broukhusius. In eadem tum aliquot annos *g*) degebant Stephanus Berglerus et Ludolphus Kusterus, ille veteris philosophiae scientia, hic critica facultate, uterque Graecis literis tam excellens, ut ambiguum posteris reliquerint, uter utri ea laude praestaret. Quorum *h*) amicitiam Hemsterhusius appetebat cupidissime, tenebatque eo constantius, quo magis ingenium talium virorum sermonibus ad omnis elegantiae sensum acuebatur. Hac tam felici velut *i*) contagione Broukhusius in eum transfudit Propertii *k*),

---

e) *Wolfius* l. l. p. 561 praefert *devincirentur*, non deterritus quibusdam Livii exemplis, sed paulo diversis. *F.*

f) Suum ipse studium Hemsterhusius, ut manifesto indicat activum *aleret*, cujus loco in pr. ed. minus perspicue passivum positum erat *vehementer aleretur*, quod universe de Literarum studio intelligi poterat. *B.*

g) Antea: *Mox tempus aliquod ibidem. B. Tempus aliquod* a veteribus dici negat *Wolfius* l. l. p. 559., quamvis *aliquamdiu* dicatur. *F.*

h) Olim *Horum. B.*

i) In priore ed. desideratur *velut*, audacioris translationis excusandae causa additum. *B.*

k) *Bergm.* l. l. p. 316. „Mox enim Hemsterh. suas in Propertii libros priores conscripsit animadversiones: conscriptas misit ad amicum, P. Vlamingium, doctiss. Amstelodamensium poetam, de quo cf. Sax. Onom. Vol. VI. p. 293 et 695. Haec postea pervenerunt ad J. Schraderum, a quo cum P. Burmanno Sec., futuro Propertii editore, communicatae, post Burmanni obitum, primum lucem viderunt in Addendis ad hujus edit. p. 920 — 951, passim insertae a L. Santenio,

Kusterus Aristophanis *l*) amorem, salutare
utrique Poëtae futurum. Sed jam an
quod Hemsterhusium cum Graecis Mu
geret. Destituerat vir doctus *n*) Ju
nem, quae Amstelodami parabatur
stitutas partes excipiat. Itur
Graevii auctoritate impulsus,
commentatione, juvenili illa
nis Hemsterhusii, eruditiss
mosque in se convertit.
aetate se ipsum conten
sentiebat. Brevi post

cujus v. praef. v
jam ipse Bur
p. 203, a. 1

l) *Bergm.* l
salutaris
steriar
sterl
na

...leg
...ssione
...il sibi d
...ninus habi
...fessio.
...us, cum dolori
se adolescentem
omnium principe con
rediit, et cum literis
...onitionis haec vis fuit, ut
non ante se in hunc pra
quam artium omnium copia
comprehendisset, et, quonia
...prehendebatur, Comicorum vers
quam varia metrorum genera,
...itus percepisset. Nec alium, nisi
...rem suum, sibi imitandum sumsi

u) Olim *verae gloriae cupidos.* Ver
tantum gloriae cupiditatem, sed eti
Haec fortasse fuit mutandi causa.

x) De Medic. VIII, 4. *L.*

y) Ed. prior: *paene infinitam co*
quuntur: *et quoniam — perc*
cens accessere. *B.*

), hunc in oculis ferebat, hunc omnibus
Criticis anteponebat, ne dissimulans
si quis talis viri magnitudinem,
one posset, per invidiam alla-

pletandae consilio, ve-
Homero, scriptores
git? immo vero ex-
, ut, quicquid vel ad
vel ad historiam, vel ad
el ad priscam sapientiam per-
sset, ac, si res postularet, inde
tur *b*).

consuetudinem ipse in legendo tenue-
veterrimo quoque scriptore gradum faceret
qui proximus esset aetate, eandem aliis etiam
etiam commendabat. Nam primum, ut alias op-
ortunitates omittam *c*), si hac via progrediaris *d*), non
verborum tantum, sed etiam significationum, singulis

---

z) Olim *maxime admirabatur*. *B*.

a) Olim *pertinaci et indomito*. Sic Muretus Opp. T. I. p. 529. *B*.

b) Antea *et — statim depromi posset*. Constat, bonos scriptores vim verbi *posse* conjunctivo modo tribuere, ita ut, ubi nos v. c. usurpare solemus *dicere possim*, illi simpliciter ponant *dicam*. Igitur hac parte meliorem consuetudinem probavit Ruhnk. uti fecit etiam infra aliquot ies. *B*.

c) Vide quae diximus Praef. ad Timaei Lex. Platon. [supra, horum Opusc. p. 80.] *R*.

d) Exquisitius quam in priore ed. *si hac ratione progrediare*. Solita translatione *via progredi* ponitur pro *rationem sequi*. *B*. Hac forma *are*, quam Ciceronem fere semper praetulisse constat (cf. Zumpt. Gr. L. §. 456. et *Beier* ad Cic. de off. I, 1.) cur *Ruhnk.* non saepius usus sit, miratur

astute id dissimulasset, quam cautionem et diligentiam ne in vulgus emanaret, adhibuisset? At ille, o callidum hominem! id narrere discipulis, et crebris sermonibus usurpare solebat. Nescio, quid alii sentiant. Mihi nunquam major, quam cum haec de se ingenue fatebatur, visus est Hemsterhusius. Nam acer animi morsus indicat, quos quam altos et veram gloriam *u*) expetentes spiritus pectore gesserit, erroris confessio, quantam maximarum rerum fiduciam haberet. Eleganter et vere Celsus *x*) de simili Hippocratis confessione ait: *Levia ingenia, quia nihil habent, nihil sibi detrahunt. Magno ingenio, multaque nihilominus habituro, convenit simplex veri erroris confessio.*

Mox tamen Hemsterhusius, cum dolori successisset cogitatio, quam inique se adolescentem cum Critico veterano, eodemque omnium principe comparasset, et secum in gratiam rediit, et cum literis Graecis. At Bentlejanae admonitionis haec vis fuit, ut apud animum constitueret, non ante se in hunc praecipitem locum committere, quam artium omnium copiam *y*) mente et cogitatione comprehendisset, et, quoniam in hoc maxime reprehendebatur, Comicorum versus non ante tentare, quam varia metrorum genera, Comicis usitata, penitus percepisset. Nec alium, nisi illum ipsum monitorem suum, sibi imitandum sumsit. Hunc enim mi-

---

u) Olim *veraе gloriae cupidos.* Verum *gloriam expetere*, non tantum gloriae cupiditatem, sed etiam ejus studium significat. Haec fortasse fuit mutandi causa. *B.*

x) De Medic. VIII, 4. *L.*

y) Ed. prior: *paene infinitam copiam.* Quae autem mox sequuntur: *et quoniam — percepisset*: ea huic alteri ed. recens accessere. *B.*

rabatur unum *z*), hunc in oculis ferebat, hunc omnibus memoriae nostrae Criticis anteponebat, ne dissimulans quidem offensionem, si quis talis viri magnitudinem, quam consequi nulla ratione posset, per invidiam allatraret.

Inito igitur eruditionis locupletandae consilio, veteres, inde ab ingeniorum fonte, Homero, scriptores nunquam remisso *a*) studio legit: legit? immo vero excerpsit, et in horrea sua congessit, ut, quicquid vel ad utriusque linguae rationem, vel ad historiam, vel ad ritus et mores gentium, vel ad priscam sapientiam pertineret, id paratum esset, ac, si res postularet, inde continuo depromeretur *b*).

Quam vero consuetudinem ipse in legendo tenuerat, ut a veterrimo quoque scriptore gradum faceret ad eum, qui proximus esset aetate, eandem aliis etiam atque etiam commendabat. Nam primum, ut alias opportunitates omittam *c*), si hac via progrediaris *d*), non verborum tantum, sed etiam significationum, singulis

---

z) Olim *maxime admirabatur*. *B*.

a) Olim *pertinaci et indomito*. Sic Muretus Opp. T. I. p. 329. *B*.

b) Antea *et — statim depromi posset*. Constat, bonos scriptores vim verbi *posse* conjunctivo modo tribuere, ita ut, ubi nos v. c. usurpare solemus *dicere possim*, illi simpliciter ponant *dicam*. Igitur hac parte meliorem consuetudinem probavit Ruhnk. uti fecit etiam infra aliquot ies. *B*.

c) Vide quae diximus Praef. ad Timaei Lex. Platon. [supra, horum Opusc. p. 80.] *R*.

d) Exquisitius quam in priore ed. *si hac ratione progrediare*. Solita translatione *via progredi* ponitur pro *rationem sequi*. *B*. Hac forma *are*, quam Ciceronem fere semper praetulisse constat (cf. Zumpt. Gr. L. §. 456. et *Beier* ad Cic. de off. I, 1.) cur *Ruhnk*. non saepius usus sit, miratur

verbis et formulis attributarum, tanquam tempora certius constituas, cujus rei diligens observatio in linguis omnibus valet plurimum. Deinde satis constat, nihil vel bene cogitatum esse, vel bene dictum ab antiquioribus illis, quorum libros velut recte cogitandi scribendique legem et normam probamus *e*), quod non sit variis modis imitata posteriorum sollertia. Cujus imitationis venustatem nec sentias, nec intelligas, nisi fontem, e quo profecta sit, cognoris. Thucydidis, ut hoc utar, reconditas exquisitasque sententias Hemsterhusius ita tritas notatasque habebat, ut, quid Polybius, quid Dionysius Halicarnassensis, quid Plutarchus, quid alii inde ad imitationem traxissent, e vestigio indicaret. Ex quo instituto quot quam praeclarae difficiliorum locorum et interpretationes natae sint, et emendationes, vel me tacente, intelligitur *f*).

At qui tandem sunt illi scriptores, quos vir summus futuro Critico maxime necessarios, quos legendos, quos ediscendos putabat? *g*) Quasi vero, dicet aliquis, nesciamus, Criticos in Poëtis, Oratoribus, Grammaticis et Historicis vitae velut tabernaculum collocare *h*).

Wolfius l. l. p. 559. Rem ipsam non satis intellexisse videtur *Bergm.* p. 502. *F.*

e) Multo rectius nunc et elegantius de antiquiorum libris dicitur, quam antea de librorum scriptoribus, antiquioribus illis, *qui recte cogitandi scribendique velut lex et norma probantur.* *B.*

f) His ita positis loco pristini *facile est ad existimandum* consequens erat ut paulo ante *et — et* succederet priori lectioni *vel — vel.* *B.*

g) Indicativum substituit conjunctivo *putarit?* agitur enim de re extra omnem dubitationem posita. *B.*

h) Ut elegantius, ita rectius nunc posita, quam in veteri ed. *dubium sit, quin Critici — commorentur.* *B.* Cic. de Orat.

Hic locus me admonet, ut justum meum, vel Hemsterhusii potius, dolorem et querelam effundam *i*). Veteres hoc humanitatis studium sapientissimo consilio tam late patere voluerunt, ut et mathematicas artes, et philosophiam omnem complecteretur. Veterum auctoritatem secuti sunt viri immortales, qui seculis decimo quinto et decimo sexto, pulsa barbarie, pristinam bonis literis dignitatem restituerunt. Verum brevi post exorti sunt literatores, qui, finibus illis latioribus per summam ignaviam contrahendis, sibi servarent Grammaticos, Oratores, Poëtas, Historicos, valere juberent Mathematicos et Philosophos. Sic humanitatis disciplina, rebus magnam partem ex ea sublatis, prope tota facta est disciplina verborum. Ex eo tempore philosophi ejusmodi *k*) literatores cum arte sua contemserunt: literatores de humaniorum literarum contemtione *l*) ad ra-

---

III, 20. *Neque tamen istis, qui in una philosophia quasi tabernaculum vitae suae collocarunt, multum sane in disputatione concedimus.* **L.**

i) Olim *dolorem explicem.* **B.**

k) Antea *tales.* **B.**

l) Antea: *de h. l. contemtu e cathedris declamarunt, nec intelligere ullo modo potuerunt.* Alterutro verbo cum participio commutato, brevitati consultum est. Quod autem *contemtionem* posuit Ruhnk. pro *contemtu*, fecit idem infra, reliquit tamen *contemtum* alibi. Similiter *dissensionem* his infra maluit quam *dissensum*, Fortasse etiam immutaturus fuisset in Oratt. de Graecia Doctr. Inv. et de Doct. Umbr. ubi item aliquoties legitur *contemtus*; si quando harum alteram editionem curasset. Videtur autem maxime Ciceroni obsecutus, qui *contemtionem* et *dissensionem* saepe dixit: nunquam, quod sciam, *contemtum* et *dissensum.* **B.** Esse quidem utramque formam apud Ciceronem ejusque aequales, existimat *Wolfius* l. l. p. 560, sed oratorio dicendi generi magis convenire substantiva in *io* exeuntia. **F.**

vim usque declamarunt, ne illud quidem intelligentes, suâ culpa literarum dignitatem concidisse. Hos si ad majorum instituta revocare conemur, forsitan *m*) operam perdamus. Sed profecto, si rectis consiliis locum dare velint, una *n*) superest ratio, qua et literas et semet ipsos a contemtu vindicare queant. Revellant terminos humanitatis, quos ignavia constituit, recipiant in artium chorum, quas inde ejecerunt, et, Hemsterhusii *o*) exemplo, literarum studium cum Mathesi et Philosophia conjungant.

Geometria animum a sensibus ad ea, quae mente contuemur, intelligenda traducit, acuitque in vero judicando. Et quisquam dubitabit, quin, qui hac disciplina ingenium subegerit, etiam in literis nostris, acutius cernat iis, qui nunquam attigerint pulverem eruditum? Hemsterhusio quid Geometria profuerit, sciunt, qui vel scripta ejus cognorint, vel sermones. Quicquid ex ore exibat, quicquid literis mandabatur, etiam in critico genere, facile prodebat ingenium adsuetum geometricae subtilitati *p*). Nihil sumebat temere, sed a

---

m) Olim *fortasse*. De usu particularum *forte*, *fortasse*, *forsitan* et *forsan*, praeter alios, vid. Tursellinus: *forsan* certe solis poëtis relinquendum, ut bene monetur in Epp. Sodal. Philom. p. 139 — 142. [Wyttenb. opusc. ed. Brunsw. T. I. p. 327.] *B. Zumpt.* in Aufgg. ad h. l. p. 255. *fortassis* et *forsan* poëtarum esse existimat. *F.*

n) Olim *una tantum*. Mox *queant*, ubi antea *possint*. *B.*

o) Haud scio an multo etiam magis viri excellentiae conveniat, quam in priore ed. *magni Hemsterh.* *B.*

p) Vide, quantâ diligentiâ in iis quoque corrigendis versatus sit V. Cl. quae antea haud male posita, melius etiam dici poterant. Prior ed. *Quicquid dicebat, quicquid literis mandabat, etiam in critico genere, planum omnibus faciebat, quam adsuetus esset geometricae subtilitati.* *B.*

certo cognitis et perspicuis via et ratione progrediebatur ad ea, quae inde necessaria consecutione efficerentur.

Sed alia quoque Mathesis pars est, quam Critico dedecori sit ignorare. Haec est Astronomia, praesertim antiqua, sine cujus scientia nec Graeci, nec Latini Poëtae, qui inde multa carminibus suis ornamenta petierunt, plane perfecteque intelligi possunt. Quo majus studium vir eximius ad eam cognoscendam attulit, nec, quamvis mitis et moderatus aliorum censor, sibi temperare poterat, quin suaviter rideret recentiores Poëtarum interpretes, qui, ubi quid ex hac doctrina explicandum sit *q*), vel turpiter haereant, vel in joculares errores labantur *r*).

Philosophiae studium eo flagrantius erat, quo magis ab ipsa natura ad illam impellebatur. Per ejus vero partes omnes sic vagatus est, ut modo versaretur in sancto Pythagorae recessu, modo in Academia Platonis, modo in Aristotelis Lyceo, modo in Zenonis porticu, modo in hortis Epicuri, ubique cum admiratione quadam deprehendens *s*) permulta, quae aetatis nostrae vanitas audet ut recens inventa jactare. Plerique veteris philosophiae studiosi vel partem ejus delibant, vel in

---

q) Rei universe propositae melius congruit, quam in pr. ed. indic. *est*. Mox antea legebatur *joculares errores committant. Committere flagitium*, *scelus*, caet. recte dicitur: an item *committere errorem*, *dubito*: rectius certe, quod nunc scripsit Ruhnkenius, *in errorem labi*, item *in errore versari*, *errore duci*, *in errorem rapi*, caet. quae passim frequenti exemplorum vi confirmantur. *B.*

r) Cf. Quinctilian. Inst. Or. I, 4, 38. *L.*

s) Olim *permulta observans*. Sed in quae aliud agentes incidimus, ea *deprehendimus* potius, quam *observamus*. *B.*

locis amoenioribus, maxime in eo *t*) de moribus commorantur. At Hemsterhusius ingenii sui magnitudini consentaneum judicabat, etiam partem omnium difficillimam, quae Metaphysicam complectitur, pervestigare. Nihil facile abstrusius reperias Platonis Parmenide, quo dialogo doctrina *de Ideis* explicatur. Ab ejus lectione vir magnus semel, iterum, tertium idem abierat, qui venerat. Verum non prius conquievit, quam quarta lectione instituenda abditos philosophi sensus eruisset, ipsa difficultate non hebetante, ut fieri solet, sed acuente studium intelligendi. Nec satis habebat veteres cognosse, sed cum Platone Leibnitium, cum Aristotele Lockium, cum aliis alios conjungebat, ut, qui sermones cum illo de veteri philosophia contulisset, nihil nisi veteres, qui de recentiore, nihil nisi recentiores, legisse putaret. Ceterum in Metaphysica quae vera certaque sint *u*), et in quibus firme consistere possis, apud veteres se reperisse omnia dicebat. Novarum opinionum subtilitatem ut facile agnoscebat, sic earum levitatem et inconstantiam vel hoc argumento demonstrabat, quod, quotiescunque novus Metaphysicus existat, toties prior loco, quem tenuit, pellatur. *x*)

---

t) Ciceronem *in eo, qui est de moribus* scribere solere recte dixit *Wolf.* l. l. p. 562. Idem non neglexerat *Lindem.* p. 13. *Bergm.* p. 318 et 502., ut defendat, quod R. scripsit, diversissima confundit. Cic. locus de Divin. I, 3. non pertinet huc; poterat, ut speciem haberet veritatis, afferre de Off. I, 1. *hos etiam de philosophia libros. F.*

u) In pr. ed. *certaque* desideratur, ac pro *firme* legitur *certo*, quod, addito illo, mutari debuit. *B.* Propter antecedens *dicebat* non dubitat *Wolfius* l. l. p. 561, quin rectius scribatur *essent, posses* (*liceret*), *existeret, pelleretur. F.*

x) Vetus ed. *illarum — quoties*, omissis postremis vocibus. *B.*

In variis autem veterum philosophorum familiis *y*), arumque decretis cognoscendis, vehementer dolebat ortem historiae Philosophicae, quae, tametsi Criticis berrimam ingenii exercendi materiam praebeat, tamen d nullam dum criticam severitatem exacta sit, invoantibus fere in illam, quasi in vacuam et caducam ossessionem, compilatoribus, qui nec ingenio valeant, t literarum adeo rudes sint, ut e vitiosis antiquorum hilosophorum versionibus sapere, et inde summam cujusque disciplinae conficere cogantur. *z*)

Quanquam ne gentium quidem historia, cujus usus latius patet, meliore ipsi conditione esse videbatur. Haec quantum obscuritatis vel a vetustate, vel a scriptorum dissensione *a*), vel ab aliis caussis traxerit, quam corrupta sit per partium studium, fraudem, superstitionem, et sciunt omnes, et fatentur. Veruntamen quotus quisque Criticorum in hunc patentissimum campum excurrit? quotus quisque adhibet Criticam, quasi veri obrussam? Signum ad hanc rem capessendam sustulerat Josephus Scaliger in Opere *de Emendatione Temporum*, et altero *Eusebiano*, utroque aeterno, sed laudato magis, quam lecto. At *b*) perpaucos, qui per ejus vestigia ad eandem laudem contenderent, inventos scimus. Quo magis Hemsterhusius et ipse historiam critica ratione tractabat, et disciplinae suae alumnos ad eandem rationem amplectendam incendebat, exemplum,

---

y) Paulo aliter antea scripserat: *Cum autem varias v. ph. familias, earumque decreta cognosceret, hist. phil. sortem dolebat. B.*

z) *Et inde — conficere* in hac ed. addita sunt. Ceterum tota haec reprehensio in primis pertinet ad Bruckerum. *B.*

a) Olim *dissensu.* cf. supra [p. 249.] *B.*

b) *At perpaucos*] Copulam nunc praeposuit. cf. supra [p. 245.] *B.*

ad quod studium dirigerent, iis proponens severissimum reliquorum historicorum censorem, Polybium, cujus tanta admiratione captus erat, ut, si fieri posset, unum ejus librum deperditum plaustris homiliarum SS. Patrum redimere vellet.

Antiquitatis eruditae, hoc est, Graecae et Romanae, studium non solum ad veterum scriptorum historiaeque intelligentiam referebat, sed etiam eo, ut ingenium, contuendis antiquae artis miraculis, acueret ad sensum elegantiae et venustatis, quae talibus operibus inesset. Nec quicquam vel cupidius, vel intelligentius spectabat, quam veteres gemmas, numos, vasa, anaglypha, statuas: cujus rei facultatem ipsi dabat *c*) soceri, Jacobi Wildii, museum *d*), non paucas ejus generis reliquias servans. Hanc animo insidentem pulcri et recti speciem ubi ad recentiorum artificum opera transtulisset, non temere *e*) reperiebatur, qui cum de pictura et statuaria nostrae aetatis, tum *f*) de architectura, aliis-

---

c) Vet. ed. *quotidie dabat — priscae artis reliquiis refertum. B.*

d) *Bergm.* l. l. p. 321. „Singulari opere descriptum a Sig. Haverkampo Amstel. 1741. cum antea ipse Wildius separatim deinceps edidisset Selecta Numism. ant. Amst. 1692. Signa ibid. 1700, Gemmas ibid. p. 1703. v. Sax. Onom. P. V. p. 423. et VI. p. 350. cf. Brockh. ad Tibull. III, 6, 2. Hemsterh. praef. ad Poll. p. 43. et ann. ad Luciani Coll. Sel. p. 79. Latino carmine celebratum a Dav. Hoogstratano poëm. p. 212 et 234, cujus ibid. p. 275 exstat Elegia in obitum Wildii, Rei Maritimae Amstelodami a rationibus. Hujus autem filiam, Corneliam Mariam, in matrimonium duxerat Hemsterhusius, quas nuptias idem ille Hoogstr., ut me docuit M. Tydemannus, celebravit l. c. p. 177.“ *F.*

e) Antea *nemo. B.*

f) Olim *non solum — sed etiam.* Illud fortasse rectius de rebus per se arcte conjunctis, uti h. l. *B.*

que ejusmodi artibus elegantius judicaret. Ac saepe mirabatur, oculos vulgo per pudendam negligentiam ad nullam rem erudiri, cum aliae corporis partes, quae minus sint praestabiles *g*), et minus oblectationis *h*) animo praebeant, studiose excolantur, aures ad concentus musicos recte sentiendos, manus et pedes ad concinnum et liberalem *i*) motum edendum. Auctor igitur erat discipulis suis, ut lineari picturae, in qua artium, quas diximus, fundamenta sunt, mature operam darent.

Satis diximus de infinita rerum copia et varietate, quam mente complexus est Hemsterhusius. Verum ad rerum intelligentiam nullus aditus patet, nisi per exquisitissimam scientiam linguarum, Graecae praesertim et Latinae. Hic quid me attinet dicere, eum longa et accurata meditatione consecutum esse, ut Graecae linguae nativam indolem, proprietatem, et arcana omnia teneret? Notior res est et testatior *k*), quam ut pluribus verbis explicanda esse videatur. Itaque complector bre-

---

g) I. e. quae minus praestare, sive pulcritudine sua antecellere videantur reliquis corporis partibus. Et vetus: *quae minus praestantes sint*, i. e. quae revera minus praestent. Illud ut cautius, ita melius positum est. De forma adjectivorum in *ilis* terminatorum, digna sunt, quae legantur in Epp. Sodal. Philom. p. 158 sq. [Wyttenb. opusc. ed. Brunsw. T. I. p. 348. sq.] *B.*

h) Vet. ed. *minus animo oblectamenti praebeant;* eademque mox *diligenter* pro *studiose*. *Oblectamentum* proprie dicitur res quae oblectationem affert: *oblectatio* animi est, qui oblectatur. *B.*

i) Aptiorem vocem substituit pristinae *decentem*. Omnis motus liberalis eo ipso decet: non item omnis motus, qui deceat, continuo liberalis est. *B.*

k) Imitatus videtur Caes. B. G. VIII, 42. *quo notior testatiorque virtus ejus esset. L.*

vi, et, non exaggerandae rei causa, sed simpliciter e vere hoc dico, Hemsterhusium Graecarum scientia literarum omnino omnes, qui inde *l*) a renatis literis excellenter in iis versati sint, ipsum etiam Isaacum Casaubonum, cui doctorum hominum consensus primas deferre solet, longo post se intervallo reliquisse.

Quod si magna ingenia non nisi novarum rerum inventione metiamur, talem quoque sui mensuram vir summus, in hoc ipso linguarum studio, praebuit, invenienda verissima Originum Graecarum ratione, singulari linguae Graecae, adde et Latinae, praesidio et ornamento. Hujus analogiae tanquam filo ductus, simplicissimas verborum formas, quae binis tribusve *m*) literis constarent, et una cum iis natas significationes indagavit, formas omnes et flexiones ad certam rationem revocavit, ex primariis notionibus secundarias et consequentes elicuit, earumque non solum cognationem, sed etiam migrationes ostendit, commentitias anomalias, quibus Grammatici omnia perturbassent, explosit, denique tenebras linguae per tot secula offusas ita discussit, ut, qua lingua nulla est neque verbis, neque formis, copiosior, eadem jam nulla reperiatur ad discendum facilior. Sed hujus rei subtiliorem et exemplis confirmandam explicationem non capit popularis scriptio. *n*) Gratule-

---

l) Antea simpliciter *a ren. l. B.*

m) Vet. ed. *vel tribus. B.*

n) *Bergm.* l. l. p. 323. testimonia affert Wyttenbachii vit. Ruhnk. p. 27. Bibl. Crit. P. X. p. 123 sqq. Philom. L. II. p. 229. L. III. p. 258. Praef. ad Select. Hist. Gr. p. XXVII sqq. Quo ipso, inquit, concidunt omnes recentiorum, in primis Germanorum, tantum tam praeclarum inventum aut contemnentium aut irridentium, voculae et querelae; confirmaturque prudens ac modestum, si quod aliud, censoris

mur potius aetatis nostrae felicitati, quae, quod majores nostri optarunt magis, quam sperarunt, id non tantum in Graecis, verum etiam in Orientalibus, uno tempore et inchoatum et consummatum vidit. Etenim quod analogiae lumen Hemsterhusius linguae Graecae, id eodem tempore Orientalibus intulit Hemsterhusii civis, aequalis, condiscipulus, collega, amicus, unicus literarum, quas profitebatur, vindex, Albertus Schultensius.

Hic forsitan dicat *o*) aliquis eorum, qui nolunt eundem hominem pluribus rebus excellere: Sit sane ita: habuerit Hemsterhusius Graecarum literarum scientia parem neminem. At Latinarum certe regnum penes alios est. *p*) Ego vero non dubitem contendere, eum Latine doctissimos non solum *q*) aequasse, sed, quod

---

Angli judicium in Quarterly Review Vol. XXII. No. XLVI. p. 319. „Aliquanto circumspectius *Geelius* in praef. ad Anecd. Hemsterh. T. I. p. XII. Quo tempore, inquit, Hemst. analogiam, magni illum ingenii foetum, pariebat, erant quidem, qui tollerent, sed hi, juniores et discipuli, sponte natum nec a quoquam *μαιευθέντα* post mortem parentis educarunt, auxerunt, exornaverunt, atque ita propemodum *κακῶς τρέφοντες ἀπώλεσαν*. Excogitavit quidem Hemst. analogiam, sed nimis pauca supersunt, unde constet, eum totum fere Graecum sermonem ad illius normam tersisse. Quis neget, tanta, quantam ille habuit, ingenii vi opus fuisse ad ejusmodi doctrinam fingendam; verum quotus quisque est, qui affirmare velit, eum analogiae fines tam late extensos voluisse, quam illos deinde multi extenderunt?" *F.*

o) Antea: *At dicet — sint ista, sicut vis.* Illud, credo, rectius: brevius certe. Sumsit e Cic. Brut. 21. *Sed est mos hominum, ut nolint eundem pluribus rebus excellere. B.*

p) Antea legebatur: *Sed quid de literis Latinis dicis? Earum certe regnum penes alios erit. B.*

q) Vet. ed. *non modo. B.*

adjumenta quaedam haberet, nec cognita illis, nec usurpata, superasse. Recte vir magnus statuebat, Latinam linguam Graecae sic aptam et nexam esse, ut, qui alteram ab altera distrahat ac divellat, animi et corporis discidium inducere videatur. Quod cum sibi idoneis rationibus persuasisset, eandem Latinae, quam Graecae, operam dedit, atque adeo, quoniam ejus proprium erat, nihil mediocriter scire, talem Latinae, qualem Graecae, facultatem consecutus est. Dicam, quod sentio, et, ut arbitror, dicam vere. Latinae linguae origines nemo mortalium ante Hemsterhusium recte cognovit. Viderant Varro et alii Romani, multa ex lingua Graeca in suam venisse. Aliquanto plura, quorum origo veteres fefellisset, ex eadem lingua repetierunt Scaliger et Salmasius. Sed adhuc dubia lux erat. Enimvero, inventa Hemsterhusii ingenio Graecae linguae analogia, simul etiam Latinae ratio diluxit, patuitque clarissime, quod pauci magis *r*) suspicati erant, quam intellexerant, totam fere Latinam linguam ab Aeolica fluxisse. Restat, fateor, pars quaedam, quae invecta *s*) aliunde videatur. Verum aut fallor, aut exorietur aliquando vir doctus et ingeniosus, qui, Hemsterhusiana analogia adjutus, eam quoque partem ad Graecam originem revocet, planissimeque demonstret,

---

r) Verius quam in priore ed. *quod erant pauci suspicati.* Nam ante Hemsterhusium, praeter alios, in primis suspicatus erat vir magnus, G. J. Vossius, in *Etymologico Linguae Latinae* [cf. Tollii nota de hoc argumento Oratio, habita Amstelod. a. 1778.]; tum Scaliger et Salmasius: at nemo ita intellexerat, ut postea intellectum est ab Hemsterhusio, et disciplinae Hemsterhusianae alumnis Valckenaerio, Ruhnkenio, Lennepio, aliis. *B.*

s) Antea *per barbaras gentes invecta.* *B.*

omnem Latinam linguam pulcrae matris Graecae pulcram filiam esse.

Sed mittamus origines. Quantum Hemsterhusio praesidii esse debuit in Graecae linguae scientia ad Latinos scriptores rectius intelligendos? Constat inter omnes, scriptores, quos diximus, maxime Poëtas, Graecam formam singulis prope verbis expressisse, et innumerabiles lepores veneresque ex Graecis fontibus nunc apertius, nunc occultius derivasse. Nec M. A. Muretus *t*) dicere dubitavit, *eos, qui Graeci sermonis expertes sint, ne Latine quidem scripta penitus percipere posse.* Jam si cogitatione tibi fingendus sit harum elegantiarum interpres, an doctiorem Hemsterhusio reperias *u*)? Ipse vir summus sese *x*) in Latinis intelligendis sic a Graecis adjuvari sentiebat, ut interdum negaret, Poëtas eos, qui se totos ad Graecorum imitationem contulissent, nominatim Propertium et Horatium, Graece imperitis valde placere posse. Adeo multa, quae venustissima et exquisitissima sint, eorum sensum intelligentiamque fallere. Omnibus igitur modi bene a majoribus constitutam rationem, qua utriusque linguae studium conjungeretur, tuebatur *y*), ab eaque non semel descitum esse vehementer dolebat. Sub ipsa Academiae incunabula Leidae bonas literas docuit Justus Lipsius, perfectus literis Latinis, Graecarum mediocriter

---

t) Var. Lect. II, 20. Rem ipsam illustrarunt Ruhnk. praef. ad Schell. Lex. p. XII. et Wyttenb. Bibl. Crit. P. I. p. 22. sq. Vit. Ruhnk. p. 93. *B.*

u) Vet. ed. *reperire possis?* Cf. supra p. 247. *B.*

x) Antea *se.* Cf. infra p. 265. *B.*

y) Antea post *modis* positum huc transtulit Scriptor, et mox addidit *vehementer*, utrumque ut numeris periodi consuleret. *B.*

peritus z). Is dicere ausus est, Graecas literas homini erudito decoras esse, necessarias non item. Quod stultissimum dictum Isaaco etiam Casaubono a), quo non fuit lenioris naturae Criticus, vehementer bilem movit. Sed bonum b) factum, quod tam perniciosa literis opinio nullas radices egit. Mox enim c) tamquam coelo missus Josephus Scaliger, cui Batavi prope omnem rectum ingenii cultum, quem ex eo tempore ceperint d), si grati esse velint, acceptum referre debent, Scaliger igitur cum ceteras ingenuas artes, tum Graecas literas, earumque cum Latinis conjunctionem, in his regionibus fundavit. Scaligerana disciplina per Grotios, Heinsios, Gronovios, Graevios, et alios usque ad patrum nostrorum memoriam propagata est. e) Tum rursus plerique literatores, Graecis vel neglectis, vel leviter delibatis, in unis f) scriptoribus Latinis habitare coeperunt. Al-

---

z) Modestius et honorificentius judicium, quam quod antea posuerat, *Latinae linguae inprimis peritus*, *Graece vix mediocriter doctus*. *B.*

a) Vide Casauboni Epistol. 291. et 294. et Lipsii Epist. 556. in Syllog. Burm. T. I. p. 570. *B.*

b) *Zumptius* in Aufgg. p. 259. posuit *bene*. Recte quidem. Conf. *Ruhnk.* ad Terent. Andr. I, 1, 78. Contra *bonum factum* in edictis usurpabatur: conf. *Ruhnk.* ad Suet. Caes. c. 80. *F.*

c) Olim *Nam mox*. Cf. infra p. Paulo post bene addidit *rectum*, omissum in priore ed. Nam *ingenii cultus* jam antea aderat: *rectus ingenii cultus* debetur Scaligero. Qua de re cf. Or. de Doct. Umbr. supra p. 111. *B.*

d) Praestat conjunctivus pristino indicativo *ceperunt*. *B.*

e) Cf. Wyttenb. Philom. L. II. p. 163. *B.*

f) Exquisitius dictum quam antea, unos *scriptores Latinos colere et exornare*. Mox pro *Altero igitur* vet. ed. habet *Alterum ergo*. *B.*

tero igitur Scaligero opus erat, qui Musas Graecas fugam parantes sisteret, atque iterum cum Latinis artissimo foedere consociaret. Is fuit Hemsterhusius, *g*) quo bonarum literarum tutelam suscipiente, brevi tanta rerum commutatio facta est, ut Athenae in Bataviam commigrasse viderentur, nec tamen quicquam de summo Latinarum literarum studio remitteretur.

Sed Latine quam doctus fuerit Hemsterhusius, etiam scribendi genus declarat, purum, emendatum, luminibus frequens, bene vinctum, inprimisque proprietatis studio et verborum delectu commendandum. Una orationi facilitas deest, non comparanda *h*) illa, nisi saepe multumque scribendo: cujus rei facultatem raro dabat Graecarum literarum Professio. In juvene, velut in laetis herbis, se profundebat luxuries quaedam, quam postea ratio et anni depaverunt. *i*)

Hactenus virum egregium vidimus Graeciae Latiique monumenta ita tractantem, ut nunquam illa de manibus deponeret. Quo studio quantas *k*) eruditionis opes sibi compararit, supervacuum sit dicere. Eas cum primum in animadversionibus ad Lucianum protulisset, homines eruditos in stuporem et admirationem rapuit, expressitque omnibus confessionem hanc, ut dicerent, nihil simile ullam aetatem in hoc genere vidisse: magnam quidem copiam in Salmasii libris esse; sed ibi

---

g) Cf. Ernesti judicium in vit. Ruhnk. p. 17. *B.*

h) Cf. infra p. 266. *F.*

i) Cic. de Or. 2, 23. *In qua nunc interdum, ut in herbis rustici solent dicere, in summa ubertate inest luxuries quaedam, quae stilo depascenda est.* *F.*

k) Non opus erat dicere, ut in priore ed. *quam immensas.* *B.*

temere sacco *l*) fundi, hic omnia cum acerbo delectu, prope in Mathematicorum modum, explicari.

Atque his cum ingenii, tum eruditionis fundamentis, tam firmis, tam alte positis, tandem Hemsterhusius verae et legitimae Critices velut aedificium superstruxit. Sed critica disciplina quomodo usus sit, non alienum fuerit, eruditae juventuti *m*), quae ejus vestigia persequi studeat, paucis exponere.

Cum scriptori sive Graeco, sive Latino crisin suam impertire constituisset, primum justam cum eo familiaritatem contrahebat, hoc est, cum res ipsas, tum verba, similibus locis inter se comparatis, quanta maxima fieri poterat diligentia, cognoscebat, recte judicans, sui quemque scriptorem optimum interpretem esse, et, qui non saepius totum scriptorem uno tenore legisset, eum in emendando explicandoque turpissime labi *n*). Tali notitia contracta, omnia ad certam rerum, sermonisque normam exigebat, difficilis, suspicax, semper verens, ne quid sibi fallaciae vel a librario, vel ab interpolatore strueretur. Tametsi quis poterat fallere illum sensu[illegible] et natura sagacissimum, et multo literarum rerumq[illegible] usu callidissimum? Tenebrio nobili scriptori foetum suu[illegible] subjecerat? Statim fraudem certis vestigiis tenebat. Ve[illegible]sificator magnorum Poëtarum versibus furtim interp[illegible]suerat suos? Spurios obelo configebat. Librarius lecti[illegible]nem corruperat, vel sciolus corruptam fucarat? [illegible] promtu erant omnes veri indagandi viae.

Sed, quamvis summam ingenii fiduciam habere p[illegible]

---

l) „Proverbium ductum de Graeco Corinnae τᾷ χειρὶ σκεπ[illegible]ρειν, μηδ' ὅλῳ τῷ θυλάκῳ: coll. Valcken. Diatr. Eurip. extr." *Bergm.* l. l. p. 328. *F.*

m) Antea: *in eorum gratiam, qui — persequenda putent.* *B.*

n) Olim *turpiter errare.* *B.*

tuisset, tamen Codicum MSS. fide inprimis nitebatur, et, quod hujus disciplinae expertibus mirum videatur, ex eorum vel contaminatissima scriptura pulcerrimas lectiones eliciebat. Nosse modos permutandorum in libris priscis verborum *o*), utile putabat: posse enim tardiora ingenia talibus adminiculis sublevari: sed nimiam in his diligentiam contemnebat, docens hoc etiam argumento, parum inde utilitatis redire, quod, ut quisque plurimum operae in librariorum aberrationibus notandis posuisset, iisque margines librorum opplevisset *p*), ita nullam magnopere Critices laudem tulisset *q*). Vero Critico vim ipsius sententiae, et sermonis proprietatem *r*) bene perspectam, facile id, quod res postulet, suppeditare. Hic etiam locum habere illud Asinii *s*) Pollionis: *Male eveniat verbis, nisi rem sequantur:* vel illud Horatii, ex Asiniano expressum:

Verbaque provisam rem non invita sequentur.

Sed duos inprimis scopulos, multorum naufragiis

---

o) Conf. h. l. Valckenaerii judicium in Diatr. Eurip. c. XXV. init. et Wyttenb. vit. Ruhnk. p. 34. 219 sq. 234 sq. *B.* Illustre hujus utilitatis exemplum nostrae aetati dedit *F. I. Bastius* in Graecis commentat. palaeographica scripta, quae exstat ad calc. Greg. Corinth. ed. Schaef. Lps. 1821. p. 701 — 861., in Latinis *U. F. Kopp* tachygraphia Veterum exposita, Manhem. 1817. voll. II. 4to. *F.*

p) *Matthiae* edidit *oblevisset*, casu potius, opinor, quam consilio. *F.*

q) Exquisitius quam antea *l. invenisset.* Posterius legitur apud Terentium, Andr. I, 1, 39. *B.*

r) Prior ed. *genium bene perspectum.* Gallice *le génie de la Langue.* *B.* *Wolfius* l. l. p. 559. emendationem probans, certe *ingenium* requiri putat pro *genium.* *F.*

s) Ap. Schol. Hor. Cruq. p. 633. et Hor. A. P. 311. *L.*

infames, et ipse fugiebat, et alios, ut fugerent *t*), mor bat, temeritatem et superstitionem. Furorem judicab quod non intelligas, statim urere et secare; amenti aegri capitis somnia in contextum invehere, abolita terum librorum scriptura. Nam, si hoc modo gras liceret, brevi futurum, ut calamitas, quam Gothi Vandali bonis libris importassent, prae hac levis et lerabilis videatur. Iccirco *u*) in locis desperatis, nulla ratio esset difficultatis expediendae, medicinam integrioribus libris exspectandam, et omnino nihil contextu, nisi vetustarum membranarum auctorit movendum censebat, ne Bentlejo quidem veniam d licentiae, quam sibi sumsit *x*) in Manilio recensendo.

At vero, qui nullum audaciae locum daret *y*), minus repudiabat anilem religionem, quae se imper modestiae nomine commendare audet, et semper vul tae, quamvis futilis et absurdae, lectionis patrocini profitetnr. Sed quae, malum! est lectio, quam tan pere jactant, vulgata? Num ex vetustis et spectatae f libris profecta? Num certis emendandi legibus consti ta? Minime. Illa est *z*), quam in suo quisque libro perit: quae, ut aliquando veteres et bonos Codices

---

t) Antea *fugere monebat.* Dicitur *monere* [cf. Ma Epist. Sod. Socr. Philom. p. 279. et Wyttenb. opp. sel. Brunsw. T. I. p. 250.] sequente infinitivo; rectius ta opinor, *monere*, *ut*, *ne*, vel etiam cum simplici conjunct quod vel e Lexicis cognoscitur. *B.*

u) Olim *Quamobrem.* Cf. supra p. *B.*

x) *Wolfius* l. l. p. 561. non per se quidem, sed ex vete consuetudine rectius *sumsisset* judicat. *F.*

y) Id est, *quamvis ille — daret.* Ergo minus recte indic *qui — dabat*, in priore ed. *B.*

z) Vide Cl. Ernestum Praef. ad Tacitum. *R.*

ctores habeat, saepius tamen e libris vitiosis et interpolatis, immo ex Editorum conjecturis, fluxit. Adeo, quid defendant, non intelligunt homines inepti.

Sunt alii, faciliores illi quidem in lectionibus, quae e membranis ducantur, admittendis, sed iidem in Criticorum emendationibus probandis difficiles et duri. Qui cum, periculo facto, senserint *a*), se non esse eos, qui in critica ratione excellere possint, in eam partem deferuntur, ut omnium locorum *b*), qui ingenio tententur, se vindices ferant. Ac temerarios quidem confidentium ingeniorum impetus refutari, veterumque scriptorum monimenta sarta tecta conservari, quis, qui bonos literas amet, non vehementer gaudeat *c*)? Verum in hoc tam salutari instituto frequentius obtrectatio, quam aequitas et veri studium, versatur. Nec obscurae sunt talis iniquitatis caussae. Nam, ut sumus homines, quanto praestabilior et magis expetenda ingenii laus est, tanto impensius *d*) ei invidemus. Illi igitur, cum facile sentiant, sese *e*), si laus omnis ingenii felicitati tribuatur, jacere, et vix honestos esse posse, statim se parant ad Criticorum inventa ratiunculis quibusdam convellenda, moliuntur, sudant, misere se torquent, ut loco de-

---

a) Prior ed. *ubi periculo faciundo deprehenderunt.* Illud rectius, cum propter Ablativum absolutum, tum propter modum conjunctivum de re universe dicta, et post particulam *ubi*; cf. supra. p. *B.*

b) Antea *omnium, quae.* *B.*

c) Brevius dictum, quam antea *gaudeat vehementerque laetetur?* *B.*

d) Olim *vehementius.* Sic infra *impensius expeterentur*, ubi item antea *vehementius.* Quid rectius sit, non statuo: et Cicero et Terentius utrumque dixerunt.

e) Olim *se.* Cf. supra p. 259. *B.*

pravato potius qualemcunque sensum affingant, quam felix in vero reperiendo ingenium laudent. Ex qua obloquendi libidine, incredibile dictu est, quot quam durae et contortae vitiosorum locorum interpretationes manarint; si interpretationes dicendae sunt, quae scriptorem nescio quas ineptias dicere cogant. Tales vindicias *f*), tantum aberat, ut Hemsterhusius probaret, ut illis doctam aliorum audaciam praeferret. Sed longe optimum et tutissimum censebat, medium sequi, quod tum a temeritate, tum a superstitione esset sejunctum.

Etsi vero vir magnus, usu sensuque edoctus, praeclare sciebat, Icaris non esse aptandas alas, hoc est, juvenes non temere ad Criticam adducendos esse, tamen sagacioris indolis adolescentes mature hujus artis veluti gustu quodam imbuebat. Quorum vires, ut erat acer et perspicax ingeniorum existimator, ante sic explorabat, primum, ut eos juberet cogitate meditateque legere illustrem aliquem veteris scriptoris locum, v. c. Livianam praefationem, vix imitanda *g*) arte conscriptam, et post, quid in tali loco maxime animum pepulisset *h*), quid maxime placuisset, sibi referre. Tum, ubi linguae scientiam et pulcri sensum sibi probassent, in scriptore, ad talis aetatis captum accommodato, locum demonstrabat, qui vitium haberet nemini animadversum, idque investigare jubebat. Reperta corruptela, quam reperire interdum difficilius est, quam corruptis mederi, prae-

---

f) Prior ed. *Talibus vindiciis Hemsterh. ita offendebatur, ut illis etiam*, caet. *B.*

g) Dicendum fuisse *imitabili* censet *Wolfius* l. l. p. 361; ista enim participia vergente demum Latinitate, quod quis facere *possit*, significare. *F.*

h) Vet. ed. *affecisset*, quod de quacunque, haec rectius *pepulisset*, quod de vehementi animi commotione usurpatur. *B.*

sertim ubi mendosa scriptura tolerabilem, nec a re abhorrentem sensum efficiat; sed *i*) reperta corruptela, lene et blandum ab ingenio remedium postulabat. In quo ut eos, qui nullum dum Critices usum haberent, sublevaret, ipse interdum vias quasdam, quae ferre ad verum inveniendum possent, indicabat. Si rem acu tetigisses, candide plaudebat sollertiae tuae, et acerrimum laudis stimulum adhibebat: sin minus, suam ipse emendationem promebat, ut quaerendi et conjectandi finis fieret. Hac ratione usurpanda vir summus non solum discipulis suis facultatem dabat Critices cognoscendae, sed eosdem etiam consuefaciebat in legendo judicii severitatem adhibere, et semper animum, quid intelligat, quid minus, interrogare. Et miramur, ex ejus disciplina plures acutioresque Criticos, quam e cujusquam ante illum, prodiisse? Nolim singulos ambitiose commemorare. Facile, qui sint, velut propria quadam nota, intelligendi et judicandi subtilitate cognoscuntur. Unum tamen silentio praeterire non possum, germanum inprimis Hemsterhusii discipulum, L. C. Valckenarium. Hic enim, quam a magistro accepit disciplinam, ante Franequerae, nunc Leidae, ita tuetur et propagat ingeniis feliciter formandis, ut, Hemsterhusio de vita sublato, nunquam defuturi sint, qui literas Hemsterhusiana ratione colant. Hic utriusque linguae analogiam, quam vir immortalis impertiit quidem discipulis, sed literis mandare neglexit, ita quasi per manus tradit aliis, ut,

---

i) Antea *reperta*, *inquam*. Notissimus est usus vocalae *sed*, orationi post longiorem parenthesin nectendae inservientis. *B.* Cf. *Goerenz* ad Cic. de Legg. I, 2. Acad. Qu. I, 7. *Matth.* ad or. Catil. III, 2. p. 147. ed. alt. Recentissimorum est, hac in re *inquam* interserere, quanquam *Zumpt*. Gr. L. c. 84. G, 3. ap. Cic. Verr. 4, 29, 67. reperisse sibi visus est. Ibi vero intenditur magis oratio, quam annectitur. *P.*

etiam si nemo illam literis prodat, tamen ad seram p
steritatem perventura videatur.

Quemadmodum vero aliis disciplina, sic aliis pr
fuit salubri consilio suppeditando. Libenter et inger
fateri solebat vir summus, P. Wesselingius, hunc s
studiorum recte instituendorum auctorem fuisse.
Hemsterhusio collega datus, non prius Franequera
quam in intimam ejus amicitiam venit: quae ex i
tempore tam sancte et constanter culta est, vix ut ali
par amicorum conjunctius vixerit. Erat jam tum
Wesselingio magna et incredibili studio parta doctrin
copia, sed aversus a critica ratione animus. Veru
cum Hemsterhusius ei crebris sermonibus demonstrass
nullam eruditionem, quamvis variam et copiosam, es
veram et accuratam sine critica disciplina posse, tota
studiorum rationem commutavit, et post illa ipsa ar
quam ante oderat, nomen suum immortalitati com
mendavit.

Paullo ante de ea Critices parte, quae in deprav
tis corrigendis versatur, quantum satis est, disputav
mus *k*). Sed ejusdem etiam artis est, veterum script
rum obscuros sensus aperire: in quo, praeter vim j
dicandi, maxime cernitur illa nullis circumscripta te
minis eruditio. In hac autem *l*) interpretandi ratior
quanquam alio modo, non minus vulgo, quam in il
emendandi, peccatur. Saepe et Hemsterhusii et alioru
querelas audivimus, cum dicerent, scriptorem *m*), que

---

k) Vet. ed. *quantum satis est, diximus, de ea* caet. *B.*

l) Olim *In hac vero.* *B.*

m) Ed. prior *auctorem.* Sed *auctor* de scriptore minus re
dicitur, nisi ubi tanquam testis laudetur, primus in alic
genere fuisse dicatur, vel aliud quid sibi adjunctum habe
sic pag. seq. ferri potest *locos aliorum auctorum*, quia

quis interpretum enarrandum suscepisset, onerari iis, quae ad quemvis alium scriptorem scribi possent, explicari, quae nemo sibi explicari velit, in difficilioribus destitui lectores, res et sententias negligi, nihil nisi loquendi formulas enarrari, et ne illarum quidem notiones ad normam, quam perfectus Criticus, J. F. Gronovius, dedisset, distincte et enucleate tradi, sed temere misceri et confundi. Hemsterhusius vero ipsum scriptoris argumentum amplexus, obscuriorum locorum tenebras modo ex historia et antiquitatis memoria, modo ex interiore philosophia, modo ex aliis artibus dispellebat: fontes, unde quidque haustum esset, locos aliorum auctorum, quos scriptor, quem tractaret, vel imitando expressisset, vel in transitu respexisset, demonstrabat: exquisitior verbi aut formulae vis si enarranda esset, non ille diversarum significationum, ut ita dicam, confinia confundebat, sed tenuissima *n*) et aliorum sensum fugientia discrimina tam perspicue accurateque definiebat, ut in his etiam geometricam elegantiam facile cognosceres.

Animadversiones, quas *o*) scripsit, habent beatam quandam et felicem rerum ubertatem. Nec tamen quicquam in illis alieni est, vel longius arcessiti. Omnia et apte et suo loco dicuntur; ut mirari subeat, tam longas animadversiones scribi potuisse. Sed talis copia facilis erat ei, qui omnes interiores Graeciae Latiique recessus teneret. Ne multa: habent ejus commentarii in Aristophanem, Lucianum, Xenophontem Ephesium,

---

quitur, *quos scriptor — imitando expressisset*, caet. *B.* Conf. supra p. 127. *F.*

n) Plus est quam in pr. ed. *tenuia*. *B.*

o) Antea *Animadv. ejus*. *B.*

Hesychium *p*), Thomam Atticistam, alios *q*), verissimam bene interpretandi disciplinam, qua non extat exemplum perfectius. Quo vehementius et justius dolemus, Coam Venerem, Lucianum dico, ab eo non esse absolutam, omninoque pauciora, quam exspectare par erat, ex tam *r*) perenni et inexhausto doctrinae fonte ad communem utilitatem permanasse.

Hujus rei quae caussae *s*) fuerint, cum saepenumero quaeri soleat, videor mihi reperisse has duas. Primum vir summus tanto legendi meditandique studio tenebatur, vix ut inde avelli posset, et ad ea, quae per nimis multa, ut nobis quidem videtur, adversariorum

---

p) *Bergm.* l. l. p. 351 et 505. „De Xenophonte Ephesio et Aristophane cf. supra. [p. 244.] Hemsterhusii in Hesychium annotationes non tantum Auctario insertae leguntur, sed etiam pluribus in utroque tomo locis. Ejusdem de hoc Grammatico judicia cum reliquis aliorum testimoniis praemissa sunt T. I. De ejus navata *Thomae* opera testis accedat Bernard. in epp. ad Reisk. p. 400, 428, 435, 442, ubi ipsis adeo corrigendis specimiuibus typographicis invigilasse dicitur. De *Aristaeneto* cf. idem Bern. p. 375." *F.*

q) *Bergm.* l. l. p. 330. „Veluti Timaeum Ruhnkenianum, Callimachum Ernestinum, Jo. Chrysostomum ap. Raphelium. Minus fortasse nota est exquisitae eruditionis plena animadversio de v. εὐαγής, servata in Musgravii Exercit. Eurip. L. B. 1762. p. 84 sq., repetita in ed. Eurip. Suppl. v. 654. Nec item omnibus cognita singularis ejusdem, sub litteris I. E. [i. q. T I. H E.] latentis in Miscell. Obss. Vol. VII. p. 325. de loco quodam Antiquitatis Graecae disputatio, Valckenario laudata ad Herodot. IV, 145. p. 344, b. mihi autem indicata a M. Tydemanno." *F.*

r) Olim *e perenni*. *B.*

s) Conjunxit quae in priore ed. seorsum fuerant posita: *Hujus r. q. c. f. saepen. quaeri solet. Equidem mihi videor r. h. duas. B.*

volumina sparserat, digerenda traduci. Ne ipse quidem diffitebatur, se ad labores praesertim *t*) jussos, quibus sibi liquida illa meditandi voluptas eriperetur, paulo esse tardiorem. Deinde cum nihil, nisi quod omnibus numeris expletum esset, a se exire vellet, majorem posteritatis, quam aetatis suae *u*), ducens rationem, lapsus est, ut fere solent excellentissimi quique artifices, in quandam calumniam sui, ut, quantumcunque adhibuisset curae et studii, tamen nihil satis putaret. Ita, quod Plinius *x*) de Protogene, pictore, dicit, *in summa artis intentione minor erat fertilitas.* Huc accedebat, quod, quamcunque rem tractandam sumsisset, eam ita excutere, et cum pulvisculo exhaurire studeret, ut, qui posthac idem agere institueret, omnem sibi materiam praereptam fateretur *y*), Quibus de caussis *z*) memoriae *a*) suae, fidissimo ceteroquin omnium, quae semel legisset, audivissetve, custodi, irasci solebat, si vel leve quiddam, quod eodem pertineret, sibi post editum librum suppeditaret.

---

t) *Bergm.* ibid. p. 331. „Tale fuisse Hemsterhusii negotium, jam antea significaverat Ruhnk. in praef. ad Tim. [supra p. 82.]" *F.*

u) Antea *maj. habens post., quam praesentis aetatis rationem. Sua aetas*, Hemsterhusii aetatem significat: *praesens*, eam quoque, qua haec scripsit Ruhnkenius. *B.* Vehementer probat correctionem *Wolfius* l. l. p. 559. *F.*

x) Hist. Nat. XXXV, 11. *L.*

y) Antea *inveniret*: illud, ut exquisitius dictum, ita melius convenire videtur *materiae praereptae*, quam non adeo invenire possumus. *B.* Ita etiam *Wolfius* judicat l. l. p. 559. *F.*

z) Ed. prior *Quamobrem. B.*

a) *Bergm.* l. l. „Cf. quae scripsit Ruhnk. in praef. ad Schell. Lex. p. XII." *F.*

Fuerunt, quibus in Luciano ornando nimis *b*) cunctatus videretur: a quibus petimus et quaesumus, ut

---

b) *Bergm.* l. l. „Cf. vita Ruhnk. p. 59.' Multas ejusmodi querelas de tarditate Hemsterhusii attulit in Vitis Philologorum Harlesius, ductas partim ex I. M. Gesneri Thes. Epistol. a Klotzio edito Halae Sax. T. II. p. 327 et 331., partim ex ejusdem Gesneri et Moshemii Epistolis amoebaeis ab eodem editis Lps. 1770. p. 12, 19, 54, 69, 117, 122. E quibus de toto hoc negotio Lucianeo iniquius scriptis, in primis autem ex iis, quae leguntur p. 12 et 117. haud temere conjicias, Gesnerum inter, jam antea in Germania eundem scriptorem edere aggressum, et Hemsterhusium in Belgio idem factitantem, simile quoddam intercessisse mutuae aemulationis ac diffidentiae studium, quale postea, Callimachi et Xenophontis ornandi causa, Ernestum inter et Valckenarium exstitisse constat. [Qua de re cf. *Ernesti* aliorumque epistolas ab *I. A. H. Tittmanno* editas Lps. 1812. ejusque libri censuram in *Wyttenb.* Philom. L. III. p. 110 — 183. *Eberti* Lexic. Bibliogr. T. I. p. 263. *Seebodii* Bibl. Crit. Hildes. a. 1820. p. 425 sq. et quae ipse scripsi in praef. ad Vit. Hom. Erud. T. I. p. XIII. sq. *F.*] Ipsum quidem Ernestum, quamvis Gesneri amantissimum, longe aequius de Hemsterhusio judicasse eique in Graecis literis principatum detulisse, auctor est Wyttenb. vit. Ruhnk. p. 17. Silentio praetereunda non sunt Krebsii verba, non illius quidem Ruhnkenio paris gravitate judicis, at judicis tamen, cujus indoctae multorum aliorum levitati longe anteponenda auctoritas est. Is igitur a. 1759 scripsit ad Reisk. l. l. p. 615. *De Luciano, non dicere satis possum, quantum e divinis illis Hemsterhusii, τοῦ πάνυ, notis profecerim. Bone Deus, quam multa antea incognita et inaudita iste Thesaurus graecarum literarum mihi ostendit? etc. etc.* Ceterum posterior iste a Klotzio editus libellus et lectu non injucundus est, et dignus qui ad historiam illius temporis litterariam cognoscendam diligenter adhibeatur. Praeterea operae pretium arbitramur afferre, quae in censura Biogr. Gesn. Acad. prodita in Klotzii Act. Liter. Vol. VI. P. IV. summa aequitatis significatione

ejus cunctationem comparent cum alterius *c*), qui post ad eundem scriptorem edendum accedere ausus est, festinatione. Reperient profecto, illum cunctando *d*) rem resituisse, hunc festinando perdidisse.

Ille autem tot vigiliarum et tot annorum fructus si minus publice apparuit, non tamen iccirco vel exiguus esse, vel periisse existimandus est. Nam vix ullus sive Graecus sive Latinus scriptor est, in cujus margine non tales emendationes, quales a principe Criticorum proficisci par *e*) erat, notarit. Pleni sunt ca-

---

relata leguntur p. 403. *Profecto exosculamur summam humanitatem, qua Hemst. atque Gesn. ita certaverunt inter se, ut fere, uter amabilior sit, ignores etc. etc.* Ipsius Hemsterhusii et Gesneri mutuas epistolas servavit, ab Harl. laudatus, Eyringius in Biogr. Gesn. Acad. Gott. a. 1769. Vol. III. p. 369 sqq. Alias, ut monuit nos Tydemannus, in lucem protulit Meuselius Horrei P. VIII. Denique, memorantur quaedam in Collect. Epistolarum Tewaterana Catal. P. II. p. 11. Nro. 29. p. 15. Nro. 35 *et* 34. Nro. 14. [Adde quas *Lünemannus* ad Hemsterh. aliosque a Gesnero scriptas edidit in nostris Miscell. Crit. Vol. I. P. I. p. 58 sqq. Ego vero, quae ex Harlesii copiis ob rem ipsam olim largius exhibueram in vita Hemsterh. praefixa oratt. Hemsterh. p. XXVI sqq., nunc nolo repetere, ne cui tanti viri memoriae quidquam detrahere velle videar. *F.*] Quas omnes conjunctim repetere, itaque ad plurium notitiam prodere, profecto operae pretium sit." *F.*

c) Major vis est numeri singularis, quam antea pluralis *aliorum, qui — ausi sunt, — hos.* Non plures alios, sed unum Reitzium significari, neminem latet. *B.*

d) Ennius ap. Cic. de Off. I, 24. de Q. Fabio Maximo *Unus homo nobis cunctando restituitrem. F.*

e) Antea minus exquisite *debebant.* Frequens est Belgicismus [et Germanismus, quem aegre fert *Wolfius* l. l. p. 559.] verbi *debeo*, quod, ubi nulla adest necessitas, Latine non dicitur: qua de re cf. Epp. Sod. Philom. p. 180. Ergo ut

stigationum, ut paucorum *f*) recensione defungar, Aristophanes, Oratores Attici *g*), Theocritus *h*), Apollonius Rhodius *i*), Harpocration: pleni ex poëtis Latinis, Propertius, Manilius *k*), Valerius Flaccus. Hinc igitur praesidia, hinc ornamenta editionibus a se curandis petant Critices studiosi. Neque verendum est, ne talis thesaurus in dominos literarum rudes incidat, aut dissipatus pereat. Adhuc illum integrum servat Franciscus Hemsterhusius, unus *l*) ex tribus filiis superstes, paterni ingenii, animi, et oris imago, qui philosophiam et mathematicas artes cum antiquitatis eruditae scientia ita conjunxit, ut, qua laude magis excellat, difficile

---

hic, ita infra pag. 278. recte fecit Ruhnk. quod pro *qualis esse debebat* emendaverit *qualem esse oportebat*. Rectius item p. 276. pro *contemni debet* posuit *contemnenda est*, cum eadem de caussa, tum propter exquisitiorem Gerundii usum. *B.*

f) Vet. ed. *ut paucos tantum nominem*. *B.*

g) *Bergm.* l. l. p. 333. „Speciminis loco conf. quae attulimus ad Isocr. Areopagit. p. 9. et 71." *F.*

h) *Bergm.* l. l. p. 338. „V. Valcken. praef. ad Theocr. Bi. et Mosch. ed., in cujus var. lect. passim memoratur T. H. Animadversionum specimina jam antea Valck. dederat ad Theocr. Dec. Idyll. ed. alt. p. 94, 117, 143, 175, 180, 183, 371." *F.*

i) *Id.* ibid. „V. Ruhnk. Ep. Crit. II. p. 190. sq. Ex alio genere sunt, quae protulit ibidem Ep. Cr. I. p. 68 et II. p. 214: posteriore quidem loco ex Hemsterhusii *schediasmate* inedito *de verborum formis Doricis, Laconicis etc.*" Cf. *Geel.* in praef. l. l. p. XXII. sq. et supra p. 236. *F.*

k) „Exemplum exstat in Ruhnk. praef. ad Schell. Lex. p. VIII." *Bergm.* l. l. p. 334. *F.*

l) *Bergm.* l. l. p. 506. „Siquidem duo reliqui ambo immatura morte perierant; alter major Jacobus procul a patria, ut est infra, alter minor variolarum morbo obiit Leidae a. 1749, ut scribit Bernard. ad Reisk. p. 317." *F.*

sit existimare. Sed idem inusitata liberalitate totum illum thesaurum Bibliothecae publicae Leidensi, post fata sua, donare *m*) constituit, jam nunc fidem suam per me omnibus ita astringens, ut haec publica voluntatis declaratio testamenti vim habere possit. Sic facere decebat filium, qui nobis patrem cum aliis virtutibus, tum animi magnitudine reddit.

---

m) Haec quem exitum postea habuerint, constat ex Vita Ruhnk. p. 132 et 204. *B. Geel.* l. l. p. V. sqq. „Pervulgatum erat, hunc Thesaurum *in cineres* abiisse. Itaque ne error errore cumuletur, monendum est, non conflagrationem aliquam, sed omnino amissionem *proverbio* indicatam esse. Ipso autem tempore, quo Wyttenbachius illarum copiarum interitum deplorabat, salvae erant ex parte, sed in Bibliotheca publica Leidensi latebant, cui quando schedulae Hemsterhusianae accesserint, liquido definire non possum: incidit enim illud lucrum in Ruhnkenii senectutem, corpore animoque ad obeunda praefecti munera jam minus valentis. Hoc scio, bibliothecae Hemsterh. partem dono et emtione bibliothecae L. B. illatam a. 1791, ab aliquo inde tempore publico usui patere. Libri quidem Hemsterhusiani eo sunt numero eaque praestantia, ut nesciam, an splendidiore dono Bibliotheca Leidensis raro locupletata sit. Nam praeter illos, quos Ruhnkenius recensuit, alii sunt, quorum margines larga annotatione opplevit docta Hemst. manus. — Quod igitur egregie de praeceptore suo dixit R., ille tot vigiliarum et tot annorum fructus, si minus publice apparuit, non tamen idcirco vel exiguus esse, vel periisse existimandus est. Quamquam autem ille fructus non periit, fateor nihilominus, solum Hemst. suas ipsius copias recte disponere et in certum ordinem redigere potuisse. Aliud enim est, inter legendum, quaecunque ad veteris auctoris locum illustrandum corrigendumque faciant, in ejus marginem conjicere; aliud animadversiones conscribere, in quibus ratiocinando interior loci sensus aperiatur, vel emendandi necessitas ac via demonstretur. Hic sane, per longum annorum decursum, cinis ex aliis scriptoribus loca nullo ordine acervantur." *F.*

Satis multa de Hemsterhusii ingenio et doctrina diximus. Nunc animum contemplemur, utrique facultati vel parem, vel superiorem. Nec alienum est, qui Critici nostri animus et mores fuerint, quaerere, praesertim cum de Criticorum moribus ea inveteraverit opinio, ut nullum eruditorum genus ferocius, truculentius, magisque contentiosum habeatur. Equidem negare non possum, tales et olim fuisse, et fortasse etiam nunc esse. Addo etiam, ridiculas istorum pugnas de verbis et parvi momenti rebus Criticam non leviter infamasse. Veruntamen quis tam iniquus judex est, ut hominum vitium ad artis contemtionem *n*) trahat? Nisi vero Jurisprudentia contemnenda est *o*), quod inter Jurisconsultos rabulae, aut Medicina, quod inter Medicos circulatores reperiuntur. Nolim hujus opinionis levitatem *p*), cum pari conjunctam iniquitate, pluribus verbis refellere. Sunt Hemsterhusii mores optima Criticorum apologia. Cujus enim famam et existimationem ille unquam scriptis suis laesit? Cujus dissensionem *q*), in tanto doctrinae fastigio, non facile ac leniter tulit? Ne tum quidem, cum res et locus postularent, superbiam maximis meritis quaesitam *r*) sumsit. Quid? tantum abfuit *s*), ut aliorum errores exagitaret, ut stultos etiam patientius ferret, quam necesse videretur. Erat

---

n) Vet. ed. *contemtum.* Cf. supra p. 249. *B.*

o) Antea *contemni debet.* Cf. p. 274. *B.*

p) Antea *levitatem et iniquitatem.* *B.*

q) Olim *dissensum.* Cf. p. 249. *B.*

r) Hor. Carm. III, 30, 14. *sume superbiam Quaesitam ritis.* *L.*

s) Vet. Ed. *sumebat — aberat.* De re jam diu peracta fecto tempore dicendum erat. *B.*

Theologus *t*), qui saepe in circulis, ipso praesente, Pindaros, Sophocles et Demosthenes, quos nunquam legerat, loqueretur, eosque velut in lance positos modo tolleret judicio suo, modo deprimeret, omninoque, ut in Latinorum proverbio est, spectante Roscio *u*), gestum in scena ageret *x*). Cum Joannes Albertus, et ceteri *y*), qui aderant, intentis in Hemsterhusium *z*) oculis exspectarent, ut hominis vanitatem et impudentiam *a*) comprimeret, ille ne verbum quidem. Cur enim, dicebat, hunc minus patiar ingenio suo frui, quam alios *b*), coram me et Schultensio, in pari inscitia, de pulpitis jactantes Graecarum et Orientalium scientiam literarum?

Sed non est, quod magnopere miremur aut aliorum intolerabilem fastum et superbiam, aut hujus amabilem humanitatem. Illi enim *e*) ex his studiis nullum,

---

t) In priore ed. simpliciter *Erat, qui* — Theologo illo tunc temporis fortasse adhuc vivente. *B.*

u) Cic. de Orat. II, 57. *Quanquam soleo saepe mirari eorum impudentiam, qui agunt in scena gestum spectante Roscio. L.*

x) *Omninoque — ageret* desiderantur in priore ed. *B.*

y) Olim *cum ceteri. B.*

z) Antea *eum. B.*

a) Prior ed. *stolidam hominis vanitatem. B.*

b) Antea *concionatores sacros, qui — jactant.* Mutandi causam praebuisse videntur barbari isti *concionatores sacri:* nam apud Ciceronem quidem non nisi semel, idque in malam partem, legitur *concionator*, i. e. *populi concitator* Catil. IV. 5. [cf. *Eichstaedtii* Deprecat. Latinitatis Academicae in nostris Miscell. Critt. Vol. II. P. IV. p. 650. *F.*] Praestiterit fortasse, *oratores sacri*: sed ut rem ipsam, sic nomen rei ignorant optimae aetatis scriptores. *B.*

c) Olim *Nam illi.* Cf. supra p. *B.*

nisi eruditionis, fructum petunt: cujus vis quae potest esse in animum et mores? Hic non unam eruditionem, sed inprimis vitae et morum elegantiam; omninoque veram sapientiam inde sibi hauriendam ducebat. Ac morum quidem venustas non solum per ejus libros fusa est, sed etiam in sermonibus, omnibusque vitae actionibus ita lucebat, ut non tam sibi et Musis vixisse, quam inter fortunatos beatosque homines aetatem egisse videretur. Sermo familiaris etsi tam accuratus et eruditus erat, ut meditatum diceres, tamen nihil habebat affectationis molestae. Immo haec gravitas temperabatur incredibili humanitatis festivitatisque condimento. Nam et ipse naturae *d*) vi abundabat sale atque urbanitate, et praeterea omnem leporem et facetiarum florem ex antiquis et novis scriptoribus libarat. Itaque vix alium ex eruditorum ordine vidimus, cujus consuetudo a principibus etiam viris impensius *e*) expeteretur. Non habet patria proceres illustriores, prudentiores, et bonis artibus ad omnem humanitatem magis excultos, quam fratres, Guilielmum et Carolum Bentinckios. Atqui illi fateri et prae se ferre non dubitant, se nunquam, nisi meliores aliqua parte et doctiores, ab Hemsterhusio, discessisse. Ac nescio, majorine gloriae sit Hemsterhusio, Bentinckiis placuisse, an Bentinckiis, Hemsterhusii virtutes intellexisse *f*).

Animus ejus erat, qualem esse oportebat *g*) tot sa-

---

d) Duabus prioribus vocibus omissis, antea legebatur *sale atque urbanitate abundabat.* *B.*

e) Antea *vehementius.* Cf. supra p. 265. *B.*

f) *Bergm.* l. l. p. 334. „Cf. Valoken. dedicatio Hippolyti Euripidei, ubi *Vos*, inquit, *hominis sapientissimi meritae cognovistis inter paucos.*" *F.*

g) Olim *qualis esse debebat — conformatus.* Cf. supra p. 274. *B.* Laudat hoc factum inprimis *Wolfius* l. l. *F.*

pientum praeceptis conformatum, unius verae et solidae *h*) virtutis admirator *i*), contemtor rerum fluxarum et humilium. Roboris quantum in eo fuerit, hoc documento cognoscere licet. Venerant ad eum Franequeram nobilissimi e primaria gente Wassenaria hospites, biduum hilare sumturi *k*). Cum omnes accubuissent, animis ad laetitiam remissis, ecce, literis fit certior, filium summae spei, Jacobum, qui sibi decus ex militia navali petebat, procul a patria morte immatura periisse. Quid ille? Vultu nihil mutato seponit literas, simulat hilaritatem, acerbissimumque dolorem per biduum pectore premit, quod jucunditatem *l*), cui se hospites dederant, muliebri et nihil profutura ejulatione contaminari nolebat. Tali constantia germanus ille Socraticae disciplinae alumnus, Xenophon, nuntiata inter sacrificandum filii Grylli morte, luctum distulit, dum solemne sacrificium peregisset *m*).

Ostentationem et inanem pompam oderat cum in reliqua vita, tum in docendo; ut exteri, qui ad ejus lectiones *n*) venissent, vix crederent, hunc esse illum Hemsterhusium, de quo tot ac tanta praedicari audivissent. Famae et magnae de se opinionis prope negli-

---

h) *Solida virtus* ex Zumptii sententia Aufgg. p. 261. vix recte dicitur, quum *inani* opponatur. V. supra p. 86. et *Matth.* ad eloqu. lat. exempla p. 133. *F.*

i) Liv. I, 56. liberator *ille populi Rom.* animus. *Z.*

k) Terent. Adelph. II, 4, 23. ibique Bentl. *L.*

l) Prior ed. *hospitum jucunditatem.* Numerorum concinnitati consulens et hoc loco periodum maluit. *B.*

m) „Rem refert Plutarch. Consol. Apoll. p. 118. F. ubi scriptorum locos notavit Wyttenbachius.“ *Bergm.* l. l. p. 334. *F.*

n) Pro *scholis* dictum hoc multi improbarunt. v. *Nolten.* Lex. Antibarb. suppl. p. 67. *Eichstaedt.* l. l. alios. *F.*

gens erat, minime *o*) omnium curans plâusum vul cui propterea *p*) paene ignotus vixit. At *q*) quo min gloriam venabatur, eo magis ad eum sponte venieb Quis enim nescit, omnes omnium gentium eruditos u voce, una sententia regnum in literis ad ipsum det lisse?

Prudentia, dubito, an *r*) unquam major et pr stantior fuerit in ullo homine erudito. Credebat E charmo *s*), nervos et artus prudentiae esse, non tem credere, tenebatque, si quis alius, artem difficillim tacendi suo tempore, et loquendi. In consilio capie do cautus, consideratus, et, si quaeris, lentus: quip omnes in utramque partem rationes videbat, et mag judicio ponderabat: sed idem, ubi semel quid decrev set, constans et firmus. Alienus a suspicionibus: idem latebrarum, quae in animis hominum sint, sag cissimus explorator.

Sed prudentia, quae vitam privatam attingit, si eo summa et singularis fuit, forsitan minus mirum deatur. Unde vero ille, qui nullam reipublicae part

---

o) Antea *et minime o. curabat laudem v.* Participio brevi consultum est: praeterea aliud est *laudem*, aliud *plaus* vulgi curare. *B.*

p) Antea *idcirco*. cf. supra p. 239. *B.*

q) Vet. ed. *sed — confluebat.* Gloria rectius *venire* dici quam *confluere*, inprimis ob antecedens *venabatur*. *B.*

r) *Num* dicendum erat ex vera sententia *Zumptii* in Aufgg. 262. et Gramm. cap. 78, 6, d. not. 3. *F.*

s) Ap. Stob. Serm. III. p. 49. ed. Gesn. *Νᾶφε καὶ μέμνα ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.* cf. Vit. Ruhnk. 259. Latina verba Ciceronis sunt de petit. consul. c. hunc locum reddentis. Simili rei eundem adhibuit Ph. M lanthon in or. *de amore veritatis* orr. select. a me Viteb gae editarum a. 1822. Vol. I. p. 81. *F.*

gisset, tantam hauserat rerum civilium scientiam? ıpe cum eam non experiundo sibi comparare posset, ı et experientiae vicariam adscivit philosophiam, inıisque omnis priscae et recentioris aetatis historiam. qua virtute Academia Batava uberrimum fructum t. Nactus enim amplissimum theatrum, in quo ci- ı illa prudentia spectaretur *t*), foederatorum Belga- historiam nova et inusitata ratione tradere coe- *u*). Indagabat veras caussas, ex quibus res gestae lerent, remotis simulationum involucris, quibus teıntur; consilia principum et populorum cur bene, secus cecidissent, explicabat; quid expetendum, l fugiendum esset, demonstrabat; efficiebatque adeo,

---

Melius quam antea *spectari posset.* *B.*

Bergm. l. l. p. 336. „Juvat adscribere, quae de eodem argumento tradidit scriptor Elogii Hemsterhusiani Gallici, de quo diximus supra. *En 1738 on joignit à la profession de Grec celle de l'Histoire de la patrie. Ses leçons sur cette importante matière sont un modèle qu'on admirera toujours, mais qu'on n'imitera que très difficilement. On y trouvoit en effet tout ce qu'on peut attendre d'un excellent Historien. Un style digne des plus beaux Siècles de la Latinité; une connoissance profonde des hommes, des affaires, de la politique; cet art seduisant, et si nécessaire de lier les faits, de les présenter de la façon la plus intéressante, une impartialité exacte, un amour dominant de la vertu, de la liberté, de la vérité, des réflexions toujours également justes et naturelles; une finesse, une sûreté de pinceau dans les portraits de ses principaux personnages qu'on ne surpassa jamais; une force, une netteté d'expression, qui mettoit en quelque sorte sous les yeux les objets qu'il décrivoit, et qui devoit faire passer dans l'ame de ses Auditeurs tous les sentimens dont il etoit lui même animé.* Aliter sese res habuit edito Wagenarii opere de Historia Patriae, ut patet ex vita Ruhnk. p. 97." *F.*

ut disciplina sua prudentiae civilis magistra et esset et haberetur. Inprimis heroum Batavorum ingenia et mores tanto artificio pingebat, ut non literarum Professorem, sed Polybium aut Tacitum cathedrae impositum dixisses.

Tali ingenio, doctrina et sapientia fuit Hemsterhusius, cujus similem Criticum nos haud vidimus; posteri ut videant, bonarum literarum caussa vehementer optamus.

DEDICATIO
EDITIONIS
RUTILII LUPI.

VIRO NOBILISSIMO,

FRANCISCO FAGEL,

PRAEPOTENTIUM ORDINUM BELGII FOEDERATI GRAPHIARIO,

S. P. D.

DAVID RUHNKENIUS.

Saepe numero in illius temporis jucundam sane memoriam redeo, quo Tibi sive comes, sive dux eram ad Graecas literas cognoscendas. Veneras ad nos supra aetatem Latine doctus, Latinorum inprimis poëtarum flagrantiore studio, quam quod expleri et satiari legendo posset. Verum cum Patri Tuo, cujus sapientiam in maximis reipublicae caussis spectatam tanta exornat ingenuarum artium scientia, quantam vix credibile sit in vita tam occupata compa-

-ari potuisse; cum igitur Patri Tuo credidisses, vim et venustatem Virgilii, non nisi cognito Homero, Ciceronis, non nisi Demosthene, penitus percipi posse: nihil antiquius habuisti, quam ut Graecas literas conjungeres cum Latinis. Itaque una legebamus ingeniorum principem, Homerum; eique, ut Atticam etiam elegantiam et suavitatem gustaremus, Xenophontem adjungebamus. Qua lectione confirmati non dubitabamus ad grandem, et Homero in dispari genere similem poëtam, Sophoclem, et dulcem subtilemque de scena philosophum, Euripidem accedere. Tum vero, qualis in Te materia et indoles esset, intelligere coepi. Nihil dicam de docilitate, qua intra biennium consecutus es hoc, ut, qua facilitate Cornelium et Racinium, eadem Sophoclem et Euripidem legeres. Majorem admirationem mihi movebat vis judicandi, quae in locis dubiis et obscuris cernebatur; inprimisque acerrimus pulcri et veri sensus, quo, saepe magistrum praecurrens, ante latentes veneres deprehendebas, quam ipse earum demonstrandarum locum habuissem. Ex his et aliis, quae prodebas, excelsae indolis argumentis jam tum augurabar, talem Te, qualis nunc es, futurum, et saepe alios loci Tui juvenes monebam, in te intuerentur, de Te sibi exemplum sumerent, qui, quamvis natalium splendore, fortunae opibus, majorum meritis facile ad amplissimos honores adspirare posses, tamen in optimarum artium studiis ita versarere, ut nihil Tibi praesidii in illis relictum esse, omnem ornamentorum spem in ingenii cultu et virtute sitam existimares. Decursis deinde, pari cum laude, graviorum disciplinarum spatiis, iter per cultiores Europae partes instituisti. Hic prima, sicut debuit, Tibi cura fuit, ut regum principumque artes in con-

tinendis civitatibus cognosceres, et ex variorum populorum moribus, legibus, institutis caperes, quod aliquando ad utilitatem patriae transferres. Nec tamen frequentior eras in aulis, quam in bibliothecis, aut magis purpuratos, quam doctrina et ingenio claros, appetebas. Inprimis autem proprio quodam studio rapiebaris ad priscarum artium miracula, quibus Italia referta est, contemplanda; quae majorem, quam vulgus credat, cum humanioribus a) literis cognationem habere, minime omnium ignorabas. Et eras intelligentissimus talium operum judex, qui oculos exercitatos domo attulisses. Hoc iter praeclari operis tanquam perpolitio fuit. Reverso Tibi in patriam praemia, quanta virtuti et doctrinae tribui possunt maxima, tributa sunt, et tributa maturius, quam cuiquam tali aetate contigisse, aut meminimus, aut in patriis annalibus legimus. Non énim adscendisti, ut ceteri, sed evolasti ad summos in republica honores; ut, adolescens cum sis, mirere, Te annis tantum Patri cedere, non amplitudine et dignitate. Ita consecutus omnia, quibus felicitas humana censetur, in maxime raro hominum genere merito numeraris. His vero ornamentis Tuis quantopere Musae gaudeant et triumphent, per occasionem Rutilii Lupi in lucem revocandi, me interprete, Tibi, Vir nobilissime idemque eruditissime, declarari voluerunt. Et quidni sensus animi proferant in tam justis laetandi caussis? Etenim, quae suis Te

---

a) *Zumptius* in Aufgg. p. 218. scripsit *antiquas*. Ita enim rectius appellatur latine, quam nunc dicimus *philologiam*, vel, si vis morum erudiendorum vim retinere, *humanitatis studia*. cf. *F. A. Wolf* Darstellung der Alterthumswissenschaften in Mus. Antiqu. studior. T. I. P. I. p. 12. *F.*

manibus finxerunt, Tecum habitarunt, Tecum peregrinatae sunt, nunc in idem fastigium Tecum escenderunt. Antea sibi timebant a barbarie et superstitione. Nunc, Tuo praesidio fretae, quos hostes fugiebant, fugant. Antea saepe nobilium hominum dictis vellicabantur. Nunc ad nominis Tui mentionem scurrrilis dicacitas obmutescit. Quodsi etiam optantibus sibi sic ceciderit, ut, quam sui tutelam nunc privato consilio sustines, eam aliquando publica auctoritate sustineas, nihil sibi ad summam felicitatem deesse judicabunt. Haec Tibi Musarum nomine significanda fuerunt. Vale. Scribebam Leidae. a. d. XX. *Juni* MDCCLXVIII. *b*)

PRAEFATIO
EDITIONIS
RUTILII LUPI.

AEQUO ET ERUDITO
LECTORI.

Non Figurarum ratio, millies in scholis decantata, sed pulcerrima maximorum Oratorum exempla, quibus intuendis imitandisque plus ad eloquentiam proficitur, quam omnium Rhetorum praeceptis cognoscendis, hanc apud nos vim habuerunt, ut, sepositis tantisper aliis,

---

b) Quas *Kiddius* edidit *Toupii* annotationes ad Rutil. Lup. ineditas in Ruhnk. opp. ed. Lond. praef. p. XXXVII., eas *Bardili* repetiit in Miscellan. Crit. nostris Vol. I. p. 381. suis additamentis auctas. *F.*

quae in lucem edere parabamus, Rutilio temporis a quid impertiremus. Quibus exemplis multum comme dationis accedit ex eo, quod non solum decerpta su ex oratoribus, qui magnam partem interciderunt, s etiam de Graecis sic facta Latina, ut Rutilius cum C cerone, quem juvenis senem videre potuit, certasse ' deatur. Mittimus alia libelli bona, quorum non ul mum hoc est, quod plura singularia et nusquam al reperiunda tradat, quam in ullo veterum librorum, tı paucis quidem paginis, tradita scimus. Sed de ip libello dicendum accuratius. Cumque alius ejus auct sit, alius interpres, primum de auctore, Gorgia, po de interprete, Rutilio dicamus.

A Gorgia scriptum librum esse, inscriptio doc quae in antiquis exemplaribus haec est: *P. Rutilii Lupi Schemata dianoeas et lexeos ex Graeco Gorgia versa.* Immo ipse Rutilius lectores ad Gorgiam, i libri auctorem, ablegat, II. 12. Nec quicquam disei tius et luculentius est Quinctiliani testimonio, IX. 2. 437. *Praeter illa vero, quae Cicero inter lumin posuit sententiarum, multa alia et idem Rutilius Gorgiam secutus, non illum Leontinum, sed alium sui temporis, cujus quatuor libros in unum suum transtulit, et Celsus, videlicet Rutilio accedens, po suerunt schemata.* Sed quis ille Gorgias, et quand vixit? Quinctilianus ait, illum eadem, qua Rutilium aetate vixisse. Itaque, cognita Rutilii aetate, Gorgi quoque aetas simul cognoscetur. Atqui Rutilius, u statim demonstrabimus, sub Augusto, vel certe sub Ti berio vixit. Relinquitur ergo, ut Gorgias sit Rhetc Atheniensis, Ciceronis filii in declamando magister, se paulo post patris jussu ab eo dimissus. Cicero filii Tironi, ad Div. XVI. 21. sic scribit: *De Gorgia au tem quod mihi scribis, erat quidem ille in quotidi*

a declamatione utilis: sed omnia postposui, dum-modo praeceptis patris parerem. Διαῤῥήδην enim scripserat, ut eum dimitterem statim: tergiversari olui, ne mea nimia σπουδὴ suspectionem ei aliquam importaret. Deinde illud etiam mihi succurrebat, prave esse, me de judicio patris dubitare. Dimissionis caussam, a Cicerone non commemoratam, explicat Plutarchus Ciceron. p. 873. A. *Γοργίαν δὲ τὸν ῥήτορα τιμώμενος εἰς ἡδονὰς καὶ πότους προάγειν τὸ μειράκιον, ἀπελαύνει τῆς συνουσίας αὐτοῦ — τὸν μὲν Γοργίαν αὐτοῦ προσηκόντως ἐπισκώπτοντος, εἴπερ ἦν φαῦλος καὶ ἀκόλαστος, ἥπερ ἐδόκει.* ubi pro *ἐπισκώπτοντος* scribendum est *ἐπικόπτοντος a*). Nam Cicero non irrisit Gorgiam, sed reprehendit ob mores dissolutiores. Idem Gorgias etiam *Declamationes* scripsit, quas laudat Seneca Controv. I. 4. p. 113. ubi N. Faber, non alium, nisi Rhetorem nostrum laudari, rectissime vidit. Ejusdem librum *περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων* citat Athenaeus XIII. p. 557. A. 583. D. 596. F. Quanquam hic fortasse diversus a Rhetore putandus est. Tale enim argumentum Grammatici tractare solebant, Rhetores non item. Hactenus de Gorgia.

De Rutilii aetate non una est hominum eruditorum sententia. Frobenius in praefatione, quam Rhetoribus a se editis praemisit, et Glandorpius in Onomastico, etiam Quinctiliani aetate floruisse dicunt. Sed utrumque deceptum esse mendosa lectione Quinctiliani III. 1. p. 119. statim ostendemus. Vossius de Histor. Graec. II, 13. eum sub Nerone ponit, additque, Callinicum Sophistam, qui, Suida teste, scripsit *πρὸς Λοῦπον περὶ τῆς κακοζηλίας ῥητορικῆς*, librum Lupi nostri filio inscripsisse. Verum sine ullo teste Rutilium Neroni aequa-

a) Probante Cl. Wyttenb. ad h. l. in Sel. Pr. Hist. p. 433. B.

lem facit, et in Callinici aetate non leviter errat, ut accurate demonstravit Jonsius de Scriptor. Hist. Philos. III. 14. p. 285. Fuit tamen, cum nos quoque in Vossii sententiam proniores essemus; cujus rei leve vestigium relictum est in annotatione nostra, p. 62. Burmannus ad Quinctilian. III. 1. p. 219. in medio relinquit, Rutilius sit, an ejus filius, ad quem Divi Fratres rescripserunt in *L.* 6. *D. de muner. et honor.* Sed dudum animadverterat Anton. Augustinus de Nomin. Pandect. p. 364. Divos Fratres non potuisse rescribere ad Rutilium, qui a Quinctiliano laudetur. Rursus Burmannus ad prooem. Lib. VI. p. 497. Rutilium eundem esse Rhetorem conjicit, cujus filiam duxerit Quinctilianus. Quae conjecturae nullo negotio refelluntur. Nam primum quis Rutilium, quem Quinctilianus dudum ante se vixisse significat, ad Antoniorum tempus demittat? Deinde non Rutilii, sed Tutilii filiam uxorem duxit Quinctilianus. Hicce Tutilius cum non solum Burmanno, sed aliis etiam errorem objecerit, breviter, quis fuerit, explicemus.

Quinctiliani III. 1. p. 119. locus hic est: *Scripsit de eadem materia non pauca Cornificius, aliqua Stertinius, non nihil pater Gallio: accuratius vero priores Gallione Celsus et Lenas, et aetatis nostrae Virginius, Plinius, Rutilius.* Qui locus si mendo careret, clarum esset, Rutilium Quinctiliani aetate vixisse. Enimvero Codices MSS. et editiones veteres, quas Burmannus et Gesnerus excusserunt, etiam MStus ex Hulstiana bibliotheca in Leidensem translatus, pro *Rutilius* magno consensu legunt *Tutilius.* Verissime. Nam Rutilio nullus potest locus esse, ubi Rhetores, qui universam artem oratoriam complexi sint, recensentur. Commemorandus est inter eos, qui partem Rhetorices, tanquam de Schematibus, illustrarint. Atqui inter eos

commemoratur, IX. 3. p. 455. *Haec omnia copiosius sunt executi, qui non ut partem operis transcurrerunt, sed proprie libros huic operi dedicaverunt; sicut Caecilius, Dionysius, Rutilius, Cornificius, Visellius, aliique non pauci. Sed non minor erit eorum, qui vivunt, gloria.* Quo loco, simul observari debet, rursus Quinctilianum de Rutilio loqui, tanquam aetate sua superiore. Tutilius vero nobilis Quinctiliani tempore Rhetor fuit, qui quanta cum fama artem suam professus sit, intelligimus ex Martiale V. 56.

Cui credas, Lupe, filium magistro,
Quaeris sollicitus diu, rogasque.
Omnes Grammaticosque Rhetorasque
Devites, moneo: nihil sit illi
Cum libris Ciceronis, aut Muronis,
Famae Tutilium suae relinquat.

ubi P. Scriverius etiam in Quinctiliano *Tutilius* restituit pro *Rutilius*, cujus nullam rationem a novissimis hujus Rhetoris Interpretibus habitam esse miror. Hujus Tutilii filiam cum Quinctiliano matrimonio junctam fuisse, viri docti probabili ratione colligunt ex Plinio, ita scribente Quinctiliano, VI. Ep. 32. *Quamvis et ipse sis continentissimus, et filiam tuam ita institueris, ut decebat filiam tuam, Tutilii neptem.* Quae loca tametsi in promtu fuerunt Dodwello Annal. Quinctil. §. 29. tamen non modo vitiosam Quinctiliani scripturam *Rutilius* inepte defendit, sed inde etiam Plinium corrumpit, legere tentans, *Rutilii neptem.* C. Tutilii Hostiliani, philosophi Stoici, memoriam conservat lapis apud Muratorium Inscr. p. MXLII. 1. Satis de Tutilio; ad Rutilium redeamus.

Confutatis aliorum de Rutilii aetate conjecturis, sequitur, ut sententiam nostram expromamus. Hic autem verum esse videmus, quod poëta ait, nos saepe fugien-

tia captare, et in medio posita transvolare. Nam viri docti Rutilii aetatem conjecturis assequi conati sunt: ad Quinctiliani locum, qui, quando vixerit, plane et perspicue docet, animum non attenderunt. Quid, quaeso, sibi volunt illa verba jam supra laudata: *multa alia Celsus, videlicet Rutilio accedens, posuit schemata?* Quis dicitur *alteri accedere?* Nempe is, qui sententiam alterius sequitur, probat. Exempla sunt apud ipsum Quinctilianum, IX. 4. p. 457. *Itaque accedam in plerisque Ciceroni,* eod. libro p. 482. *Neque enim accesserim Celso.* Videndi ejus Interpretes ad VI. 4. Vellej. Paterc. I. 8. *libenter enim his, qui ita prodiderunt, accesserim.* Sic Davisius in Cicerone de Finib. I. 6. legebat: *Epicurus Democrito accedit, perpauca mutans.* Jam si Celsus accessit Rutilio, necesse est, Rutilium prius dixisse sententiam, atque adeo Celsum aetate antecessisse. Atqui Celsum sub Tiberio et Claudio floruisse constat. Certum igitur est, Rutilium sub Augusto, vel Tiberio vixisse. Nihil hac ratione liquidius et verius. Nec desunt alia, quae hanc ejus aetatem egregie confirment. Modo vidimus, eum a Quinctiliano Gorgiae aequalem vocari. Atqui Gorgias vixit sub Ciceronis senectutem, adolescentiamque Augusti. Alibi idem Quinctilianus, IX. 3. p. 455. illum medium ponit inter Caecilium, Dionysium, Cornificium, quos Augusti seculo floruisse scimus. Licet denique e scribendi genere, quod Rutilius secutus est, argumentum pro ejus aetate capere. Nihil hic sophisticarum argutiarum, in quibus Seneca, Plinius, et quicunque eos consecuti sunt, sibi tantopere placuerunt. Omnia simplicem et naturalem pulcritudinem habent, similem Tullianae, cujus imitandae studium aliquot locis etiam deprehendimus. De stilo Rutiliano sic judicat Barthius Advers. LV. 1. p. 2575. *ea Latinitas, quae nequa-*

quam vulgarem, sed aevo et eruditione vere Romanum scriptorem arguit. Ceterum in antiquis et libris et saxis permulti non modo *Rutilii Lupi*, sed etiam *Publii Rutilii Lupi* occurrunt, quos hic congerere nihil attinet. Apud Ciceronem frequens mentio est P. Rutilii Lupi, Tribunatu pl. et Praetura functi, et in bello civili partium Pompejanarum. Vide Manutium in Ep. ad Div. I. 1. Cujus filio si quis hunc libellum tribuere velit, etsi non intercedam, nihil tamen sine idoneo teste affirmem.

Rutilius, ut Quinctilianus ait, ex quatuor Gorgiae libris unum fecerat. Nunc in duos divisus reperitur. Ex quo dubitatio nata est N. Fabro ad Senec. Contr. I. 4. p. 113. sintne libri duo, quos superstites habemus, Rutilii, cujus Quinctilianus meminit. Sed mox ipse hanc divisionem rectius adscribit librariis; quae etiam sententia est Fr. Robortelli de artif. dicend. p. 19. et Vossii Inst. Orat. V. 2. p. 232. et de Rhetor. nat. cap. 13. p. 341. Sed Rutilius ex quatuor libris hic unum fecit, ut illum eadem opera contraheret. Quod nos ipse docet II. 12. *quid intersit, — cognoscere poteris multo diligentius ex Graeco Gorgiae libro, ubi pluribus uniuscujusque ratio redditur.* Rutilianae vero Epitomae multa deinceps detraxit sive magistrorum fastidium, sive injuria temporum. Quantam illa jacturam fecerit, ex Quinctiliano intelligi potest, duodecim schemata laudante, IX. 2. p. 437. quorum nullum in exemplaribus nostris vestigium reperitur. Desunt etiam illa, quae Quinctilian. l. c. p. 455. habet: *Incredibile est, quod dico, sed verum. — Aliquis hoc semel tulit, ego bis, ego ter.* quae sunt exempla ἀνθυποφορᾶς. Item: *Longius evectus sum, sed redeo ad propositum.* quod est exemplum διεξόδου. Quae quamvis sine Rutilii mentione laudentur, tamen

ex eo sumta esse, bene vidit A. Schottus ad Senec. Controv. I. 7. Negant etiam Robortellus l. c. Barthius ad Claudian. B. Gild. 398. et Gesnerus in praef. editionis suae, hunc libellum integrum ad nos pervenisse. Barthii verba haec sunt: *Libenter eo scriptore utor; ponit enim aliud agens lectas veterum sententias. Utinam integer legendus; quae enim habemus, excerpta sunt mera.* Quae verba adscripsimus, ut Barthii inconstantiam notaremus. Nam qui hic bene judicat, multa libro deesse, Advers. XIII. 9. jactat, *Rutilium paucis paginis omnium fere figurarum thesaurum reclusisse.*

Verbo hic refellenda est Is. Casauboni opinio, quam prodidit annotatione, a nobis ad p. 114. relata. Scilicet vir summus existimasse videtur, Rutilium quidem Gorgiae praecepta oratoria vertisse, sed in exemplis secutum esse aliorum, quae tum ferebantur, versiones Latinas. De his versionibus egregius est locus Quinctiliani X. 5. p. 521. *Vertere Graeca in Latinum veteres nostri oratores optimum judicabant. Id se L. Crassus in illis Ciceronis de Oratore libris dicit factitasse. Id Cicero sua ipse persona frequentissime praecipit: quin etiam libros Platonis atque Xenophontis edidit hoc genere translatos. Id Messalae placuit: multaeque sunt ab eo scriptae ad hunc modum orationes: adeo ut etiam cum illa Hyperidis pro Phryne difficillima Romanis subtilitate contenderet.* Quo loco lacuna est, quanquam manifesta, tamen a nemine animadversa. Quis enim Quinctilianum tam obliviosum credat, ut, ubi Graecorum oratorum versiones recenset, exempli, quod in hoc genere perfectissimum fuit, oblitus sit, memoret Platonis et Xenophontis libros a Cicerone Latine redditos, omittat, quae memorari maxime debebant, Aeschinis Demosthe-

nisque orationes contrarias, ab eodem de Graeco conversas? Jam etsi e Quinctiliano clarum est, Graecorum oratorum Latinas versiones extitisse, recte tamen Barthius Advers. LV. 1. tum ejusdem Quinctiliani testimonio, tum stili aequabilitate docet, Rutilium nihil de illis versionibus sumsisse, sed unum omnia Latina fecisse. Vertit autem Rutilius Graecorum Oratorum exempla, non ut interpres, sed ut orator, nusquam verbum verbo reddens, nisi ubi vis schematis exprimenda esset Nec aliter Graeca convertit Cicero, aut Aquila Romanus Alexandrum Numenium, aut alii alios, de quorum in vertendo licentia disputat Jac. Perizonius Diss. de Dictye Cretens. §. 10. Cum igitur Rutilii Latina non tam verbis, quam sententia cum Graecis conveniant, fieri facile potuit, ut aliquot Lysiae et Demosthenis loca, quae Rutilius ob oculos habuerit, me inter legendum fallerent.

Superest, ut, quibus praesidiis instructi ad Rutilium recensendum accesserimus, breviter exponamus. Varietates lectionum e tribus MSS. integris, et unius parvo fragmento habuimus. Primus Codex est Bibliothecae Laurentianae Mediceae in charta seculo XIV. scriptus: alter ejusdem Bibliothecae in membrana seculo XV. Fragmentum est Bibliothecae Riccardianae, manu recentiore exaratum, quod non nisi novem prioris libri paragraphos continebat. Horum Codicum variantes quam potuit fieri accuratissime excerpsit Vir eruditissimus, qui cum maxime, literarum bono, Mediceas opes explicat, A. M. Bandinius. Tertii Codicis nescio cujus diversae lectiones notatae erant in margine editionis Rhenanianae, quarum mihi pro humanitate sua copiam fecit Vir celeberrimus, Abrahamus Gronovius. Enimvero non tantum boni ad Rutilium venit ex tribus Codicibus MSS. quantum ex tribus editionibus antiquis,

quarum singulae cum ex diversis Codicibus ductae sint, pro totidem Codicibus haberi debent. Accidit enim, ut Rutilius uno eodemque fere tempore ter in lucem prodiret, et Editorum quisque, alterius consilium ignorans, primam se Rutilii editionem dare putaret. Primus tempore fuit Nicolaus Roscius Ferrariensis, vulgo Zopinus, librarius Venetus, qui Rutilium cum Aquila Romano, e Codice, nuper, ut ait in dedicatione ad Alphonsum, Ducem Estensem, e Gallia translato, protulit Venetiis 1519. 8. Titulus hic est: *P. Rutilius et Aquila Romanus, antiquissimi auctores. Alexander Perusinus ad lectores: Accipe, candidissime lector, hos libellos vere aureos. Quales sint, eorum brevitas demonstrabit. Hoc unum praeteriri nolo, Quinctilianum, ubi agit de figuris, sine his auctoribus minime intelligi posse.* Biennio post Beatus Rhenanus, vir natus scriptoribus antiquis in lucem vindicandis, vel Joannes Frobenius, Rutilium edidit cum Aquila Romano, Julio Rufiniano, Sulpicio Victore, aliisque Rhetoribus Basileae 1521. 4. Frobenius in praefatione ait, se Codicem, quem expressisset, vetustum illum quidem, sed prodigiosis mendis depravatum, á Beato Rhenano e Spirensi Bibliotheca accepisse. Vel sic tamen hanc editionem ceteris praeferendam esse, lectionibus inter se comparandis cognovi. Rhenani editionem repetiit Badius Ascensius Parisiis 1528. 4. quam Fabricius Bibl. Lat. T. I. p. 799. confundit cum Stephaniana, de qua mox dicemus. Ascensianam Parisiis in Bibliotheca Regia vidimus, sed non excussimus, quod nullum dum consilium inieramus Rhetorum ornandorum. Meram vero repetitionem Rhenanianae esse, inde conjicimus, quod non solum iidem Rhetores, sed eodem etiam ordine, quo in illa sunt, exhibentur. Rhenanianam editionem excepit Aldina Venetiis 1523. forma maxima,

quae praeter Rutilium et Aquilam habet Chirium Fortunatianum, Prisciani exercitamenta, et rhetorica Aristotelis, Aphthonii, Georgii Trapezuntii, etc. sed caret Julio Rufiniano, quem Fabricius Bibl. Lat. T. III. p. 755. per errorem scribit, illa contineri. Verum etsi tres primariae editiones e totidem Codicibus ductae sint, tamen, si res ex vero aestimetur, et ipsae, et tres Codices, quos paulo ante recensuimus, non nisi unius Codicis vim et auctoritatem habent. Nam omnes ex uno exemplo fluxisse, planissime apparet non solum ex consensu in locis depravatis, sed multo magis ex lacuna I. 6. p. 21. quae in omnibus sine ulla varietate reperitur.

Adhuc Rutilius mendis quidem contaminatus prodierat, verumtamen ad librorum scriptorum fidem expressus. Sed mox ex officina ea, qua nulla veteres libros religiosius tractare solebat, tam deformatus exiit, ut Rutilium in Rutilio quaereres. Scilicet Robertus Stephanus Rutilium una cum Aquila Romano et Julio Rufiniano elegantissimis formis excudit Parisiis 1530. 4. (alia exempla praeferunt annum 1541.) Praefatio Stephani magnificam habet promissionem: *Usi amicorum opera, Rutilium ita restituendum curavimus, ut praeter duo loca integrum eum dare nos confidamus.* Verum quisquis tandem est, cui Stephanus editionis curam delegarit, non boni viri fide cum Stephano egit, sed ingenio et doctrina, qua hominem valuisse pluribus documentis patet, abusus est ad Rutilium, ejusque comites, Aquilam et Rufinianum, foedissime lacerandos et interpolandos. Ea tum erat de R. Stephani cura, fide, religione opinio, ut nemo unus dubitaret, quin integer demum Rutilius ex ejus officina prodiisset. Itaque ex eo tempore omnes non aliud, nisi Stephani exemplar, quod emendatissimum putarent, sibi

tia captare, et in medio posita transvolare. Nam viri docti Rutilii aetatem conjecturis assequi conati sunt ad Quinctiliani locum, qui, quando vixerit, plane et perspicue docet, animum non attenderunt. Quid, quaeso, sibi volunt illa verba jam supra laudata: *multa alia Celsus, videlicet Rutilio accedens, posuit schemata?* Quis dicitur *alteri accedere?* Nempe is, qui sententiam alterius sequitur, probat. Exempla sunt apud ipsum Quinctilianum, IX. 4. p. 457. *Itaque accedam in plerisque Ciceroni,* eod. libro p. 482. *Neque enim accesserim Celso.* Videndi ejus Interpretes ad VI. 4. Vellej. Paterc. I. 8. *libenter enim his, qui ita prodiderunt, accesserim.* Sic Davisius in Cicerone de Finib. I. 6. legebat: *Epicurus Democrito accedit, perpauca mutans.* Jam si Celsus accessit Rutilio, necesse est, Rutilium prius dixisse sententiam, atque adeo Celsum aetate antecessisse. Atqui Celsum sub Tiberio et Claudio floruisse constat. Certum igitur est, Rutilium sub Augusto, vel Tiberio vixisse. Nihil hac ratione liquidius et verius. Nec desunt alia, quae hanc ejus aetatem egregie confirment. Modo vidimus, eum a Quinctiliano Gorgiae aequalem vocari. Atqui Gorgias vixit sub Ciceronis senectutem, adolescentiamque Augusti. Alibi idem Quinctilianus, IX. 3. p. 455. illum medium ponit inter Caecilium, Dionysium, Cornificium, quos Augusti seculo floruisse scimus. Licet denique e scribendi genere, quod Rutilius secutus est, argumentum pro ejus aetate capere. Nihil hic sophisticarum argutiarum, in quibus Seneca, Plinius, et quicunque eos consecuti sunt, sibi tantopere placuerunt. Omnia simplicem et naturalem pulcritudinem habent, similem Tullianae, cujus imitandae studium aliquot locis etiam deprehendimus. De stilo Rutiliano sic judicat Barthius Advers. LV. 1. p. 2575. *ea Latinitas, quae neque-*

quam vulgarem, sed aevo et eruditione vere Romanum scriptorem arguit. Ceterum in antiquis et libris et saxis permulti non modo *Rutilii Lupi*, sed etiam *Publii Rutilii Lupi* occurrunt, quos hic congerere nihil attinet. Apud Ciceronem frequens mentio est P. Rutilii Lupi, Tribunatu pl. et Praetura functi, et in bello civili partium Pompejanarum. Vide Manutium in Ep. ad Div. I. 1. Cujus filio si quis hunc libellum tribuere velit, etsi non intercedam, nihil tamen sine idoneo teste affirmem.

Rutilius, ut Quinctilianus ait, ex quatuor Gorgiae libris unum fecerat. Nunc in duos divisus reperitur. Ex quo dubitatio nata est N. Fabro ad Senec. Contr. I. 4. p. 113. sintne libri duo, quos superstites habemus, Rutilii, cujus Quinctilianus meminit. Sed mox ipse hanc divisionem rectius adscribit librariis; quae etiam sententia est Fr. Robortelli de artif. dicend. p. 19. et Vossii Inst. Orat. V. 2. p. 232. et de Rhetor. nat. cap. 13. p. 341. Sed Rutilius ex quatuor libris sic unum fecit, ut illum eadem opera contraheret. Quod nos ipse docet II. 12. *quid intersit, — cognoscere poteris multo diligentius ex Graeco Gorgiae libro, ubi pluribus uniuscujusque ratio redditur.* Rutilianae vero Epitomae multa deinceps detraxit sive magistrorum fastidium, sive injuria temporum. Quantam illa jacturam fecerit, ex Quinctiliano intelligi potest, duodecim schemata laudante, IX. 2. p. 437. quorum nullum in exemplaribus nostris vestigium reperitur. Desunt etiam illa, quae Quinctilian. l. c. p. 455. habet: *Incredibile est, quod dico, sed verum. — Aliquis hoc semel tulit, ego bis, ego ter.* quae sunt exempla ἀνθυποφορᾶς. Item: *Longius evectus sum, sed redeo ad propositum.* quod est exemplum διεξόδου. Quae quamvis sine Rutilii mentione laudentur, tamen

scriptis subsidia fuerunt; nec tanti videbatur, illa, cum nostra et amicorum molestia, conquirere.

Aquilam, diximus p. 140. inferiorem esse tempor Antoninorum. Nunc addimus, eum superiorem esse aevo Constantini. Nam laudatur a Julio Rufiniano, qui sub Constantino vixit. Itaque multum fallitur Jac. Nic. Loënsis Epiphyll. III. 16. qui eum credit Maecenatis esse libertum, Aquilam, qui, tanquam *Notarum* auctor commemoratur a Dione Cass. LV. 7. et Isidoro Orig. I. 21. *Orthographiam* Aquilae laudat Cassiodorus de Orthograph. p. 619.

Julii Rufiniani mentionem nusquam invenimus, nisi in inscriptione veteri apud Maffejum Veron. illustr. Part. I. p. 360. n. XL. et Muratorium Inscr. p. MXIX. 2. quae, quoniam et patris et filii memoriam praeclare illustrat, integra subjicienda videtur:

TATIANI
C. IVLIO RVFINIANO
ABLABIO TATIANO C. V. RVFI
NIANI ORATORIS FILIO FISCI PA
TRONO RATIONVM SVMMARVM
ADLECTO INTER CONSVLARES IVDI
CIO DIVI CONSTANTINI LEGATO PRO
VINCIAE ASIAE CORRECTORI TVSCIAE
ET VMBRIAE CONSVLARI AE
MILIAE ET LIGVRIAE PONTIFICI
VESTAE MATRIS ET IN COLLE
GIO PONTIFICVM PROMA
GISTRO SACERDOTI HER
CVLIS CONSVLARI CAM
PANIAE HVIC ORDO SPLEN
DIDISSIMVS ET POPVLVS
ABELLINATIVM OB INSIGNEM
ERGA SE BENIVOLENTIAM ET RELI
GIONEM ET INTEGRITATEM EIVS STATVAM
CONLOCANDAM CENSVIT.

Ex hoc monumento Rufiniani cum aetatem, tum professionem intelligimus. *Orator* accipiendus est rhetor ex cadentis Latinitatis consuetudine. Tres Titiani rhetores *oratores* vocantur a Capitolino Maximin. Jun. 1. Cassiodor. de Instit. div. liter. 25. et in marmore apud Fabrett. p. 208. et 700. Endelechius, qui et ipse rhetor fuit, *orator* in subscriptione, quam in Taciti et Apuleji Cod. Florentino reperit Pichena, in Apuleji Cod. Vatic. Sirmondus ad Sidon. Apollin. IV. 8. Felix item *orator* in subscriptione Codd. Horatii, quam protulit Bentlejus praef. ad Horat. p. 6. Arusiani Messii *Elocutionum exempla* hunc titulum praeferunt: *Arusiani Messii V. C. Or. Comitis primi ordinis Quadriga*, etc. ubi *Or.* non in *Gr.* mutandum, ut sit *Grammatici*, sed explicandum *Oratoris*, ut Donatus in titulo Scholiorum in Terentium dicitur *V. C. Orator Urbis Romae.* Ex JCtis hujus significationis exempla dedit A. Augustinus ad Modestin. s. de Excus. p. 571. Sunt quidem duo Ciceronis loca, Acad. I. 2. et de Orat. III. 21. ubi *orator* pro rhetore dicatur. Sed cum facilis in his vocibus librariorum lapsus fuerit, assentiar Zach. Pearcio, illa loca ad melioris aetatis normam castiganti. Vide eundem ad I. de Orat. 62.

Reliqua hujus marmoris, etsi non ad patrem Rufinianum, sed ad filium pertineant, tamen paucis emendare et illustrare nihil vetat. Prima vox TATIANI tollenda videtur: quam quadratarius, per errorem sculptam, reliquit, ne marmor deformaret.

RATIONUM SUMMARUM dicitur, qui *Rationalis summarum* in Notitia Dignitatum, et L. 7. Cod. Theodos. de jure fisci, T. III. p. 413. ubi vid. Jac. Gothofredum. Sic servi, qui rationes summae rei curabant, simpliciter *summarum* dicuntur, ut *prima-*

rum et *secundarum*, actores partium primarum et secundarum. Lapis apud Murator. p. MCCCCLXXXVIII. 4.

PATROCLO SVMMARVM
VLPIVS PRISCVS
ANIMAE MERENTI.

Quem Genitivum exemplis illustrat Hagenbuchius Epist. Epigraph. p. 523.

CONSVLARI AEMILIAE ET LIGVRIAE. Ex hoc loco emendanda est inscriptio utriusque Codicis, Theodosiani et Justinianei. L. 1. Cod. Theod. de Vectigal. T. I. p. 421. sic inscribitur: *Imp. Constantinus A. ad Junium Rufinum, Consularem Aemiliae.* L. 4. Cod. Just. eod. tit. *Imp. Constantinus A. ad Rufum*, vel, ut MSS. quidam, *ad Julium.* Scribendum ex marmoris fide: *Imp. Constantinus A. ad Julium Rufinianum.* et praeterea in Cod. Theod. plenius legendum: *Consularem Aemiliae et Liguriae.* praesertim cum Anianus etiam in exemplo suo legerit *et Liguriae*, probante Gothofredo.

CONSVLARI CAMPANIAE — POPVLVS ABELLINATIVM. Ex L. 68. Cod. Theod. de Decurion. T. IV. p. 442. etiam patet, Abellinatium civitatem fuisse sub Consulari Campaniae. Vide ibi Gothofredum.

Historia critica Oratorum Graecorum, quam Rutilio praemisimus, quomodo nata sit, et quo consilio scripta, suo loco dicetur. Tu, Lector, his fruere, et vale. — Ao. MDCCLXVIII.

HISTORIA CRITICA ORATORUM GRAECORUM *).

EX EDITIONE RUTILII LUPI.

ıepe et ipse miratus sum, et alios arbitror miratu-
, quid sit, quare Gorgias, cujus librum e Graeco
·tit Rutilius, in summa exemplorum, quae decem
atores Attici suppeditabant, copia, tamen permulta
nserit a Pythea, Demochare, Hegesia, aliis, quos ce-
i Rhetores vel negligebant, vel imitandos esse nega-
ıt. Cujus instituti caussas cum diligentius quaere-
ı, digna mihi res visa est, quae paullo altius repete-
ur. Atque ita nata est Oratorum Graecorum histo-
: in qua conscribenda hanc mihi legem dixi, ut,
ɔrum memoriam Meursius, Fabricius et Taylorus sa-
illustrassent, eos verbo tantum, propter historiae
iem, attingerem, quorum historia parum explicata
eretur, in iis ornandis diligentius versarer. Nemo

*) Operae pretium duximus permulta supplere ex egregiis illis Ruhnkenii annotationibus ad Rutilium Lupum, iis quidem locis ubi ipse Lectores ad eas remittere solebat, idque fecimus, cum propter argumenti similitudinem, tum in eorum gratiam, quibus ad manus non sit illa Rutilii Lupi editio, a qua nunc sejuncta prodit haec Historia Critica Oratorum. Ceterum exemplari suo paucula adscripserat Cl. TOUPIUS, commemorata Editori Anglo Praef. p. xxxv. Placuit potiora ex iis suo loco referre. *B.*

tamen putet, hic omnes Graeciae Oratores recenseri. Nam ex mille, quos ante se fuisse dicit Demosthenes de Coron. p. 555. aliisque Demosthenem consecutis, tanquam florem, delibavimus eos, quos, satis constat, aliquid literis mandasse, et apud posteros Oratorum laudem tenuisse. Haec autem historia multo et uberior et accuratior futura esset, si Theopompi excursus, quem, teste Athenaeo IV. p. 166. D. in decimo historiae Philippicae περὶ τῶν Ἀθήνησι δημαγωγῶν fecerat, ad nos pervenisset. Nunc, quod ille unus copiose tradiderat, per scriptores multos tenuibus vestigiis quaerendum fuit. In variis autem Oratorum aetatibus constituendis ducem secuti sumus Ciceronem in Bruto 7. seqq. et de Orat. II. 22. 23. audemusque hanc historiam Ciceronis studiosis, tanquam justum in illa loca commentarium, commendare.

Vera eloquentia ita propria est Athenarum, ut nullam Graeciae civitatem in illius gloriae societatem admittant. Cicero Brut. 13. *Hoc autem studium non erat commune Graeciae, sed proprium Athenarum. Quis enim aut Argivum oratorem, aut Corinthium, aut Thebanum scit fuisse temporibus illis? — Lacedaemonium vero usque ad hoc tempus audivi fuisse neminem.* Quem locum ob oculos habuit Vellejus Paterc. I. 18. *Una urbs Attica pluribus annis eloquentiae, quam universa Graecia, operibusque floruit, adeo ut corpora gentis illius separata sint in alias civitates, ingenia vero solis Atheniensium muris clausa existimes. Neque ego hoc magis miratus sum, quam neminem Argivum, Thebanum, Lacedaemonium oratorem, aut dum vixit auctoritate, aut post mortem memoria dignum existimatum.* Sic habet unicum illud exemplar Murbacense, e quo prolatus Vellejus est. Sed ejus editores, etiam Burmannus, non

pro reliqua sua religione, Lipsii conjecturam in textum invexerunt: *Una urbs Attica pluribus annis eloquentia, quam universa Graecia, uberiusque floruit.* Noli dubitare, quin Vellejus scripserit: *Una urbs Attica pluribus sanae eloquentiae, quam universa Graecia, operibus effloruit a).* *Sanam eloquentiam* opponit corruptae Asiaticorum, ut Cicero l. c. *ita peregrinata tota Asia est, ut se externis oblineret moribus, omnemque illam Atticae dictionis quasi sanitatem perderet.* ubi Lambinus MSti auctoritate bene expungit glossam *salubritatem*, quicquid dicat membranarum suarum mancipium, Gruterus. Mox Cicero: *Rhodii saniores et Atticorum similiores.* Idem de opt. gen. dic. 3. *imitemur illos potius, qui incorrupta sanitate sunt, quod est proprium Atticorum, quam eos, quorum vitiosa abundantia est, quales Asia multos tulit.* Auctor Dialog. de Orator. 25. *omnes tamen eandem sanitatem eloquentiae ferunt.* Vid. Interprett. ad Petron. 2. Viguit Athenis eloquentia circiter centum et quinquaginta annos, et, fracta populi libertate, ipsa quoque concidit, libertatis socia et alumna. Ex eo tempore ejus studium invasit populos per Asiam, Rhodios item, et aliarum insularum cives: unde extitit discrimen Oratorum Asianorum, Rhodiorum et Atticorum, de quo vide Ciceronem Brut. l. c. et Quinctilian. XII. 10. p. 623.

Prima eloquentiae aetas fuit sub THEMISTOCLE, CIMONE, PERICLE, ALCIBIADE, THUCYDIDE. Cicero Brut. 7. de Orat. II. 23. Quam aetatem, fuerunt, qui non

---

a) Emendationem suam postea probavit Ruhnkenius in editione Velleji Paterculi. Quid de ea ipse fateretur, operae pretium est legere in ipsius Vita a Cl. Wyttenbachio conscripta, p. 221. *B.*

ordine tantum, sed etiam excellentia primam existimarent. Plutarchus Demosthenem ait in ejus Vita p. 852. B. dignum esse, qui reponatur *οὐκ ἐν τῷ κατὰ Μοιροκλέα καὶ Πολύευκτον καὶ Ὑπερίδην ἀριθμῷ τῶν ῥητόρων, ἀλλ' ἄνω μετὰ Κίμωνος καὶ Θουκυδίδου καὶ Περικλέους.* Themistoclem et Cimonem nihil literarum monumentis mandasse, satis constat. Pericles et Alcibiades num quid scriptum reliquerint, dubitatur. Cicero altero loco dicit, *utriusque scripta constare*, altero, *Periclis quaedam scripta ferri.* At Plutarchus in Pericle p. 166. C. et Pseudo-Plutarchus de Vit. X. Orat. p. 832. D. quicquam a Pericle scriptum esse negant. Equidem accesserim Quinctiliano, quicquid sub Periclis nomine venditatum est, commentitium judicanti, III. 1. p. 118. De Alcibiade vero Pseudo-Plutarchus l. c. cum Cicerone sentit, eique scriptas orationes tribuit. Sed de his quoque idem, quod de Pericleis, dicendum. Nec aliter judicarunt veteres dicendi magistri, tanquam Sopater Prolegomenis in Aristidem: *Τρεῖς φοραὶ ῥητόρων γεγόνασιν· ὧν ἡ μὲν πρώτη ἀγράφως ἔληγεν, ἧς ἐστι Θεμιστοκλῆς, καὶ Περικλῆς, καὶ οἱ κατ' ἐκείνους ῥήτορες.* Alcibiadi multi scriptores eloquentiae laudem tribuunt, ipse etiam oratorum princeps, Demosthenes adv. Mid. p. 139. *καὶ λέγειν ἐδόκει πάντων, ὥς φασιν, εἶναι δεινότατος.* ubi simul observa illud *ὥς φασιν*, quod additurus non fuisset, si de ejus in dicendo facultate e scriptis orationibus existimare potuisset. Theophrastus apud Plutarch. Polit. praec. p. 804. A. narrat, Alcibiadem, dum in orando verba et structuras elegantiores quaerebat, aliquando haesitasse. Nec tamen versus Eupolidis, relatus a Plutarcho in Alcibiad. p. 196. E. et Gellio I. 15. *Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν*, de Alcibiade accipiendus erat ab H. Stephano Thes. L. Gr. v. *Λαλέω*, et P. Wesselingio ad Diodor. Sic. T. I.

p. 595. sed de Phaeace, oratore, ut Plutarchi contextus facile docet. Thucydidem Cicero inter oratores refert propter orationes historiae intextas. Male Simsonus Chron. ad a. 3534. et Fabricius Bibl. Gr. Vol. I. p. 834. intelligunt Thucydidem, Melesiae F., Periclis in republica gerenda adversarium: quem quis unquam retulit in numerum Oratorum? Thucydidi, Pericli et Alcibiadi suppar aetate est Nicias, quem Oratorum catalogo inseruit Fabricius Bibl. Gr. Vol. IV. p. 485. laudans Clementem Alexandr. Strom. VI. p. 748. *Νικίας ἐν τῷ πρὸς Λυσίαν ὑπὲρ παρακαταθήκης· Τὴν μὲν παρασκευὴν καὶ τὴν προθυμίαν τῶν ἀντιδίκων ὁρᾶτε, ὦ ἄνδρες δικασταί.* Enimvero, Niciam non eloquentia, sed opibus et fortunis sibi viam ad honores munivisse, docet Plutarchus in ejus vita p. 524. D. Itaque ille ex Oratorum catalogo expungendus, et in Clemente nomina sic transponenda: *Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Νικίαν ὑπὲρ παρακαταθήκης.* Quae ex hac oratione citantur, etiam occurrunt in Lysiae Or. de Aristophan. bonis p. 331. Vide Taylorum ad Aeschin. adv. Ctesiphont. init.

Hos Oratores, ut Cicero ait, *consecuti sunt Critias, Theramenes, Lysias.* Critiae, unius ex XXX. tyrannis, satis nota historia. Theramenem uno deliberativo genere valuisse, scribit Auctor prolegomenorum in Aphthonium, Bibl. Coisl. p. 594. quem Langbaenius ad Longin. p. 17. MSti fidem secutus, Troilum Sophistam vocat. Hunc autem puto de Theramene non ex scriptis orationibus judicasse, sed tantum audivisse, ut de se fatetur Cicero. *Declamationes*, et alia rhetorica a Theramene scripta dicit Suidas in v. Quae omnia a recentioribus Sophistis ficta videntur. Recte enim Quinctilianus II. 4. p. 76. *Fictas ad imitationem fori consiliorumque materias apud Graecos dicere, circa Demetrium Phalerea institutum fere constat.* Plura

de Theramene Cl. Taylorus in Lysiae Vit. p. 44. Sed hic Cicero, saltum faciens a Theramene ad Lysiam, plures omittit, quorum partim illustris est memoria, ut ANTIPHONTIS RHAMNUSII *b*), partim obscura et in vetustatis tenebris latens. Lysiae aetatem qui praecesserint, vel attigerint, fere hi sunt:

CEPHALUS. De eo Suidas ita: *Κέφαλος, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ καὶ δημαγωγὸς, ὃς πρῶτος προοίμια καὶ ἐπιλόγους συντέθεικε· γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς ἀναρχίας. Κέφαλος δὲ οὗτος ἔσχε θυγατέρα τὴν Οἴην.* Hanc filiam Charopi in matrimonium collocatam esse, ex Philochoro scribit Harpocration v. *Οἰῆθεν.* Cephalum, ut virum probum, patriae amantem, et auctoritate, quam bonis artibus peperisset, excellentem, laudant Andocides de Myster. p. 19. Demosthenes de Cor. p. 555. et Dinarchus adv. Demosth. p. 95. Itaque facile credam Scholiastae Aristophan. Eccles. 248. alium esse, quem ibi Comicus perstringit. Morum integritatis tantam fiduciam Cephalus habuit, ut, narrante Aeschine adv. Ctesiph. p. 440. ausus sit cum Aristophonte Azeniensi contendere, uter aetatem egerit honestius. Recentior, nec orator, sed dicendi magister, vel Sophista, videtur Cephalus ille, cujus *ἐγκώμιον Λαγίδος τῆς ἑταίρας* laudat Athenaeus XIII. p. 592. C. Neque enim Oratores illi vetores in ludicris argumentis versari solebant. Scimus quidem, Helenam ab Isocrate esse laudatam. Sed Isocrates non tam Orator, quam Sophista fuit. Reliqua de Cephalo habet Taylorus in Lysiae Vit. p. 31.

ARCHINUS, ex Coele, Thrasybuli in libertate vindicanda adjutor. Funebrem ejus orationem laudat Plato Menex. p. 403. A. ex qua multa in Panegyricum

---

b) De quo vid peculiaris Ruhnkenii Disp. supra, in qua nonnulla etiam de Theramene leguntur p. 160. sq. *B.*

suum derivavit Isocrates, teste Photio Cod. CCXL. p. 1458. Ex eadem oratione sumtum videtur, quod citat Clemens Alex. Strom. VI. p. 749. *Πᾶσι μὲν ἀνθρώποις ὀφείλεται ἀποθανεῖν ἢ πρότερον, ἢ εἰς ὕστερον.* Archini nomen restituendum Suidae v. *Ἰσοκράτης.* — *διδάσκαλος δὲ Γοργίας. οἱ δὲ Τισίαν φασίν; οἱ δὲ, Ἐργῖνον.* Repone *Ἀρχῖνον.* Cetera, quae de hoc Oratore dici possent, occuparunt Valesius ad Harpocrat. p. 253. et Taylorus in Lysiae Vit. p. 51. *Ἀρχίνους* vocatur a Pseudo-Plutarcho Vit. X. Orat. p. 832. D. et Suida v. *Σαμίων.* Sed Taylorus l. c. et Lect. Lysiac. c. VII. malit *Ἀρχῖνος.* Minus recte. Nam in his nominibus triplex forma usitata, *Ἀρχίνοος, Ἀρχίνους, Ἀρχῖνος.* Sic *Euthynous* Cicero Tusc. Disp. I. 48. *Euthynus* alii. *Ἀλφῖνος* et *Ἀλφίνους* promiscue Pseudo-Plutarchus l. c. p. 848. D. et 849. B. *Ἀντίνοος* et *Ἀντῖνος* Pausan. p. 617. 618. *Πασίνους* Isocrates et Harpocrat. *Πασῖνος* Suid. *Callinus*, elegiaci carminis auctor, a Terentiano Mauro de Metr. p. 2421. *Callinous* dicitur, non metri necessitate, ut quidam scripserunt, sed quod haec etiam forma usitata esset. Nam et in soluta oratione *Callinoum* vocat Marius Victorinus Art. Gramm. III. p. 2555. *Alcinus* et *Alcinous* promiscue passim. Vide Dukerum ad Thucyd. III. 70. Haec contractio Graecis etiam placuit in nominibus appellativis. Hesychius: *Κακόνος. κακονοῶν.* Idem: *Λασῖνος. ἄφρων, ἐπιλήσμων.* Quanquam intelligo, non magnam in talibus esse Hesychii auctoritatem. Numero quidem plurali *κακόνοι* et *εὔνοι* Atticos dixisse, docet Marklandus V. Cl. ad Lysiae Orat. XVIII. p. 578.

Androcles, Pitthensis; acer status popularis vindex, et Alcibiadis adversarius, de quo luculentus locus est Thucydidis VIII. 65. Produxit testes, qui Alcibiadem Hermarum mutilatorum accusarent. Plutarch. Al-

cibiad. p. 200. D. Ejus etiam mentio apud Andocidem de Myster. p. 4. Laudatur ab Aristotele Rhetor. II. p. 500.

Sophocles, diversus a Tragico, unus ex *Προβούλοις*, sive Decemviris, qui ante Quadringentos creati sunt cum summa potestate legibus scribendis. Vid. Aristotel. Rhet. III. p. 748. et Vales. ad Harpocrat. p. 181. Eundem esse puto, qui inter XXX. Tyrannos commemoratur a Xenophonte Hellen. II. p. 461. B. Ejus orationem *pro Euctemone* laudat Aristoteles Rhetor. I. p. 246.

Cleophon, turbulentus demagogus, et similis Hyperbolo et Cleoni, quibuscum saepe jungitur. Cicero de Republica, apud Augustin. de C. D. II. 9. *Quem illa* (Comoedia) *non attigit, vel potius quem non vexavit? cui pepercit? Esto: populares homines, improbos in republica, seditiosos, Cleonem, Cleophontem, Hyperbolum laesit.* Plutarchus Polit. praec. p. 805. C. *Φαῦλον ἄνθρωπον, ἀπονοίᾳ δὲ καὶ δεινότητι πεποιημένον ὑφ' αὑτῷ τὴν πόλιν, οἷος ἦν Κλέων Ἀθήνησι καὶ Κλειτοφῶν.* Repone *Κλεοφῶν*. Aristides Platon. II. p. 176. *φαίνειν, ἐνδεικνῦναι, δημεύειν, ὥσπερ Κλέωνα καὶ Κλεοφῶντα, καὶ Ὑπέρβολον.* Alia loca, in quibus iidem demagogi jungantur, indicat magnus Hemsterhusius ad Lucian. Timon. p. 145. Cleophontem in transcursu exagitat Aristophanes Ran. 690. seqq. sed Plato integra Comoedia, quae *Cleophontis* nomine inscripta erat, ejus improbitatem notavit. Eam, praeter alios multos, laudat Grammaticus Sangermanensis MS. *Ἀργύρια, πληθυντικῶς, οὐχ ἑνικῶς. Πλάτων Κλεοφῶντι.* et Lexicon Sangermanense MS. *Ἀπαρτὶ παρὰ τοῖς κωμικοῖς τὸ ἐκ τοῦ ἐναντίου. Πλάτων Κλεοφῶντι· Ἀλλ' αὖτ' ἀπαρτὶ τἀλλότρι' οἰχήσει φέρων.* Sed et Tragicus Euripides eum perstrinxisse creditur Orest. 902. seqq. Scho-

[illegible]

ub. Palmerius [illegible]
[illegible] conficit [illegible]
[illegible]tiosam esse scripturam [illegible]
litura sanandam. [illegible]
[illegible]tiam laudat [illegible]
[illegible]zon. ad Aelian. [illegible]
r. Sicul. [illegible] p. [illegible] [illegible]
[illegible]

[illegible]phontes. Tres [illegible]
[illegible]numentis occurrunt [illegible]
[illegible]onus ad Theophr. [illegible]
[illegible]nnus, eos distinguere [illegible]
452. nihil [illegible]
[illegible] breviter [illegible]
[illegible]gentis legatus ad [illegible]
Thucyd. [illegible]
[illegible]CIV. [illegible] legem [illegible]
qui [illegible]
III. p. [illegible] [illegible] XIV
[illegible] Lysiae [illegible] p. [illegible] [illegible] Alt
p. 275. [illegible]
[illegible] Olympi
extenuasse. [illegible]
[illegible] p. [illegible] [illegible]
[illegible] p. [illegible] [illegible] Dind.
[illegible] p. 95. [illegible]
[illegible]hene adv. [illegible]

[illegible]ectum enim [illegible]
[illegible] ad Aegospot[illegible]
[illegible] narrat Lys[illegible]
[illegible]nbachio ad [illegible]

Demosthenis et Aeschinis loca, quae ad eum pertineant, colligit. Ex more Atheniensium, quo filius avi nomen gerebat, conjicere licet, Aristophontis patrem fuisse Demostratum, oratorem, quem memorat Plutarchus Alcibiad. p. 200. B. et Nicia p. 531. D. filium Aristophontis, Demostratum, cujus mentionem facit Xenophon Hellen. VI. p. 590. B. — Alter Aristophon, quem cum Azeniensi confundit Ulpian. in Demosthen. de Cor. p. 530. *Colyttensis*, orator et ipse, quo senescente florere incepit Demosthenes. Pseudo-Plutarchus l. c. p. 844. D. et Libanius Tom. I. p. 436. C. Crebra ejus mentio apud Demosthenem, tanquam de fals. leg. p. 217. de Coron. p. 494. adv. Timocrat. p. 368. et aliis locis. Scribae munere apud eum functus est Aeschines, teste Anonymo scriptore Vitae Aeschinis. Quanta hominis potentia in republica fuerit, cognosci potest ex fragmento, quod ex Hyperidis adversus eum oratione affert Scholiastes Platonis ineditus; *Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοφῶντος· Οἶδε γὰρ αὐτῷ δεδομένην ἄδειαν καὶ πράττειν καὶ γράφειν, ὅ, τι ἂν ἐμβραχυ βούληται.* Eandem orationem citant Pollux VII. 11. et Grammaticus Sangermanensis MS. *Μοιχίδιον, τὸ ἐκ μοιχοῦ γεγεννημένον. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοφῶντος.* — Tertius Aristophon est Archon Eponymus Olymp. CXII. 2. Vide Diodor. Sicul. XVII. p. 208. et ibi Wesseling. item Corsin. Fast. Att. Tom. IV. p. 44. Hunc a Colyttensi diversum esse, clarum est ex Demosthene de Coron. p. 531. ubi Colyttensem mortuum dicit. At hic illum ipsum annum, quo habita est oratio *de Corona*, suo nomine signabat. Erunt fortasse, qui Archontem etiam in Oratorum numero ponant, secuti Theophrastum Char. 8. *προεδιηγήσασθαι δὲ καὶ τὴν ἐπ' Ἀριστοφῶντος ποτὲ γενομένην τοῦ ῥήτορος μάχην.* Verum, nisi aliis testimoniis confirmetur, Archontem oratorem fuisse, po-

tius in hanc partem inclinem, ut vocem ῥήτορος ab iis, qui Archontem cum Oratoribus confunderent, temere intrusam putem.

Amdocides et phaeax. Horum Oratorum historiam, ob caussas mox intelligendas, conjungamus. Sed ante quaedam removenda sunt, quae officere huic disputationi, et vim ejus minuere possent. Extant Vitae X. Oratorum, quas, qui ex Lampriae catalogo librorum Plutarcheorum didicerant, Plutarchum ejusdem argumenti librum scripsisse, re non explorata, Plutarchi nomine proscripserunt. Nam librum, qui nunc superest, non esse a Plutarcho scriptum, tam evidens et perspicuum est, ut Jonsius de Scriptor. H. Ph. III. 6. p. 234. ejus rei demonstratione supersedere potuisset. Hunc librum, multis omissis, nonnullis adjectis, plerisque aptius dispositis, ut opus suum, in Bibliothecam intulit Photius, Cod. CCLIX. et seqq. At qualis tandem liber est? Plenum fraudis, mendaciorum, errorum dicit Taylorus Lect. Lysiac. V. et VI. ad Demosthen. adv. Midiam init. et ad Aeschinem adv. Ctesiph. init. tot convicia congerens in libri scriptorem, ut cupiditas quaedam, quae a tali re procul removenda erat, facile animadvertatur. Ego vero, hoc scriptore saepe multumque tractando, cognovi, cognitumque confirmo, me, quamvis quaerentem, quae in malae fidei suspicionem vocarem, ne levissimum quidem fraudis vestigium reperisse. Itaque huic scriptori summam fidem tribuo, summum veri studium. Sed idem fateor, mediocrem in eo judicandi facultatem fuisse. Nam ejusdem nominis scriptores saepe confundit, ut in vita Antiphontis: quanquam ille error ei communis est cum Philostrato. Cumque omnia tam perturbate scripta sint, nihil ut suo loco dicatur, verissimum puto, quod dudum suspicatus sum, mera esse Excerpta, nullo vel ordine, vel delectu

facta, ex Hermippo, Caecilio, Dionysio Halicarnassensi, qui saepe laudantur, aliisque deperditis Vitarum scriptoribus. Taylorus, meliore rerum ordine, qui apud Photium est, inductus, Photium libri auctorem esse credit, Plutarchum nihil nisi Photiana compilasse, et erroribus auxisse. Quod sane miror, non dicam Tayloro, recti judicii et praestantis doctrinae viro, sed vel mediocriter docto, in mentem venire potuisse. Nam primum omnia sunt pleniora et exquisitiora apud Plutarchum, ut facile videbit, qui ejus v. c. in Lycurgo ubertatem cum Photiana jejunitate contulerit: multa etiam veterum scriptorum testimoniis confirmata, quae Photius, ut fastidio seculi, quo vivebat, occurreret, praetermisit. Deinde Plutarchea certum habent vetustatis indicium, quippe in quibus nullus scriptor, qui Dionysio Halicarnassensi posterior sit, laudatus reperiatur. At quales in Photiana accessione laudantur? Aristides, Libanius, Paulus Germinus, Aspasius. His praemissis, videamus, an Taylorus recte Plutarcho fidem abrogarit in Andocidis historia enarranda. Plutarchus, vel, si malis, Pseudo-Plutarchus ita: *Ἀνδοκίδης Λεωγόρου μὲν ἦν πατρὸς, τοῦ θεμένου ποτὲ πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνην Ἀθηναίοις.* Atqui avus Andocides pacem fecit cum Lacedaemoniis, non pater Leogoras, ut ipse Andocides testatur de Pace p. 24. confirmatque Aeschines de fals. legat. p. 302. Ergo Pseudo-Plutarchus manifestus erroris tenetur. Sed quomodo, qui se Andocidis orationes legisse fateatur, in re tam clara errare potuit? Aequius erat, culpam in librarios conferre, et suam scriptori manum hoc modo restituere. *Ἀνδοκίδης Λεωγόρου μὲν ἦν πατρὸς, τοῦ Ἀνδοκίδου, τοῦ θεμένου* etc. — Andocides genus ducebat a *Mercurio*, ut Pseudo-Plutarchus et Photius scribunt; ab *Ulysse*, ut verus Plutarchus Alcibiad. p. 201. E. et Suidas v. *Ἀν-*

δοκίδης, omnes Hellanicum testem laudantes. Iterum vanus et mendax Pseudo-Plutarchus. Sed hic quoque laboranti succurramus. Propior generis auctor Ulysses erat, remotior Mercurius. Ulyssem a Mercurio per matrem originem ducere, liquet ex Ovidio Met. XIII. 146. quem locum ipse Taylorus laudavit. Ac fuit opinio tam vulgaris, Ulyssem ex Mercurii posteris esse, ut numi gentis Mamiliae, quae originem suam ad Ulyssem referebat, in altera parte Mercurii caput, in altera Ulyssem exhibeant. Vide Vaillantium de Numis Familiarum in hac gente, quem ad Ovid. laudat Burmannus. Sed quid est, quare Pseudo-Plutarchus Mercurium potius commemoret, quam Ulyssem? In promtu est ratio. Clarius sic apparebat Andocidis cognatio cum Cerycibus, qui a Ceryce, Mercurii filio, orti credebantur. — Sequitur apud Pseudo-Plutarchum: *προεχειρίσθη ποτὲ μετὰ Γλαύκωνος, σὺν ναυσὶν εἴκοσι Κερκυραίοις βοηθήσων, διαφερομένοις πρὸς Κορινθίους.* In his secutus est Thucydidem I. 51. ex quo patet, expeditionem illam susceptam esse Olymp. LXXXVI. 1. cum Andocides ageret aetatis annum 33. At Taylorus contendit, hujus classis imperium frustra ad Andocidem referri, quem nullam unquam militiae partem attigisse dicat Lysias adv. Andocid. p. 125. *οὐδεπώποτ' ἐκ τῆς πόλεως ἐστρατεύσατο, οὔτε ἱππεὺς, οὔτε ὁπλίτης, οὔτε τριήραρχος, οὔτ' ἐπιβάτης.* Hic mihi non alia, nisi haec, parata est responsio: Andocidis historiam parum cognitam fuisse orationis auctori. Nam Criticos veteres dubitasse, an Lysiae sit oratio, Harpocration non uno loco ostendit. Et vero alia de Andocide in hac oratione dicuntur, quae nullo modo inter se cohaerent, v. c. p. 117. dicitur opes suas minuisse, et inter delatores divisisse, contra p. 127. tam opulentus esse, ut reipublicae inopiam, si voluisset, sublevare potuisset. Te-

neamus igitur id, quod etiam Dukerus V. Cl. ad Thucydid. tenet, Andocidem, oratorem, classi praefuisse. Nam quod Taylorus Andocidem avum intelligit, minus bene computavit tempora, nec sensit, se seni octogenario classis praefecturam deferre. — Pseudo-Plutarchus quinque Andocidis orationes recenset, 1, περὶ μυστηρίων. 2, περὶ καθόδου. 3, περὶ ἐνδείξεως. 4, ἀπολογίαν πρὸς Φαίακα. 5, περὶ τῆς εἰρήνης. Photius nactus tale Andocidis exemplar, quale nunc superest, deserto duce suo, quatuor tantum recenset, 1, περὶ μυστηρίων. 2, περὶ καθόδου. 3, περὶ εἰρήνης. 4, κατὰ Ἀλκιβιάδου. At Taylorus iterum erroris accusat Pseudo-Plutarchum, qui orationem περὶ ἐνδείξεως diversam fecerit ab illa περὶ μυστηρίων. Valesius quoque ad Harpocrat. p. 85. unam eandemque orationem esse putabat: sed mox repudiat hanc opinionem. Recte. Nam nihil impedit, quo minus Andocides, agitans multos, a multisque vicissim agitatus, plures περὶ τῆς ἐνδείξεως orationes habuerit. Si quis vero ex eo, quod Photius quatuor tantum legit, totidem, nec plures, ab Andocide scriptas putet, egregrie fallatur. Orationum deliberativi generis non nisi una περὶ εἰρήνης nunc superest; cujus γνησιότητα tametsi olim Dionysius et Harpocration, nostra aetate Taylorus l. c. et Marklandus ad Aeschin. de fals. leg. p. 302. in dubium vocarunt, tamen vetustissimus Grammaticus libro *de scriptorum furtis*, quem Clemens Alexandrinus, nihil similem furti actionem veritus, compilavit Strom. VI. p. 747. illam, ut Andocidis, agnovit et laudavit At veteres Grammatici plures hujus generis laudant. Grammaticus Sangermanensis MS. Εὐωχεῖν, ἀντὶ τοῦ εὐωχεῖσθαι. Ἀνδοκίδης συμβουλευτικοῖς. Photius Lex. MS. Ναυκρατίαν. Ἀνδοκίδης συμβουλευτικῷ. Neutra vox in Or. *de Pace* reperitur. Plutarchus Themistocl. p. 128. C. laudat

Andocidem ἐν τῷ πρὸς τοὺς ἑταίρους. nisi ibi epistola intelligenda sit, scripta ad Pisandri in statu populari evertendo socios, qui proprie ἑταῖροι appellabantur. Vid. Thucydid. VIII. 48. 65. et Taylor. in Lys. Vit. p. 37 *d*). Ex deperdita oratione etiam ductum est, quod habent Scholiast. Aristoph. ad Vesp. 1001. et Scholiast. Lucian. ad Timon. p. 142. *Περὶ Ὑπερβόλου λέγειν αἰσχύνομαι· οὗ ὁ μὲν πατὴρ ἐστιγμένος ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ ἀργυροκοπείῳ δουλεύει τῷ δημοσίῳ· ὡς δὲ ξένος ὢν καὶ βάρβαρος λυχνοποιεῖ.* Sed multo major contentio exoritur de Oratione *adversus Alcibiadem*, quam Taylorus, omnibus ingenii et doctrinae praesidiis adhibitis, ab Andocide ad Phaeacem traducere conatur. Excutiamus singulas ejus rationes, quas *minime contemnendas* vocat Piersonus ad Moerid. Atticist. p. 332. immo quibus, quod volebat, persuasisse videtur summo Hemsterhusio ad Thom. Mag. p. 810.

I. Disceptatur in hac Andocidis oratione, quis ex tribus, Nicia, Alcibiade, et Andocide, ostracismo in exilium sit ejiciendus. Hic statim Andocidi minus convenit cum Plutarcho, qui in Alcibiad. p. 196. E. rem ita narrat: Alcibiadem juvenem, cum ad rempublicam accessisset, adversarios habuisse Niciam et Phaeacem, alterum senem et bello clarum, alterum juvenem, nobilem, et satis facundum, cujus etiam extet Oratio *adversus Alcibiadem*. Horum potentiae cum populus invidisset, excitasse Hyperbolum, ut uni ex tribus exilium irrogaret. Sed Alcibiadem, re communicata cum Nicia, vel, ut alii tradant, cum Phaeace, exilium in Hyperbolum, nihil tale cogitantem, vertisse. Sic Plu-

d) Addatur Cl. Wyttenbachius ad Sel. Princ. Hist. Gr. Annot. p. 404. qui Palmerii probat emendationem, in loco Lysiae pro vulgato ἑτέρων legentis ἑταίρων. *B.*

tarchus in Alcibiade: sed in Nicia p. 530. D. eandem rem paullo aliter refert: Exilium duobus tantum, Niciae et Alcibiadi, destinatum fuisse, sed eos, sociatis factionibus, Hyperbolum expulisse. Theophrastum quidem, quem de hoc certamine in libris περὶ νόμων scripsisse, ex Schol. Luciani ad Timon. p. 142. intelligimus, pro Nicia nominare Phaeacem: se tamen malle sequi plures, qui duos tantummodo, Niciam et Alcibiadem, de ostracismo certasse tradant. Jam cum in hac controversia nulla Andocidis mentio fiat, contra Phaeax non solum tertius in hoc certamine, sed etiam auctor Orationis in Alcibiadem commemoretur, Taylorus inde conficit, orationem, quae nunc sub Andocidis nomine legitur, Phaeaci tribuendam esse. Haec, fateor, aliquam vim habitura essent, si scriptores, quos Plutarchus secutus est, inter se convenirent, et res uno modo narraretur. Nunc videmus, quam vaga et incerta sit narratio. Tres inter se de ostracismo contendisse, ex Oratione superstite, sive Andocidis, sive Phaeacis sit, planissimum est. Tamen plerique scriptores, Plutarcho teste, duos tantum commemorant. Itaque qua negligentia plerique tertium omiserunt, eadem pro Andocide Phaeacem posuerunt. Sed finge, Phaeacis esse orationem. Illene Alcibiadem, quocum de Hyperbolo ejiciendo consenserat, tam indignis modis accepisset? Et quis orationem habet adversus eum, quocum conspiret? Quid? Phaeacis oratio, Plutarcho lecta, si ostracismum in disceptationem vocasset, Plutarchus rem confectam habuisset, nec ullo modo dubitare potuisset, sicut dubitat, an Phaeacis partes quaedam in hoc certamine fuerint. Ex his cogimus, longe aliam caussam in Phaeacis contra Alcibiadem oratione tractatam esse, atque in Andocidis oratione tractatur. Quo uno argumento Taylorianae rationes omnes convelluntur.

II. Inter caussas, quibus exilium a se removet Andocides, hanc quoque ponit p. 33. *εἰ δεῖ καὶ τὸ γένος σκοπεῖν, ἐμοὶ μὲν οὐδαμόθεν προσήκει τούτου τοῦ πράγματος.* Hic, Taylorus ait, oratorem genus humile et obscurum vocare; idque convenire Phaeaci, parum claris majoribus orto, non Andocidi, uni ex Mercurii vel Ulyssis posteris, qui ipse gentis suae amplitudinem jactet de Myster. p. 14. 18. 19. de Redit. p. 23. Enimvero nimium caussae, quam susceperat, studium hic etiam transversum egit virum doctissimum. Non abjicit orator genus suum, sed hoc tantum dicit, si et ipse et Alcibiades ex genere judicandi essent, Alcibiadi ostracismum convenire, cujus uterque avus, Megacles et Alcibiades, in exilium sint ejecti, non sibi, cujus ex gente nemo hanc poenam subierit. Nec verum est, quod V. Cl. dicit, Phaeacem obscuro genere ortum fuisse. Nam Plutarchus in Alcibiad. l. c. ejus majores diserte *γνωρίμους* vocat.

III. Orator p. 34. recenset legationes a se pro republica susceptas: *ἐγὼ πρεσβεύσας εἰς Θετταλίαν καὶ Μακεδονίαν καὶ εἰς Μολοσσίαν καὶ εἰς Θεσπρωτείαν καὶ εἰς Ἰταλίαν καὶ εἰς Σικελίαν*, etc. Haec, Taylorus negat, ab Andocide dici potuisse, cujus *ἀποδημία*, non *πρεσβεία*, per Siciliam, Italiam, Peloponnesum, Thessaliam, Hellespontum, Ioniam, Cyprum, a Lysia c. Andocid. p. 106. commemoretur, sed pulcre convenire Phaeaci, quem Thucydides V. 4. narret legatum in Italiam et Siciliam missum esse. Verum tardus sit oportet, qui non videat, Lysiam, ut accusatorem, quam *πρεσβείαν* dicere debebat, invidiose *ἀποδημίαν* dicere. Quod autem ad Phaeacem attinet, non ille legatus obiit Thessaliam, Macedoniam, Molossiam, Thesprotiam, sed solam Italiam et Siciliam, atque inde, Thucydide teste,

domum revertit. Ergo, quae de legatione Orator dicit, ad Andocidem, non ad Phaeacem, referenda *e*).

IV. At, quae Plutarchus e Phaeacis oratione affert, in hac Andocidis reperiuntur. Hic vir egregius, velut victoria parta, prope juveniliter exultat et triumphat. Enimvero, si quis loca, quae eadem esse dicuntur, accuratius inter se comparet, et verbis et sensu discrepare reperiat. Phaeacis locus a Plutarcho sic laudatur: *ὅτι τῆς πόλεως πολλὰ πομπεῖα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ κεκτημένης, Ἀλκιβιάδης ἐχρῆτο πᾶσιν αὐτοῖς ὥσπερ ἰδίοις πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν.* Andocidis locus hic est p. 33. *τὰ πομπεῖα παρὰ τῶν ἀρχιθεωρῶν αἰτησάμενος, ὡς εἰς τἀπινίκια τῇ προτεραίᾳ τῆς θυσίας χρησόμενος, ἐξηπάτησε, καὶ ἀποδοῦναι οὐκ ἤθελε, βουλόμενος τῇ ὑστεραίᾳ πρότερος τῆς πόλεως χρήσασθαι τοῖς χρυσοῖς χερνιβίοις καὶ θυμιατηρίοις.* Hunc ipsum locum laudat Moeris Atticista p. 332. *Πομπεῖα, Ἀττικῶς, τὰ θυμιατήρια καὶ τὰς χέρνιβας, ὡς Ἀνδοκίδης.* Sequimur enim conjecturam Cl. Valckenarii apud Pierson. qua pro vulgato *Θουκυδίδης* legit *Ἀνδοκίδης*. Athenaeus etiam IX. p. 408. D. eundem locum laudat: *Ἀττικοὶ δὲ χερνίβιον λέγουσιν, ὡς Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀλκιβιάδου· τοῖς χρυσοῖς χερνιβίοις καὶ θυμιατηρίοις.* Quae ex eo descripsit Eustath. ad Od. A. p. 33. Sed Athenaeus memoriae lapsu Lysiam laudavit pro Andocide, bene id observante Tayloro. Jam videat mihi aliquis, quam non verba tantum diversa sint in duobus locis allatis, sed etiam sensus. In altero vasa sacra ad usus privatos, in altero ad pompam in sollemnitate Olympica adhibita esse dicuntur. Denique, qui familiaritem aliquam cum

---

e) Utriusque, et Taylori et Ruhnkenii, sententiam reprehendit Sluiterus Lect. Andoc. p. 14. ipse castigatus a Cl. Wyttenbachio, in hujus libri censura, Bibl. Crit. P. XI. p. 78. *B.*

Andocide contraxerit, sentiet profecto, eandem in hac contra Alcibiadem, quam in ceteris Andocidis orationibus, dicendi formam esse, eandem vim et gravitatem. Ex his igitur omnibus efficimus, orationem, quam saepe diximus, auctori suo, Andocidi relinquendam esse, nec Phaeaci tribuendam, praesertim cum etiam Harpocration v. Ἐμποδὼν et v. Εὐανδρία, et Photius in Bibl., ne quid de Moeride dicam, eam, ut Andocidis, laudent. Huc accedit consensus viri praestantissimi, et collegae conjunctissimi, L. C. Valckenarii, qui Taylorianas rationes iisdem, quibus nos, argumentis in Adversariis suis oppugnarat *f*).

Autocles, Strombichidae, ejus, qui a XXX. tyrannis interfectus est, filius, legationem obiit ad Lacedaemonios. Xenophon Hellen. VI. p. 590. B. 591. B. ubi dicitur μάλα δοκῶν ἐπιστρεφὴς εἶναι ῥήτωρ, h. e. *orator sollertissimus*, non, ut Victorius Ind. in Aristotel. Rhetor. explicat, *orator valde suavis*. Damascius apud Phot. p. 1031. ἀγχίνους δὲ ὢν καὶ ἐπιστρεφής. Ejus orationem *adversus Mixidemidem* laudat Aristoteles Rhetor. II. p. 488.

Iphicrates. Hunc Demosthenes adv. Timoth. p. 1024. E. dicit τό, τε πράττειν καὶ τὸ εἰπεῖν δυνάμενον. quibus simillima illa Justini VI. 5. *in quo non imperatoriae tantum, verum et oratoriae artes fuere.* Ejus orationes, plenas militaris spiritus, vehementer laudat Aristides περὶ παραφθέγμ. p. 385. Minus magnifice de ejus in dicendo facultate sentiunt Dionysius Ha-

---

f) Conferantur quae, huc pertinentia, ex Viri Cl. Adversariis postea in lucem protulit Sluiterus Lect. Andoc. p. 17 — 26. adhibita Wytteubachii admonitione, l. c. p. 79. qui de hac Ruhnkenii disputatione breviter quoque retulit in ejus Vita p. 146. *B.*

lic. in Lysia p. 85. et Plutarch. Polit. praec. p. 813. A. Sed cui rectius credamus, quam ipsi Iphicrati, qui apud Plutarchum l. c. p. 801. F. se ab Aristophonte eloquentia vinci fatetur. Ex oratione *περὶ προδοσίας* adversus Aristophontem fragmentum est apud Quinctilian. IV. 12. p. 243. *Cui simile quiddam fecisse Iphicrates dicitur, qui cum Aristophontem, quo accusante similis criminis reus erat, interrogasset, an is accepta pecunia rempublicam proditurus esset? isque id negasset; Quod igitur, inquit, tu non fecisses, ego feci?* Cujus dicti vim et acrimoniam Quinctilianus diluit vertendo. Graeca haec sunt apud Aristotelem Rhetor. II. p. 480. et Aristidem l. c. *σὺ μὲν Ἀριστοφῶν ὢν, οὐ προδοίης· ἐγὼ δ', ὢν Ἰφικράτης;* quae jure miratur Cl. Valckenarius in eruditissima Diatriba in Euripidis Fragm. c. XX. p. 211. Plura de Iphicrate Victorius ad Aristotel. Rhetor. II. p. 478. et Taylorus ad Lysiae Fragm. p. 637. quae nihil attinet repetere. Pluscula ejus vel magnifice, vel acute dicta collegit M. A. Muretus Var. Lect. VIII. 22.

Callistratus, Callicratis filius, Aphidnaeus, causa super Oropo peroranda tale Demostheni eloquentiae, quale Herodotus historia sua recitanda Thucydidi historiae, studium injecit, ut ex Demetrio Magnesio refert Pseudo-Plutarch. p. 844. B. ex Hermippo Gellius III. 13. Magna apud populum auctoritate valuit, teste Demosthene de fals. legat. p. 219. Adversarium in republica administranda habuit Melanopum. Plutarch. Demosth. p. 851. F. quem etiam accusavit oratione, laudata Aristoteli Rhetor. I. p. 244. Eloquentia sic excelluit, ut nemo sui temporis ei par poneretur. Vide, praeter Aeschinis et Nepotis testimonia, ab aliis allata, Demosthen. adv. Timoth. p. 1074. E. Narrat Ulpianus in Demosth. c. Timocr. p. 822. interrogatum Oratorum

principem, uter esset melior orator, ipsene, an Callistratus? respondisse: ἐγὼ μὲν γραφόμενος, Καλλίστρατος δὲ ἀκουόμενος. Callistratus exercitui praefuit una cum Timotheo et Chabria, Olymp. C. 4. Diodor. Sicul. XV. pag. 24. Post Iphicrates illum sibi adscivit sive ut consiliarium inprimis idoneum, sive ut arbitrum et spectatorem rerum a se gerendarum. Xenophon Hellen. VI. p. 589. D. Archon fuit Olymp. CVI. 2. Nec erat, quare dubitaret Fabricius Bibl. Gr. Vol. IV. p. 56. confundens praeterea cum Pseudo-Plutarcho duos Callistratos, alterum Callicratis, alterum Empaedi filium. Capitis damnatus Callistratus in exilium abiit. Demosth. adv. Polycl. p. 1091. A., et Liban. Tom. I. p. 442. D. 452. B. Ex quo cum, invito populo, rediisset, ad supplicium raptus est. Lycurg. adv. Leocr. p. 214. Reliqua de hoc Oratore dederunt viri summi, H. Valesius ad Ammian. Marcell. XXX. 4. et P. Wesselingius ad Diodor. Sicul. XV. p. 32. Suidas v. Ἰσοκράτης testimonio Καλλιστράτου τοῦ ῥήτορος confirmat, Isocratem juniorem natum esse Apolloniae in Ponto, vel Heracleae. Qui Callistratus per temporis rationes non potest esse Aphidnaeus. Intellige igitur Domitium Callistratum, cujus libri περὶ Ἡρακλείας saepe laudantur. Vid. Suid. v. φιλόξενος.

Cephisodotus. Varii Cephisodoti in Attica historia memorantur. Sed Orator est Cephisodotus ex Ceramico, qui a Demosthen. adv. Leptin. p. 56. dicitur οὐδενὸς ἧττον τῶν λεγόντων δεινὸς εἰπεῖν. Idem mihi videtur, quem legatum ad Lacedaemonios missum esse scribit Xenophon Hellen. VI. p. 590. B. VII. p. 615. D. Laudatur ab Aristotele Rhetor. III. p. 647. 650. 651 *g*).

---

g) Qui proxime attigerint Lysiae aetatem Oratores, illis addatur Archedemus, ὁ Γλάμων cognomine, demagogus haud igno-

Lysias. De eo Cicero Brut. 9. *Tum fuit Lysias, ipse quidem in caussis forensibus non versatus, sed egregie subtilis scriptor, atque elegans, quem jam prope audeas oratorem perfectum dicere.* Hactenus ille de Lysia. Nam quae sequuntur, de Demosthene dicuntur, nec a Tayloro in Testimon. de Lysia p. 83. ad Lysiam referri debebant. Ejus autem historiam Taylorus, et ipsius, et aliorum Oratorum sospitator, ita illustravit, nihil ut supra addi posse videatur.

Lysiam sequitur isocrates, communis praeceptor Oratorum, quos deinceps recensebimus, prope omnium. Cicero de Orat. II. 22. *Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium, cujus e ludo, tanquam ex equo Trojano, meri principes exierunt; sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt. Itaque et illi, Theopompi, Ephori, Philisti, Naucratae, multique alii naturis differunt: voluntate autem similes sunt, et inter sese, et magistri: et ii, qui se ad caussas contulerunt, ut Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Aeschines, Dinarchus, aliique complures, etsi inter se pares non fuerunt, tamen sunt omnes in eodem veritatis imitandae genere versati.* ubi Lambinus bene rejicit glossema, quod de margine in textum venit, *magister istorum omnium*, cui frustra codicum consensum objicit Zach. Pearcius. Nam pleraque glossemata, quae vel in Cicerone, vel in aliis scriptoribus reperiantur, vetustiora sunt Codicibus, qui nunc supersunt. Sed idem gravius peccavit recipienda pessimorum librorum scriptura: *tamen sunt omnes in eodem virtutis imitandae genere versati.* Neque enim vitium est in *veritatis*, sed in *imitandae.*

---

bilis, de quo videantur Scriptores laudati Cl. Wyttenbachio ad Sel. Princ. Hist. Gr. Annot. p. 592. *B.*

Lege: *tamen sunt omnes in eodem veritatis tutandae genere versati.* *Tutari veritatem*, conservare eloquentiam, quae veras caussas tractat, non fictas ad ostentationem. Vim vocis *veritas* explicuimus ad Rutil. II. 6. p. 92. De Isocrate insignis etiam locus est Ciceronis Brut. 8. quem et ipsum Interpretes male acceperunt: *Extitit igitur jam senibus illis Isocrates, cujus domus cunctae Graeciae quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi, magnus orator, et perfectus magister, quanquam forensi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem, meo judicio, est postea, consecutus.* In hoc loco etsi nihil desideres, tamen Lipsius Var. Lect. III. 14. e Rufino Grammatico legit: *quam nemo quidem, meo judicio, est poëta consecutus.* Quae scriptura sic placuit Grutero, ut eam, praeter morem suum, in textum inferret. Sed nullus hic Poëtae locus est. Cicero dicit, Isocratem ea floruisse gloria, quam nemo quidem dicendi magister, suo judicio, sit postea consecutus. Quod verissimum esse, ex historia constat. Nam nullus unquam Rhetor aut plures discipulos habuit, aut per eos famam suam latius propagavit. Isocratem, etiam in historico scribendi genere, imitati sunt discipuli, Theopompus, Ephorus, Philistus, ut Cicero ait. Idem de aliis historicis refert Dionys. Halicarn. in Dinarcho p. 115. *οἱ δ' Ἰσοκράτην καὶ τὰ Ἰσοκράτους ἀποτυπώσασθαι θελήσαντες, ὕπτιοι, καὶ ψυχροὶ, καὶ ἀσύστροφοι, καὶ ἀνάλθεῖς h). οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ περὶ Τίμαιον, καὶ Πλάτωνα, καὶ Σωσιγένην.* ubi grave vitium, quod in nomine *Πλάτωνα* haeret, sic corrigendum: *οἱ περὶ Τίμαιον, καὶ*

h) Conjicit Toupius *ἀναληθεῖς*. cf. ejus annot. ad Longin. p. 161. ubi obloquitur Ruhnkenio pro *χαῦνοι καὶ ἀναλήθεις* cum Tanaqu. Fabro legenti *χ. κ. ἀναλθεῖς*: quod et Wyttenb. probat Bibl. Crit. P. III. p. 35. *B.*



ut haec oratio habita sit contra Callistrati orationem *ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ ἐκκλησίᾳ*, quam laudat Aristoteles Rhet. III. p. 739. Dissensisse inter se hos Oratores, paullo ante vidimus. Sed non oportet nimis esse suspicacem.

Lycoleon. Ex ejus *pro Chabria* oratione fragmentum habet Aristoteles Rhetor. III. p. 653. in quo cum statuae, quam Nepos Chabr. 1. et Diodor. Sicul. XV p. 28. Chabriae positam narrant, mentio fiat, clarum est, hanc orationem habitam esse post Olymp. C. 4.

Coccus, Atheniensis, Isocratis discipulus, teste Suida in v. Sed Quinctilianus eum videtur antiquiorem statuere non solum Isocrate, sed etiam Lysia, XII. 10. p. 624. *Quis erit hic Atticus? Sit Lysias, hunc enim amplectuntur amatores istius nominis modum. Non igitur jam usque ad Coccum et Andocidem remittemur.* Nisi forte locum subobscurum de Cocci et Andocidis contemtu interpretari malis.

Isaeus. Ejus vitam enarrarunt Dionysius Halicarnassensis, Pseudo-Plutarchus et Photius, ex iis et aliunde Meursius et Fabricius, ad quos Isaei studiosos ablegamus. Fabricius in Dionysii Halic. Ep. ad Amm. p. 120. *Ἰσοκράτην* reponens pro *Ἰσαῖον*, non videtur ipsum Dionysium inspexisse. Rectius Fr. Sylburgius in ejusdem Demosth. p. 167. *Κριτίας* legit, ubi vulgo editur *Ἰσαῖος*.

Eubulus. Tres Eubuli, ut Comicum taceam, in Attica historia commemorantur. Primus est Spinthari F. *Probalisius*, cujus mentionem facit Demosthenes c. Neaer. p. 580. et monimentum Athenis vidit Pausanias I. p. 73. Sed hunc oratorem fuisse, nullo documento constat. Alter est Mnesithei F. *Cyprius*, vel *Cytherius*, ut Valesio ad Harpocrat. p. 80. et Corsino Fast. Att. T. 1. p. 236. videtur, cujus decretum de legatis ad

Philippum mittendis memorat Demosthenes de Cor. p. 494. 495. ubi Ulpianus eum dicit Macedonibus studuisse. Tertius est *Anaphlystius*, maximae auctoritatis orator et demagogus, quem, ubicunque Eubulus simpliciter commemoretur, intelligendum puto. Is Aristarchum caedis accusavit, eoque crimine implicuit Demosthenem. Ulpian. in Midian. p. 667. 669. 694. Ex quo tempore Demostheni perpetuae cum illo simultates intercesserunt. Ulpian. in Demosth. de fals. leg. init. Midiam adversus Demosthenem defendit, ut liquet ex Midiana p. 159. Aeschini, olim scribae suo, patronus adfuit in judicio de ementita legatione. Aeschin. de fals. legat. fin. Demosthen. in or. ejusdem argumenti p. 217. et Ulpian. p. 385. effecitque auctoritate sua, ut populi suffragiis liberatus discederet. Photius Cod. LXI. p. 62. et Taylor. ad Demosth. Or. laud. Errant enim, mea sententia, Pseudo-Plutarchus l. c. p. 840. C. et Photius Cod. CCLXIV. p. 1466. Aeschinem ab Eubulo Probalisio tum servatum scribentes; nollemque adeo, quo in errore ipsi sunt, in eundem induxissent Valesium ad Harpocrat. p. 80. et Taylorum ad Aeschin. c. Ctesiph. p. 611. Anaphlystius Eubulus, nullam e bello laudem consectatus, curam pecuniae publicae suscepit, reditus auxit, classes instruxit, urbem monimentis exornavit. Aeschines c. Ctesiph. p. 375. Dinarch. c. Demosth. p. 102. et Plutarch. Polit. praec. p. 812. E. Sed in hac pecuniae cura perniciosam civitati legem tulit, ut, qui pecuniam theatralem in militarem convertisset, capite plecteretur. Ulpian. in Demosth. Olynth. I. p. 14. Quam legem, Philino etiam memoratam apud Harpocrat. v. *Θεωρικά*, vehementer reprehendit Demosthen. Olynth. I. p. 4. A. III. p. 39. A. et de rep. ord. p. 123. A. seqq. ubi vide Ulpianum. Ac vere judicat Theopompus apud Harpocrat. v. *Εὔβουλος*, nunquam civitatem imbelliorem

et ignaviorem, quam cum ab illo administrabatur, fuisse. Mox, cum necessitas venisset pecuniae non in theatrales voluptates, sed in bellum impendendae, legis suae mutandae consilia agitavit. Demosthen. de fals. legat. p. 217. Suscepit etiam legationem ad Philippum. Demosthen. de Cor. p. 480. Quam cum sic gessisset, ut Macedonum partibus studere videretur, acta ejus exagitavit Demosthenes. Aeschin. de fals. leg. p. 241. Cum Phrynone et Philocrate, improbis demagogis, jungitur a Luciano Encom. Demosth. p. 520. et Ulpiano in Olynth. III. p. 45. Ei Demosthenem in republica successisse, scribit Libanius Tom. I. p. 436. C. Mortuum quidem esse ante Demosthenem, patet ex Or. de Cor. p. 531. Sed rempublicam per plures annos una cum Demosthene administrasse, ex iis, quae diximus, intelligitur. Adde Or. c. Leptin. p. 52. de fals. leg. p. 180. de Cor. p. 476. Mores hominis egregie describit Theopompus apud Athen. IV. p. 166. D. et apud Harpocrat. v. *Εὔβουλος*. Potentia quanta fuerit, docet Demosth. de fals. leg. p. 217. et ad eum Ulpianus. Mortuo honores decreti sunt, de quibus fuit Hyperidis oratio *i*,) quam saepe laudant Grammatici. Ex Eubuli *adversus Charetem* oratione haec habet Aristoteles Rhetor. I. p. 257. *Οἷον Εὔβουλος ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἐχρήσατο κατὰ Χάρητος, ᾧ Πλάτων εἶπε πρὸς Ἀρχίβιον· Ὅτι ἐπιδέδωκεν ἐν τῇ πόλει τὸ ὁμολογεῖν πονηροὺς εἶναι.* ubi Victorius perperam Platonem, philosophum, intelligit, cum Comicus sit intelligendus, e cujus dicto si syllabam, quae abundat, cum Valckenario nostro sustuleris, finis senarii erit, *ἐπιδέδωκε τῇ πόλει.* Sed hic non est praetermittendus locus Plutarchi de fratern. amor. p. 486. D. *οἱ δὲ βίοις χρώμενοι διαφόροις, τόν τε φθόνον*

---

i) Phot. [Lex. Ms.] in v. *Εὔβουλος* laudat Toupius. *B.*

ἐκτρέπονται, καὶ συνεργοῦσιν ἀλλήλοις μᾶλλον, ὡς Δημοσθένης καὶ Χάρης, καὶ πάλιν Αἰσχίνης καὶ Εὔβουλος, καὶ Ὑπερίδης καὶ Λεωσθένης. Quis est ille Eubulus imperator, qui Aeschini mutuam operam praestiterit? Equidem nullum hoc nomine cognovi. Noli dubitare, quin mutilus locus sit, atque hoc modo restituendus: — ὡς Δημοσθένης καὶ Χάρης, καὶ πάλιν Αἰσχίνης καὶ Φωκίων, καὶ Εὔβουλος καὶ Διοπείθης, καὶ Ὑπερίδης καὶ Λεωσθένης. Quam emendationem ipse Plutarchus confirmat Phocion. p. 744. F. τοὺς μὲν λέγοντας ἐν τῷ δήμῳ καὶ γράφοντας μόνον, ὧν Εὔβουλος ἦν, καὶ Ἀριστοφῶν, καὶ Δημοσθένης, καὶ Λυκοῦργος, καὶ Ὑπερίδης· Διοπείθη δὲ καὶ Μενεσθέα, καὶ Λεωσθένη, καὶ Χάρητα, τῷ στρατηγεῖν καὶ προσπολεμεῖν αὔξοντας ἑαυτούς. Phocion, imperator, Aeschini adfuit in caussa male obitae legationis, ut ipse testatur in Apologiae suae fine. Haec, ni fallor, veterum de Eubulo loca sunt omnia, quae se alibi daturum promittebat Taylorus ad Aeschin. c. Ctesiph. p. 611.

Hactenus eloquentiae ortum et incrementa vidimus. Nunc ad illud tempus venimus, quo se ad tantum extulit fastigium, ut, ultra quo progrederetur, non haberet. Quod etsi multorum ingeniis studiisque perfectum est, unus tamen DEMOSTHENES praecipue hanc laudem tulit; de quo verissime judicat Cicero Brut. 9. *Plane perfectum oratorem, et cui nihil admodum desit, Demosthenem facile dixeris. Nihil acute inveniri potuit in eis caussis, quas scripsit, nihil, ut ita dicam, subdole, nihil versute, quod ille non viderit; nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo fieri possit aliquid limatius: nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate, vel sententiarum, quo quidquam esset elatius.* Cum quo loco conjungendus est alter de Orat. 7. Ce-

erum de Demosthene, ejusque aequali, et adversario perpetuo, AESCHINE, tanto minus aliquid dicere attinet, quod speramus, futurum, optamus quidem certe, ut utriusque historia, a Tayloro promissa, post ejus fata in lucem proferatur *k*).

Demostheni, ut Cicero pergit Brut. 9. *Hyperides proximus, et Aeschines fuit, et Lycurgus, et Dinarchus, et is, cujus nulla extant scripta, Demades, aliique plures. Haec enim aetas effudit hanc copiam.* HYPERIDES *Κολυττεὺς l)* vocatur ab iis, qui vitam ejus enarrarunt. Itaque Eustratius in Aristotel. Nicom. IX. p. 148. b. Aeschini, qui *Κοθωκίδης* fuit, *ὁμογενεῖς Κολυττεῖς* tribuens, duos Oratores confundit. De duobus ejus fragmentis, Rutilio Latine servatis I. 19. p. 63. in

---

k) Vana fuit Ruhnkenii spes. Utriusque Oratoris historiam inchoavit Taylorus, neutrius absolutam reliquit. Prodidit tamen Reiskius, Or. Graec. Vol. VIII. p. 696 — 771. *Excerpta e Taylori schedis de Demosthenis et Aeschinis Codicibus MStis et Editionibus, Vita, fortunis, rebus gestis, orationibus, caet.* quibus fere materia continetur, futuro editori et Vitarum Demosthenis Aeschinisque scriptori haud spernenda, ceteroquin ad modum Adversariorum undique congesta, non item ad accuratae scriptionis legem exacta. De Demosthene quidem, ne ex veteribus Plutarchum excitemus, nuper vernaculo sermone egit A. G. BECKERUS, in libro, diligenti utique et probabili ratione scripto, cui titulus: *Demosthenes als Staatsmann und Redner, Halle und Leipzig* 1815. *B.*

l) Scripserat hic Ruhnkenius: *De Hyperide nonnulla diximus ad Rutil.* I. 19. p. 64. *Κολυττεὺς cet.* Mox item nostra sunt verba *De duobus — in altero.* Quod sequitur, *veterum l. s. haec est* cet. Ruhnkenii sunt in ann. laud. Denique *Quid — requiris?* utpote partem efficiens fragmenti Hyperidis, addidimus e contextu Rutilii. In reliquis nihil mutatum est. *B.*

altero *m*) veterum librorum scriptura haec est: *Quid a me saepius his verbis de meo officio requiris? Scripsisti, ut servis libertas detur. Scripsisti, ne liberi servitutem experirentur. Scripsisti, ut exules restituerentur. Scripsisti, ut ne quis exilio afficeretur. Leges igitur, quae prohibebant haec, non neglegebas? Non poteram, propterea quod literis earum arma Macedonum opposita obsistebant.* Ex qua lectione, quamcunque in partem te cogitatione converteris, nullam unquam sententiam elicies? Quid igitur? Libris nil juvantibus, remedium a divinandi arte petendum. Ac poteram hoc loco, si Criticos quosdam imitari vellem, ingenium jactare, et me ipse vatem optimum perhibere. Sed, quoniam his scribendis non tam gloriola, quam utilitas publica quaeritur, simpliciter dico, sic emendandum esse: — *Scripsisti, ut servis libertas detur? Scripsi, ne liberi servitutem experirentur. Scripsisti, ut exules restituerentur? Scripsi, ut ne quis exilio afficeretur. Leges igitur, quae prohibebant haec, nonne legebas? Non poteram, propterea quod literis earum arma Macedonum opposita obficiebant.* Fractis Atheniensium opibus clade Chaeronensi, rogante Hyperide, psephisma factum est, cujus legitima verba, a Lycurgo adv. Leocrat. p. 113. conservata, huc referamus: *τοὺς μὲν δούλους, ἐλευθέρους, τοὺς δὲ ξένους, Ἀθηναίους, τοὺς δ' ἀτίμους, ἐντίμους εἶναι.* Adde Apsinem Art. Rhet. p. 687. Hoc decretum, veluti contra leges scriptum, vehementer exagitavit molestus illorum temporum accusator, Aristogiton. Demosthen. adv. Aristogit. II. p. 502. *ὅτε γὰρ*

---

m) Quae sequuntur hinc usque ad verba *exaudire non potuisse*, infra p. 345. vs. 7. omnia nunc inserenda curavimus ex Annot. ad Rutil. Lup. l. c. *B.*

Ὑπερίδης ἔγραφε — εἶναι τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους, — τούτου τοῦ ψηφίσματος γραφὴν παρανόμων ἀπενέγκας ἠγώνιζετο ἐν τῷ δικαστηρίῳ. Vide Pseudo-Plutarchum de Vit. X. Orat. p. 849. A. et Photium Cod. CCLXVI. p. 1449. Hyperides illud defendit *oratione adversus Aristogitonem*, quam saepe laudant veteres Grammatici, in his Scholiastes MS. ad Platonis Phileb. p. 74. B. Μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον, ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς ἐξ ἀνοίας πράγματα ἐγειρόντων. ταύτης μέμνηται καὶ Ὑπερείδης ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα· Καὶ οὐδὲ ἐκ τῆς παροιμίας δύνασαι μανθάνειν, τὸ μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον. Ex hac oratione sumtum est fragmentum, quod Rutilius habet. Aristogiton ex Hyperide quaerit, *Scripsisti*, etc. cui Hyperides statim respondet ex conjectura nostra: *Scripsi*, etc. Haec universim annotasse sufficiat. Nunc emendationis nostrae sigillatim rationem reddamus. Primum ex libris antiquis rescripsimus *detur*, quod R. Stephanus, ut reliquis temporibus congrueret, in *daretur* mutarat. De qua temporum commutatione diximus ad Rutil. I. 13. p. 45. Tum pro *non neglegebas* Jac. Tollius ad Longin. Π. Υ. XV. p. 118. legendum conjiciebat, *non legebas?* Recte. Nos tamen propius ad corruptae lectionis vestigia, *nonne legebas?* Denique vere emendavimus: *quod literis earum arma Macedonum opposita obficiebant.* Verbum *obficere* quam proprium sit in tali re, nemo ignorat. *Opposita* nobis aliquando otiosum, et ab explanatore invectum videbatur. Sed nihil movendum. Cicero de N. D. II. 40. *Luna subjecta atque opposita Soli, radios ejus et lumen obscurat.* Ultima fragmenti verba Graece sunt apud Pseudo-Plutarchum et Photium l. c. αἰτιωμένων δὲ αὐτὸν οὐκ ὀλίγων, ὡς πολλοὺς τῶν νόμων ἐν τῷ ψηφίσματι παριόντα, ἐπεσκότει (*obficiebant*) γάρ μοι τὰ Μακεδόνων, ἔλεγεν, ὅπλα. καὶ, οὐκ ἐγὼ μᾶλλον τὸ ψή-

φισμα, ἀλλ' ἡ ἐν Χαιρωνείᾳ μάχη ἔγραψε. Posterius dictum etiam Longinus l. c. laudat. Priori non dissimile illud C. Marii apud Valer. Max. V. 2. 8. et Plutarch. in ejus vita p. 421. E. *inter armorum strepitum verba se juris civilis exaudire non potuisse.* — Ex oratione, qua Hyperides laudavit, qui in bello Lamiaco perierant, bene longum et praeclarum fragmentum superest apud Stobaeum Serm. CXXIII. p. 618. inde repetitum a Tayloro Lect. Lys. c. III. cui in transcursu medicinam faciamus: τοὺς ταῖς τιμαῖς τῶν θεῶν καταλυομέναις βοηθήσαντας, πλείστης εὐδαιμονίας ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τυγχάνειν. Legendum: — πλείστης κηδεμονίας ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τυγχάνειν n). Quod Gesnerus in MS. reperit ἐπιμελείας, est explicatio vocis, quam reposuimus. — Nobilis inprimis est ejus Δηλιακὸς, e quo duo luculenta fragmenta conservarunt Sopater in Hermogen. p. 183. et Scholiastes anonymus in eundem p. 389. inde relata ab Is. Casaubono ad Athen. X. 6. Alterum eorum sic legitur apud Joannem Siceliotam Commentario MS. in Hermogenem: Λέγεται γὰρ τὴν Λητὼ κύουσαν ἐκ Διὸς, ἐλαύνεσθαι ὑπὸ τῆς Ἥρας κατὰ πᾶσαν γῆν τε καὶ θάλασσαν ζηλοτυπούσης. ἤδη δὲ αὐτὴν ἡ ὠδὶς καταλαβοῦσα, εἰς τὴν ἡμετέραν χώραν λῦσαι τὴν ζώνην· ἀνθ' ὧν νῦν ὁ Ζωστὴρ ἀπὸ δεκατικοῦ. ἔπειτα εἰς Δῆλον διαβᾶσαν διδύμους τεκεῖν, Ἄρτεμίν τε καὶ Ἀπόλλωνα, τοὺς θεούς. ubi scribendum: ἀνθ' ὧν νῦν ὁ Ζωστὴρ ἀπὸ τοῦδε καλεῖται. Vid. Stephan. Byz. v. Ζωστήρ. Apud Plutarchum de Glor. Atheniens. p. 350. B. Hyperidi tribuitur Πλαταϊκὸς, quae Isocratis est oratio: sed assentiar eruditissimo Valckenario, Δηλιακὸς reponenti. Ejusdem oratoris Κυθνιακὸς laudatur

n) Probavit Wyttenb. ad Plutarch. Consol. Apollon. p. 107, D. Improbavit Toupius in marg. libri sui: memoravit idem ad Longin. sect. 34. p. 213. *B.*

a Suida v. *Θαῤῥαλέον*, cujus quale argumentum fuerit, nondum licuit indagare. Eum orationis titulum Valesius in Maussac. not. ad Harpocrat. p. 338. restituendum putabat in Schol. Aristoph. ad Av. 881. ubi vulgo legitur, *Ὑπερίδης ἐν τῷ Χαλκῷ*. Sed melior est altera conjectura et ipsius Valesii, et aliorum, *ἐν τῷ Δηλιακῷ*. Immo suspectum habeam titulum *Κυθνιακὸς*, dum alterius scriptoris auctoritate confirmetur. *Hyperidis* et *Euripidis* nomen librarii non semel commutarunt. Aristotel. Rhetor. II. p. 345. *Διὸ εὖ ἔχει ἡ τοῦ Εὐριπίδου ἀπόκρισις πρὸς Συρακουσίους*. Ipsum responsum, ut notum illo tempore, Aristoteles praetermisit, sed, quale fuerit, explicat Scholiastes: *Εὐριπίδης πρὸς τοὺς Συρακουσίους πρεσβὺς ἀποσταλεὶς, καὶ περὶ εἰρήνης καὶ φιλίας δεόμενος, ὡς ἐκεῖνοι ἀνένευον, εἶπεν· ἔδει, ἄνδρες Συρακούσιοι, εἰ καὶ δὴ οὐδὲν ἄλλο, ἀλλά γε διὰ τὸ ἄρτι ὑμῶν δέεσθαι, αἰσχύνεσθαι ἡμᾶς ὡς θαυμάζοντας*. Quod Graeculus iste non finxisse, ut Victorius putat, sed ex vetustis commentariis, ut alia quaedam, hausisse videtur. Sed pro *Εὐριπίδης* legendum *Ὑπερίδης*. Nam Hyperides varias pro republica legationes suscepit, non Euripides. De legatione ad Eleos vide Pausan. V. p. 431. et Pseudo-Plutarch. l. c. p. 850. A. de legatione ad Rhodios, Pseudo-Plutarch. ibid. Hic *τὸν Ῥοδιακὸν* habuit, quem unus memorat Grammaticus Sangermanensis MS. *Προπεσεῖν, προπετῶς τι ποιῆσαι. Ὑπερίδης Ῥοδιακῷ*.

Lycurgi vitam quam erudite enarrarit Taylorus in praefatione ad editam a se Lycurgi adv. Leocrat. orationem *o*), nemo nescit. Addamus insignem, qui ejus

---

o) Quae repetita est in Reiskii Oratoribus Graecis, Vol. IV. p. 105 — 128. Ceterum haec de Lycurgo supplevimus ex Annot. ad Rutil. Lup. I. 2. p. 10. quacum conjungatur altera ad II. 4. p. 84. *B*.

diligentiam effugit, Hyperidis de Lycurgo locum apud Apsinem Art. Rhetor. p. 703. *κέχρηται τούτῳ καὶ Ὑπερείδης ὑπὲρ Λυκούργου λέγων· Τίνα φήσουσιν οἱ περιιόντες αὐτοῦ τὸν τάφον; οὗτος ἐβίω μὲν σωφρόνως, ταχθεὶς δὲ ἐπὶ τῇ διοικήσει τῶν χρημάτων, εὗρε πόρους, ὠκοδόμησε δὲ τὸ θέατρον, τὸ ᾠδεῖον, νεώρια, τριήρεις, ἐποιήσατο λιμένας. τοῦτον ἡ πόλις ἡμῶν ἠτίμασε, καὶ τοὺς παῖδας ἔδησεν αὐτοῦ.*

DINARCHI *p)* nomen, leviter in DIARCHI corruptum, Rutilio Lupo I. 14. restituimus. Nec ullum nobis dubium est, quin II. 20. DINARCHI legendum sit, ubi vulgatur TIMARCHI. Nam Timarchus orator ne fando quidem auditus. At in oratorum numerum refertur a Jo. Tayloro V. Cl. ad Aeschin. contra Timarch. p. 84. Videamus, quibus argumentis nitatur. Primum laudat Rutilii locum. Sed in hoc, post emendationem nostram, nihil praesidii. Deinde affert hoc Longini fragmentum: *Κορωνὶς δ' ἔστω λόγου παντὸς καὶ φρονήματος Ἑλληνικοῦ Δημοσθένης, Λυσίας, Αἰσχίνης, Ἀριστείδης, Ἰσαῖος, Τίμαρχος, Ἰσοκράτης, Δημοσθένης ὁ κρίθινος, Ξενοφῶν, πρὸς τούτοις Παῦλος ὁ Ταρσεὺς, ὅν τινα καὶ πρῶτόν φημι προϊστάμενον δύγματος ἀναποδείκτου.* Enimvero male sit librariis, qui virum eruditissimum tam proterve luserunt. Nam fragmentum illud ita scribendum: *Κορωνὶς δ' ἔστω λόγου παντὸς καὶ φρονήματος Ἑλληνικοῦ Δημοσθένης, Λυσίας, Αἰσχίνης, Ὑπερείδης, Ἰσαῖος, Δείναρχος, Δημοσθένης ὁ κρίθινος, Ἰσοκράτης, Ἀντιφῶν.* *Dinarcho* cognomen fuit *Δημοσθένης ὁ κρί-*

---

p) De Dinarcho sparsim disputata ad Rutil. II. 5. p. 88. et 16. p. 126. conjunctim h. l. repetere operae pretium duximus, non nisi paucis verbis, ubi aliter fieri non poterat, vel additis, vel leviter immutatis. *B.* Dinarchi oratt. Lips. a. 1826. edidit *C. E. A. Schmidt.* *F.*

θινος. Hermogenes de Form. orat. II. p. 495. ὥστ' ἤδη τινὲς, καὶ προσπαίζοντες, Δείναρχον οὐκ ἀχαρίτως κρίθινον Δημοσθένην εἰρήκασι. ubi vide Scholiastem. Eundem etiam ἄγροικον Δημοσθένην vocatum esse, tradit Dionysius Halic. in Dinarch. p. 115. Graecorum imitatione M. Coelius apud Sueton. de Rhetor. 2. *L. Plotium, subtracto nomine, ordearium rhetorem appellavit, deridens, ut inflatum, ac levem, et sordidum.* ubi adeundus Is. Casaubonus. Pauli mentio ab hominis Christiani fraude accessit, ut bene judicat Fabricius Bibl. Gr. Vol. IV. p. 445. Sed, ut ad Rutilium redeamus, tertius ejusdem locus est II. 5: *ita ut fecit* DIVES AVARUS: *In villa aedem fecit Fortunae. caet.* q) Vides ulcus teterrimum, ad quod sanandum R. Stephanus homines eruditos stellula apposita invitavit. Nos illud nec urendo, nec secando, sed blanda medicina adhibenda ita curamus: *ita ut fecit* DINARCHUS: *In villa, caet.* quamquam illi hac quoque ratione succurri posse videtur: *ita ut fecit* DINARCHUS: *Dives avarus in villa aedem fecit Fortunae.* De *divite avaro* agi, satis liquet. Ac potuit nomen *Dinarchus* similitudine literarum, quae est in *dives avarus*, facile absorberi. Sed prior ratio praferenda videtur. Denique idem Rutilius, ubi de antitheto egit, II. 16. hoc Dinarchi fragmentum Latine servavit: *Olim in adolescentia sedulo omnem gloriam sectabar: at nunc in senectute summum me ambitionum invasit odium. Tunc facile multis opitulabar; nunc jam me ipsum tueri vix possum. Tum mihi beatissimus videbar, si quam plurimis benigne fecissem: nunc contra vereor, ne quid mihi desit ad necessarium aetatis meae cultum.*

---

q) Nectendae orationis causa a nobis inserta sunt verba *tertius — fortunae.* B.

Tunc ego ipse pro republica fortiter arma capiebam: nunc praeterquam laudare eos, qui rempublicam armati defendunt, nihil valeo r). Si verum est, quod tradunt Dionys. Halic. in Dinarcho p. 113. et Pseudo-Plutarch. de Vit. X. Orat. p. 850. D. Dinarchum unam tantum orationem κατὰ Προξένου βλάβης suo nomine publice habuisse, quin inde ductus hic locus sit, non potest dubitari. Huc accedit, quod iidem scriptores testantur, hanc orationem a Dinarcho habitam esse octogenario. Atqui senectutis suae in hoc fragmento mentionem facit; ut tanto minus ea de re ambigendum videatur.

Demadis *nulla extare scripta*, dicunt Cicero l. c. et Quinctilian. II. 17. p. 105. XII. 10. p. 629. Sed legit ejus orationes Tzetzes, vel potius Rhetor antiquus, quem ille compilavit, Chil. VI. 36. 37. Immo superstitem habemus partem Orationis ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας, quam ipsam memorat Suidas v. Δημάδης. Adscribamus illum locum, quo nullus in Suida neque corruptior est, neque difficilior ad emendandum: Δημάδης, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ καὶ δημαγωγὸς πανοῦργος καὶ εὐτυχής s) πρότερον ναύτης ὤν. ἔγραψεν ἀπολογισμὸν πρὸς Ὀλυμπιάδα τῆς ἑαυτοῦ δωδεκαετίας. ἱστορίαν περὶ Δήλου, καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Λητοῦς παίδων. οὗτος κατέλυσε τὰ δικαστήρια καὶ τοὺς ῥητορικοὺς ἀγῶνας. τελευτᾷ δὲ ἐπὶ

r) Nostra sunt verba *Deisque — servavit:* ipsum fragmentum *Olim — valeo* e textu Ruhnkenii repetivimus. Reliqua, *si verum est — videatur*, Ruhnkenii sunt ex annot. altera. *B.*

s) Laudat Toupius Damasc. apud Phot. p. 1029. [ed. Hoesch. p. 1032.] Εἰδὶ μὲν Ἀ. εὐφυεῖς τε καὶ εὐτυχεῖς ὀνειροπολεῖσθαι — postea ἐντρεχής. De qua voce conf. ipse Toup. ad Longin. s. 44. p. 233. sqq. Weisk. ad eund. p. 648. Bast. Comment. Palaeogr. p. 744. *B.*

Ἀντιπάτρου. Quae vitiata sunt, sic corrigenda, quae luxata, sic locis suis reponenda: Δημάδης, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ καὶ δημαγωγὸς πανοῦργος καὶ εὐφυής· πρότερον ναύτης ὤν. ἔγραψεν ἀπολογισμὸν περὶ τῆς ἑαυτοῦ δωδεκαετίας. ἱστορίαν περὶ Δήλου, καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Λητοῦς παίδων. τελευτᾷ δὲ κατ' Ὀλυμπιάδα ριε. ἐπὶ Ἀντιπάτρου, ὃς κατέλυσε τὰ δικαστήρια καὶ τοὺς ῥητορικοὺς ἀγῶνας, καὶ μετ' Ἀλέξανδρον βασιλεύσας, Θήβας ἀνέστησε. Nunc, age, singularum mutationum rationem reddamus, et locum paucis illustremus. Εὐφυὴς apud Atticos significat *dicacem*, *facetum*. Grammaticus MS. in Bibl. Reg. Εὐφυὴς καὶ εὐμαθὴς διαφέρει. εὐμαθὴς μὲν, ὁ καλῶς μανθάνων. εὐφυὴς δὲ, ὁ πανοῦργος καὶ σκώπτης. Sic etiam Ammonius, ubi Valckenarius VI. C. docte explicuit hanc vocis potestatem. Plutarch. Demosth. p. 857. D. οἱ δ' εὐφυεῖς χλευάζοντες, οὐχ ὑπὸ κυνάγχης ἔφραζον, ἀλλ' ὑπ' ἀργυράγχης εἰλῆφθαι νύκτωρ τὸν δημαγωγόν. Atqui inter εὐφυεῖς Demadem fuisse, tradit Pollux VII. 104. Cicero quoque Orat. 26. Demadem *praeter ceteros oratores facetum* dicit: idque satis ostendunt multa ejus dicta, quae passim commemorantur. *Nauta* ab aliis etiam scriptoribus Demades vocatur: ἰχθυοπώλης a Proclo Prolegomenis ineditis in Hesiodum. Vocem Ὀλυμπιάδα, quam Interpretes ridicule de Alexandri matre acceperunt, in sedem suam revocavimus, adjecimusque numeros ριε. Nam Diodor. Sicul. XVIII. p. 293. Demadis mortem refert ad Olymp. CXV. 2. Ut vero Demades orationem, qua rerum per duodecim annos a se gestarum rationem reddidit, περὶ τῆς δωδεκαετίας inscripsit, sic Demetrius Phalereus, teste Diogene Laërt. V. 81. librum scripsit περὶ τῆς δεκαετίας, quo non decennalem Trojae obsidionem enarravit, ut inepte conjicit Menagius, sed rationem reddidit decem annorum, quibus ipse reipublicae praefuerat summa cum

auctoritate. *Historiam Deli* praeter rem Demadi tribui, bene judicat Fabricius Bibl. Gr. Vol. IV. p. 421. Non autem Demades judicia et Oratorum certamina sustulit, sed Antipater post proelium ad Cranonem. Itaque verba, ὃς κατέλυσε etc. ad Antipatrum transtulimus. Ultima verba, καὶ μετ' Ἀλέξανδρον etc. huc e sequenti articulo revocanda esse, viderat etiam doctissimus Kusterus. Hactenus de Suidae loco. Demades etiam attigit Harpalicam pecuniam. Dinarch. c. Demosth. p. 101. et c. Aristogit. p. 106. Euthycratem, Olynthium, ab Atheniensibus infamia notatum, in integrum restituit, et publicum hospitem fecit. Suid. v. Δημάδης. Quod ejus decretum Polyeuctus oppugnavit oratione, quae laudatur ab Apsine Art. Rhet. p. 707. Cum Phocione de urbe tradenda Antipatro consensit. Nepos Phocion. 2. et ibi Lambinus. Filium, eximia forma praeditum, Philippo ad turpes voluptates reliquit. Scholiast. in Hermogen. p. 356. et Suid. in v. Mores hominis et formam ita describit Pytheas apud Athen. II. p. 44. F. ὁ δὲ πορνοβοσκῶν καὶ μεθυσκόμενος, κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην προγάστωρ ἡμῖν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀνακυκλεῖται. Plura de eo Fabricius l. c.

Nunc reliquos hujus aetatis Oratores, a Cicerone praetermissos, enumeremus.

Androtion, Andronis, forte ejus, quem Harpocration unum ex Quadringentis fuisse scribit, filius, Isocratis discipulus. Suid. in v. Contra hunc extat Demosthenis oratio, quam, quod sibi cum Isocratis discipulo certandum esset, summa arte elaboravit. Scholiast. in Hermogen. p. 401. ἐπετήδευσεν ὁ Δημοσθένης κεκαλλωπισμένον ἐργάσασθαι τὸν κατ' Ἀνδροτίωνος, ἀντιφιλοτιμούμενος πρὸς Ἰσοκράτην (leg. Ἰσοκράτειον) ῥήτορα παρίσοις ἐπιχρώμενον κατὰ ζῆλον τοῦ διδασκάλου. Vide Taylorum ab init. Androtianae. Laudat Andro-

tionem Aristoteles Rhetor. III. p. 583. Ad hunc Jonsius de Script. H. Ph. II. 9. p. 159. refert *Ἀτθίδα*, cujus auctor nobis ab oratore diversus videtur.

Cydias. Ejus oratio *περὶ τῆς Σάμου κληρουχίας* laudatur ab Aristotele Rhetor. II. p. 348. Ex orationis argumento colligi potest, quando Cydias vixerit. Nam Philochorus apud Dionys. Halic. in Dinarcho p. 118. auctor est, colonos in Samum missos esse, Archonte Aristodemo, Olymp. CVII. 1. Vide Vales. ad Harpocrat. p. 111. et Corsin. Fast. Att. T. IV. p. 27.

Aesion, Demosthenis condiscipulus. Suid. v. *Δημοσθένης*. Hic de superioris et sui temporis Oratoribus quid sentiret, rogatus, respondit: *ὡς ἀκούων μὲν ἄν τις ἐθαύμασεν ἐκείνους εὐκόσμως καὶ μεγαλοπρεπῶς τῷ δήμῳ διαλεγομένους· ἀναγινωσκόμενοι δ' οἱ Δημοσθένους λόγοι πολὺ τῇ κατασκευῇ καὶ δυνάμει διαφέρουσι.* Sic ex Hermippo narrat Plutarch. Demosth. p. 851. A. Demosthenem ipsum de se et Callistrato eodem modo judicasse, tradit Ulpianus in Demosth. c. Timocr. p. 822. Laudat Aesionem Aristoteles Rhetor. III. p. 650. Vide Jonsium de Script. II. Ph. I. 7. p. 36.

Philinus, Nicostrati filius, si modo idem est, cujus mentionem facit Demosthenes adv. Mid. p. 144. Tres ejus orationes laudat Harpocration. Prima est *πρὸς Αἰσχύλου, Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδου εἰκόνας* v. *Θεωρικά*, opposita decreto Lycurgi, ut his Tragicis statuae ex aere ponerentur; quod bene vidit magnus Valesius ad Not. Maussac. in Harpocrat. p. 290. Altera *κατὰ Δωροθέου*, ab aliis Hyperidi tributa. Harpocrat. v. *Ἐπὶ κόρρης*. Tertia *Κροκωνιδῶν διαδικασία πρὸς Κοιρωνίδας*, ab aliis tributa Lycurgo. Harpocrat. v. *Κοιρωνίδαι*. Eam, ut Philini, laudat Athenaeus X. p. 425. B. ubi vide Is. Casaubonum; eodemque haec pertinent in Lexico Rhetorico MS. *Κορωνιάδαι. γένος Ἀθήνησιν ἱερὸν ἀπὸ*

usus est Montfauconius, exciderat, re-
ersione horum Prolegomenorum, facta ab
cho Veronensi, quae sub titulo *Hermo-*
es compendium reperitur inter Rhetores
, p. 152. Hegemon, Philippi muneribus
donum partibus favit. Pseudo-Aeschines
. Liban. Tom. I. p. 471. B. et Harpo-
jestatis accusatus est ab Aristogitone.
I. adv. Aristogit. p. 481. Tulit legem
theatralis scribae committenda. Aeschi-
p. 375. et ibi Taylor. Praeteritus est
deligendus esset, qui orationem fune-
mosth. de Cor. p. 577. Periit denique
uo, Phocione. Plutarch. Phoc. p. 757.

ocratis privignus, et per adoptionem
quasdam scripsit. Pseudo-Plutarch.
. in v. Ejus orationem *πρὸς Μεγα-*
ἀντιδόσεως laudat Dionys. Halic. in

, acerbus et vehemens aliorum se
r, qui non modo Lycurgum, sed etiam
beros vexavit. Pseudo-Plutarch. l. c.
Photius l. c. p. 1486. Joannes Sice-
o MS. in Hermogen. *ὅθεν* (*Δημοσθένης*)
φει τὰς ἐπιστολὰς, συκοφαντουμένοις τοῖς
ῥήτορος παισὶν ὑπὸ Μενεσαίχμου προ-
ν. Ipse etiam a Lycurgo accusatus est.
h. I. c. p. 843. C. Porro memoratur
Demosthenem propter acceptam pecuniam
m egerint. Pseudo-Plutarch. l. c. p.
ualis fuerit, melius intelligitur ex Dio-
Dinarcho p. 117. *ἀφαιροῦμαι δὲ τοὺς*
ου λόγους ἀμφοτέρους, Δεινάρχου. — διά

Κοίρωνος, ὃς ἦν ἀδελφὸς Κόρωνος. καὶ Κορωνίδαι, γένος ἱερὸν Ἀθήνησιν. ἀμφότεροι δ' ἦσαν παῖδες Τριπτολέμου. Quae sic corrigenda ex Harpocratione: *Κοιρωνίδαι γένος Ἀθήνησιν ἱερὸν ἀπὸ Κοίρωνος, ὃς ἦν ἀδελφὸς Κρόκωνος. καὶ Κροκωνίδαι*, etc. Male apud Suidam *Κυρωνίδαι*, nec bene apud Athenaeum *Κροκανιδῶν*. Grammaticus vetus *de scriptorum furtis* apud Clement. Alexandr. Strom. VI. p. 748. Philinum aliquid a Demosthene sumsisse dicit. Ex quo Valesius aliud argumentum capere poterat contra Maussacum, qui illum Antiphontis aequalem statuebat.

Aristogiton. Hunc non ex articulo quodam, sed totum cognoscere licet ex Demosthenis et Dinarchi adversus eum orationibus, quae supersunt. Vide Maussac. ad Harpocrat. v. *Αὐτοκλείδης*, Valesium in Maussac. not. p. 254. Taylor. ad Demosth. c. Aristogit. p. 510. et ad Aeschin. c. Timarch. p. 83.

Hegemon, Orator ex illorum numero, qui nullis literis eruditi ad eloquentiam exercendam venerint, de quibus insignis locus est Syriani in Hermogen. p. 16. *ὥσπερ τινὲς καὶ τὴν ὅλην ῥητορικὴν τέχνην οὐ βούλονται, (τέχνην εἶναι) ἀλλ' ἐμπειρίαν, ἀπὸ τῆς τῶν μεταχειρισαμένων ἀπαιδευσίας ὡρμημένοι* (leg. *ὡρμημένην t)*,) *οἷον Δημάδου τοῦ ἀπὸ τῆς κώπης ἀνίπτοις τὸ τοῦ λόγου χερσὶν ἐπὶ τὸ βῆμα πηδήσαντος, καὶ Ἡγήμονος, καὶ Πυθέου, καὶ Ἀριστογείτονος.* Hegemonem non tam oratorem, quam sycophantam fuisse, dicit Troilus Sophista Prolegom. in Aphthon. p. 596. Bibl. Coisl. *ἡ ῥητορικὴ ἀντίστροφος τῇ συκοφαντικῇ, ἧς ἡγήσαντο Ἀριστογείτων καὶ Ἡγήμων. ἡ ἀντίστροφος τῇ κολακευτικῇ, ἧς ἡγήσαντο Δημάδης καὶ Ἀριστόδημος.* ubi *Hegemonis* nomen, quod

---

t) Non probat Toupius, laudans Theod. Metochit. p. 16. ed. Meurs. Suid. v. *Ἀντικείμενα*. *B.*

e Codice, quo usus est Montfauconius, exciderat, restituimus ex versione horum Prolegomenorum, facta ab Hilarione Monacho Veronensi, quae sub titulo *Hermogenis Rhetorices compendium* reperitur inter Rhetores Latinos Aldinos, p. 152. Hegemon, Philippi muneribus corruptus, Macedonum partibus favit. Pseudo-Aeschines Ep. XII. p. 746. Liban. Tom. I. p. 471. B. et Harpocrat. in v. Majestatis accusatus est ab Aristogitone. Demosthen. Or. I. adv. Aristogit. p. 481. Tulit legem de cura pecuniae theatralis scribae committenda. Aeschines c. Ctesiph. p. 375. et ibi Taylor. Praeteritus est a populo, cum deligendus esset, qui orationem funebrem haberet. Demosth. de Cor. p. 577. Periit denique una cum amico suo, Phocione. Plutarch. Phoc. p. 757. C. 758. B.

Aphareus, Isocratis privignus, et per adoptionem filius, orationes quasdam scripsit. Pseudo-Plutarch. p. 838. B. et Suid. in v. Ejus orationem *πρὸς Μεγακλείδην περὶ τῆς ἀντιδόσεως* laudat Dionys. Halic. in Isocrat. p. 102.

Menesaechmus, acerbus et vehemens aliorum se meliorum accusator, qui non modo Lycurgum, sed etiam ejusdem mortui liberos vexavit. Pseudo-Plutarch. l. c. p. 842. D. E. et Photius l. c. p. 1486. Joannes Siceliota Commentario MS. in Hermogen. *ὅθεν (Δημοσθένης) καὶ τῷ δήμῳ γράφει τὰς ἐπιστολὰς, συκοφαντουμένοις τοῖς Λυκούργου τοῦ ῥήτορος παισὶν ὑπὸ Μενεσαίχμου προθύμως ἐπικουρῶν.* Ipse etiam a Lycurgo accusatus est. Pseudo-Plutarch. I. c. p. 843. C. Porro memoratur inter eos, qui Demosthenem propter acceptam pecuniam Harpalicam reum egerint. Pseudo-Plutarch. l. c. p. 846. C. Sed, qualis fuerit, melius intelligitur ex Dionysio Halic. in Dinarcho p. 117. *ἀφαιροῦμαι δὲ τοὺς περὶ Μενεσαίχμου λόγους ἀμφοτέρους, Δεινάρχου. — διὰ*

τὸν χαρακτῆρα· ὑδαρὴς γὰρ, καὶ κεχυ
ός. καὶ ὅτι λέγων αὐτὸς ὢν οὔτε ἄδ
υκοῦργον τὴν διοίκησιν τῶν δημοσίων
βὼν, ἐξητασμένος δὲ πολλάκις αὐτὸ
ρὶ ἁπάντων μηνύει· καὶ ἐν ἰδίοις
ν οὐκ ἂν ἦν ἀδύνατος, ὥστε Δεινά
bi legendum esse ὑπὲρ Μενεσ
ecte vero Dionysius negat
zechmo orationes scripsisse
ία laudatur Dinarchi ora

Hegesippus. Huic A
er ludibrium indidit, quiden
atici, Harpocration ex Midia
imum cognomen, henis ration
Hegesippus eodem. aberet neminem.
Tom. I. p. 461. et Liban. T. I. p
neundae. De ne et aliis legatus miss
Aeschines c. then. Phil. III. p. 95. A. et
uctor belli . 841. E. Aliquanto post a
. 496. J nem suscepit. Pseudo-Plutarch.
habitus men auri ab Harpalo accepti in eum
231. s c. Demosth. p. 103. cujus non unam adv
then orationem Grammatici laudant. Corporis o
acc quae dicentem impediret, in eo risit Phoc
ir Plutarch. Phoc. p. 746. A. Luxuriam notat Anaxa
drides apud Athen. IV. p. 166. D. Ejus de Demosthe
et Phocione judicium hoc fuit: μέγιστος μὲν ῥήτωρ Δη
μοσθένης, δυνατώτατος δὲ εἰπεῖν Φωκίων. Plutarch.
Demosth. p. 850. D. Phoc. p. 753. F. Polit. praec. p.
803. E. Judicium de Aeschine, quod Photius Cod. LXI.
. 62. ad Dionysium Sophistam refert, Tzetzes Scholiis
MSS. in Hermogenem tribuit Polyeucto, haud dubie
duo diversa judicia confundens. Orationes Polyeucti
laudantur ab Aristotele Rhetor. III. p. 749. et Diog.

Laërt. VI. 23. Elegans inprimis, quamvis aliquot mendis deformatum, ex oratione *contra Demadem* fragmentum est apud Apsinem Art. Rhet. p. 708. *Τί γὰρ σχῆμα ἕξει; τὴν ἀσπίδα προβέβληται* (f. *προβεβληκότος*) z); *ἀλλὰ ταύτην γε ἀπέβαλεν ἐν τῇ μάχῃ τῇ περὶ Χαιρώνειαν. ἀλλὰ ἀκροστόλιον νεὼς ἕξει; ποίας; ἢ τῆς τοῦ πατρός; ἀλλὰ βιβλίον ἐν ᾧ φάσεις καὶ εἰσαγγελίαι ἔσονται γεγραμμέναι; ἀλλὰ νὴ Δία στήσεται προσευχόμενος τοῖς θεοῖς, κακόνους ὢν τῇ πόλει, καὶ τὰ ἐναντία πᾶσιν ἡμῖν εὐχόμενος, ἀλλὰ τοῖς ἐχθροῖς ὑπηρετῶν.* ubi miretur aliquis, quod Polyeuctus dicit, Demadem in proelio Chaeronensi scutum abjecisse. Nam Demosthenem, scuto abjecto, fugisse, Demadem in acie captum esse, inter omnes scriptores constat.

Pytheas. De hoc Oratore Suidas ita: *Πυθέας, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, υἱὸς δὲ ἦν Μυλώθρου, καὶ θρασὺς σφόδρα. φυγών τε Ἀθήνηθεν ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου διὰ ὄφλημα, εἰς Μακεδονίαν ἦλθεν. εἶτα ἐπανῆκε πάλιν.* Quod de ejus aere alieno dicit, Demosthenes, vel quisquis auctor est Epistolae de Lycurgi liberis, p. 199. D. confirmat, narrans, illum malis artibus tantas sibi divitias quaesivisse, ut facilius quinque talenta, quam ante totidem drachmas, solvere posset. Eodem loco Suidas: *οὐκ ἐνεκρίθη μετὰ τῶν λοιπῶν ῥητόρων, ὡς θρασὺς, καὶ διεσπασμένος.* ubi corrigendum: *ὡς τραχὺς, καὶ διεσπασμένος.* Nam orationis genus reprehenditur asperum, durum, diffluens, solutum. Nec mirum, Pytheam Atticorum Oratorum numero exclusum esse, quippe qui, ut auctor est Syrianus in Hermogenem p. 16. nullis literarum praesidiis instructus, ad eloquentiam exercendam accesserit. Conciones paene puer habuit, et

---

z) Conjicit Reiskius *προβεβλήσεται*, Orat. Graec. Vol. VIII. p. 174. *B.*

sthen. Ep. III. p. 197. E. εἰ δὲ Mo[illegible]res, quos pop[illegible] ταῦτα μὲν σοφώτερα ἢ καθ' ἑαυτὸν [illegible]re. Vide Plutarch[illegible] δρῶσιν, αὐτὸς αὐτοὺς δῆσαι. et [illegible]eni ger. resp. p. 784. est apud Aeschin. c. Ctesiph[illegible] honores gessit, et patri[illegible]

Polyeucti. Duo h[illegible]nsibus fecit, teste Demosthene Primus est, qui oratio[illegible]satus est ξενίας, vel *peregrini*ptam, recitavit. Ph[illegible]diuturnam in Macedonia moram: ubi Menagius ma[illegible] laudatur a Dionys. Hal. Harpocrat. Contra hunc ora[illegible] v. Αἰγίναι, ubi vide L. Holstenium. Sangermanensi[illegible] Demosthenes l. c. respicit. A Deπρὸς Πολύ[illegible] omni vita dissensit; et, cum in reclarior, e[illegible] varius fuisset, tandem Macedonum Midiana[illegible] est; quod non solum ex Demosthene l. c. sed i[illegible] ex Plutarcho Demosth. p. 858. C. D. et Lucut[illegible] Demosth. Encom. p. 524. 526. intelligitur. De-Pl[illegible]mosthenem etiam pecuniae Harpalicae crimine accusavit. Vide Pseudo-Plutarch. de Vit. X. Orat. p. 846. C. et Photium Cod. CCLXV. p. 1475. Ex hac oratione fragmentum, quod servavit Rutilius I. 11. p. 40, ductum videtur: *Quid contra tot res, tamque evidentes dicere potes, Demosthenes? Cognitum enim est, rempublicam venalem habuisse, cognitum est a).* Plura acute et procaciter ab eo dicta referuntur, maxime in oratorum principem. Hunc apud Dionys. Halic. in Isaeo p. 105. Isaei artibus pastum esse dicit: huic apud Plutarchum in Demosth. p. 855. A. et Tzetzem Scholiis MSS. in Hermogenem, quae sunt in Bibl. Leidensi, exprobrat fugam e proelio ad Chaeroneam: hunc propter aquae potationem et nocturnas vigilias ridet apud Athenaeum II. p. 44. F. hujus orationes ei videntur lucernam olere, apud Aelian. V. H. VII. 7. ubi vide Interpretes: hunc denique, ut Duris testatur apud Suid. v.

---

a) Fragmenti verba ex Rutilio supplevimus. *B.*

ὸν π. infamavit tanquam talem, cui non li-
m ignem sufflare: quod alios de Demochare
demonstrabimus. Improbum se demago-
ose quidem negavit; sed, quasi hoc ad
um valeret, se, si cum ceteris dema-
tur, minimum tempus improbum fuisse.
n. V. H. XIV. 28. Duas Pytheae orationes
Harpocration, τὴν πρὸς τὴν ἔνδειξιν ἀπολογίαν,
γραφίου· τὴν κατὰ Ἀδειμάντου, v. Ὀξυθύμια; ubi
male Ἀδείμαντος vulgatur b). Tandem his omnibus
adde locum Plutarchi Phocion. p. 751. A. πρὸς δὲ Πυ-
θέαν ἀρχόμενόν ποτε πρῶτον ἐντυγχάνειν Ἀθηναίοις, ἤδη
δὲ λάλον ὄντα καὶ θρασύν, Οὐ σιωπήσεις, ἔφη, καὶ
ταῦτα νεώνητος ὢν τῷ δήμῳ;

Stratocles, orator, in populiscito apud Pseudo-Plutarchum de Vit. X. Orat. p. 852. A. quo Lycurgo summi post mortem honores decreti sunt, Euthydemi filius, Diomiensis, dicitur. Decretum factum est, rogante Stratocle, qui Lycurgum eximie coluit, eique publicae pecuniae quaesturam deferendam curavit, teste eodem Pseudo-Plutarcho l. c. p. 841. B. Quid hominem Lycurgo conjunxerit, ignoramus. Certe quidvis potius fuit, quam morum studiorumque similitudo. Nam ut aetas illa nihil Lycurgo vidit sanctius, sic Stratocle nihil improbius. Non tam bene ei convenit cum Demosthene, quem ob pecuniam ab Harpalo acceptam publice accusavit. Quod intelligimus e Dinarcho in Demosthen. p. 177. A. 175. A. et, si per librarios licuisset, etiam intelligeremus e Pseudo-Plutarcho l. c. p. 846. C. et Photio Cod. CCLXV. p. 1475. ubi nunc legitur: εἰσαχθεὶς δὲ εἰς δικαστήριον ὑπὸ Ὑπερείδου,

b) Huc usque pertinent quae de Pythea in hunc locum transtulimus ex Annot. ad Rutil. l. c. *B.*

Πυθέου, Μενεσαίχμου, Ἱμεραίου, Πατροκλέους, vel *Προκλέους*. Sed, propter disertum Dinarchi ea de re testimonium, vix dubitari potest, quin scribendum sit *Στρατοκλέους*. Eorundem nominum commutatio, nescio, an facta sit apud Suidam v. *Ἀντίπατρος. νικήσας δὲ ἤτει τοὺς δέκα ῥήτορας, οὓς ἐξέδοσαν Ἀθηναῖοι, Δημοσθένην, Ὑπερίδην, Λυκοῦργον, Πολύευκτον, Ἐφιάλτην, Θρασύβουλον, Χάρητα, Χαρίδημον, Διότιμον, Πατροκλέα, Κάσσανδρον.* Hi omnes noti sunt ex historia Attica, praeter *Patroclem* et *Cassandrum*. Laudatur quidem a Grammaticis Hyperidis oratio *adversus Patroclem*. *Procles* etiam occurrit apud Demosthen. adv. Pantaenet. p. 994. C. Sed nullum ibi indicium est, demagogum, aut oratorem fuisse. Plutarchus in Demosth. p. 856. E. hos oratores postulatos scribit: *Δημοσθένη, Πολύευκτον, Ἐφιάλτην, Λυκοῦργον, Μοιροκλέα, Δήμωνα, Καλλισθένη, Χαρίδημον*. Arrianus de Exp. Alex. I. p. 22. hos: *Δημοσθένην, Λυκοῦργον, Ὑπερείδην, Πολύευκτον, Χάρητα, Χαρίδημον, Ἐφιάλτην, Διότιμον, Μοιροκλέα*. Num ex his apud Suidam *Μοιροκλέα* reponendum pro *Πατροκλέα*? Verum Suidas alios auctores secutus est, nec ad Plutarchi et Arriani lectionem conformari debet. Praestat igitur *Στρατοκλέα* legere, quo corruptae lectionis vestigia nos ducunt. Sed quid faciendum nomini *Κάσσανδρον*? Nam *Cassander*, Antipatri filius fuit, non orator aut demagogus Atheniensis, ut nihil dicam de nominis, Macedonibus proprii, in cive Attico insolentia. Ne multa: foedissime truncatus est Suidae locus, et sic integritati restituendus: — *Διότιμον, Στρατοκλέα. οὕτως Ἀριστόβουλος ὁ Κασσανδρεύς*. Suidas testem laudat Aristobulum, clarum historiae Alexandri M. scriptorem, ex quo totum articulum descripserat. Haec conjectura, fateor enim, audacior videri possit. Sed omnem dubitationem eximit Plutarchus l. c. qui, ubi eandem rem

rasset, subjungit: *ταῦτα μὲν οὖν Ἀριστόβουλος ὁ σανδρεὺς ἱστόρηκε.* Recte Jonsius de Scriptor. Hist. l. III. 6. p. 233. et Kusterus observant, Suidam, a decem oratores postulatos dixisset, undecim recen-. Atqui huic errori medetur emendatio nostra. n Cassandro oratorum numero exemto, tot sunt ora-es, quot Suidas promisit. Redeamus ad Stratoclem. nosthenes Stratocli, aliisque, qui ipsum propter pe-iam Harpalicam reum egissent, respondit oratione *ὶ δώρων*, cujus nihil, nisi nomen, ad nos pervenit. orationibus, quae supersunt, Stratoclem semel tan-ı perstringit, adv. Pantaenet. p. 994. C. *καὶ Στρα-λεῖ τῷ πιθανωτάτῳ πάντων ἀνθρώπων, καὶ πονηροτάτῳ.* ıustum Stratoclis fragmentum laudat Agatharchides d Photium Cod. CCL. p. 1337. *Ἀροῦται καὶ σπεί-ι τὸ Θηβαίων ἄστυ, τῶν συναγωνισαμένων ὑμῖν τὸν ς Φίλιππον πόλεμον.* Quod cum totidem prope ver-in Dinarchi Orat. adv. Demosth. p. 175. D. repe-ur, praestantissimus Wesselingius ad Diodor. Sic. I. p. 585. suspicatur, vel Dinarchum illud a Stra-e sumsisse, vel orationem, quae Dinarchi dicitur, ıtoclis esse. Altera conjectura probabilis, altera nihil et simile veri. Neque enim oratio, in qua, ut modo imus, ipse Stratocles laudetur, referri ad auctorem ıtoclem potest Cicero Bruto 11. *Stratoclem, ut mistoclis mortem rhetorice et tragice ornare set, finxisse* scribit, *illum, cum taurum immola-et, excepisse sanguinem patera, et eo poto, mor-m concidisse.* ubi Stratocles historicus, an orator lligatur, dubitat amicissimus Ernestus Ind. Histor. r. Sed cum nullus historicus hoc nomine fuerit, orem intelligi, certum est. Procax et scurrile Stra-is ingenium cognoscere licet ex eo, quod referunt tarchus Polit. praecept. p. 799. F. Demetr. p. 894.

A. et Libanius Ep. 1569. Cum Athenienses ingentem cladem accepissent, ille cladis nuncium praevertens, populum jussit Diis ob rem bene gestam gratias agere, et se laetitiae dare. Mox cum alia omnia nunciarentur, et populus indignatione accensus in ipsum inveheretur, impudenter quaesivit: *τί ἠδίκηται, τρεῖς ἡμέρας δι' αὐτὸν ἡδέως γεγονώς;* De turpi ejus adversus Antigonum et Demetrium adulatione idem Plutarchus Demetr. p. 895. E. 900. A. E. ubi illum ex virtutibus suis ornat: *ἦν δὲ καὶ τἄλλα παράτολμος ὁ Στρατοκλῆς, καὶ βεβιωκὼς ἀσελγῶς, καὶ τῇ τοῦ παλαιοῦ Κλέωνος ἀπομιμεῖσθαι δοκῶν βωμολοχίᾳ καὶ βδελυρίᾳ τὴν πρὸς τὸν δῆμον εὐχέρειαν. ἔσχε δὲ τὴν ἑταίραν Φυλάκιον.* Aliam Stratoclis meretricem memorat Athenaeus loco corrupto XII. p. 596. F. ad quarum alterutram pertinet versus Philippidis apud Plutarch. Amator. p. 750. F. *Ἀποστρεφομένης τὴν κορυφὴν φιλεῖς μόλις.* Alii versus, quibus idem Comicus Stratoclem exagitarit, sunt apud Plutarch. Demetr. p. 894. C. 900. F. *c)*. — Hic addimus, *Patroclis* nomen in Pseudo-Plutarcho et Suida, cui *Stratoclis* substituimus, retinendum videri. Nam Patrocles, Phlyensis, demagogus, occurrit apud Demosthen. de Cor. p. 509. Nec dubium est, quin adversus illum orationem scripserit Hyperides. Vide Meursium Att. Lect. I. 18.

Cephisodorus, Isocratis discipulus, inter Oratores refertur a Dionysio Halic. Ep. ad Amm. p. 120. quem etiam vide in Isaeo p. 111. Nullam ejus orationem commemoratam invenimus. Sed tanto frequentius laudatur *Apologia Isocratis adversus Aristotelem*, de qua vide Jonsium de Scriptor. H. Ph. I. 13. p. 96.

---

c) Hactenus de Stratocle disputata ad Rutil. I. 9. p. 32 — 34. quum jam essent typis descripta, postea partim correxit V. Cl. in Hist. Crit. Or. unde desumta sunt, quae sequuntur. *B.*

Ad hunc Cephisodorum retulerim *Historiam belli sacri*, sive *Phocici*, cujus duodecimum librum laudat Anonymus interpres, quem Aspasium puto, ad Aristotelis Nicomach. III. p. 46. b. Nam plerique Isocratis discipuli se ad historiam scribendam contulerunt.

Philiscus, Milesius, Isocratis discipulus. Suid. in v. Hunc Dionysius eodem loco inter Oratores recenset. Itaque *δημηγορίαι*, quas Suidas Philisto Syracusio tribuit, huic tribuendae videntur. Lycurgi vitam ab eo scriptam laudat Olympiodorus Commentario MS. in Platonis Gorgiam. Vide Taylorum praef. ad Demosth. et Lycurgi Oratt. p. 2. Ejusdem Epigramma in Lysiam conservavit Pseudo-Plutarchus p. 836. cujus tenebras dispellere conati sunt viri praestantissimi, Jer. Marklandus apud Taylor. in Vita Lys. p. 60. et J. Toupius Emendat. in Suidam T. II. p. 194. Inter Philisci dicipulos fuit Timaeus, historiae scriptor. Vid. Suid. v. *Τίμαιος*.

Theodectes, Phaselites, Platonis, Isocratis et Aristotelis discipulus, item a Dionysio l. c. inter Oratores refertur. Stephanus etiam Byz. v. *Φασηλίς* ei tribuit *λόγους ῥητορικοὺς ἐπῶν*. ubi in corrupto *ἐπῶν* orationum numerus latet. Ejus *Apologiam Socratis* laudat Aristoteles Rhet. II. p. 490. 495. aliam orationem, quae *Νόμος* inscripta est, ibid. p. 994. Quali usus sit dicendi genere, docet Dionysius in Isaeo p. 111. Reliqua, quae de Theodecte dici possent, non sunt hujus loci.

Naucrates, vel nausicrates, (non *Naucratites*) Erythraeus, Isocratis discipulus. Cicero de Orat. II. 23. III. 44. Orat. 51. Quinctilian. III. 6. p. 129. et Suid. v. *Θεοδέκτης*, et v. *Ἰσοκράτης*. Excitatus exemplo magistri, qui Evagoram mortuum laudarat, orationes funebres scripsit. Dionys. Halic. in Arte p. 89. Talem

orationem Cimonis memoriae ab illo consecratam esse, videor mihi colligere e Plutarchi Cimone p. 491. C. Sed frustra quidam in Diogene Laërt. II. 55. legunt: *καὶ Ναυκράτη Γρύλλου ἐγκώμιον γεγραφέναι.* Nam *Σωκράτη* tenendum esse, contextus satis ostendit. De Naucratis in dicendo facultate judicat Dionysius Halic. in Isaeo p. 111. Plura Taylorus Lect. Lysiac. c. III. Apud Suidam reperio, Philistum Naucratitam, vel Syracusium, scripsisse *πρὸς τὸν Τρικάρανον λόγον* d) *περὶ Ναυκράτεως.* quem locum cave de Naucrate, oratore, accipias. Nam scribendum, *περὶ Ναυκράτιος, de Naucrate, urbe Aegypti.*

Isocrates, Apolloniates, Amyclae filius, Isocratis Atheniensis discipulus et successor, et quinque orationum auctor. Suid. in v. Huic Harpocration v. *Ἐπακτὸς ὅρκος* tribuit *Παραίνεσιν πρὸς Δημόνικον*, quae vulgo Isocratis Atheniensis putatur. In quo Harpocration consentit cum Suida. Nam Apolloniatae *προτρεπτικὸς λόγος*, quem ille vocat, non alius est, nisi *Παραίνεσις.* Suidae testimonium effugit M. A. Muretum et H. Stephanum, qui de hujus libelli auctore multis disputarunt, non item elegantissimum virum, Jacobum Facciolatum in praefat. Paraenesis a se editae. Eundem Apolloniatem Isocratem, Suidas v. *Θεοδέκτης* et v. *Ἰσοκράτης* narrat, cum Theopompo, Theodecte, et Naucrate interfuisse certamini de laudibus Mausoli dicendis. At Pseudo-Plutarchus p. 838. B. majorem Isocratem Mausoli laudes cum illis decertasse scribit. Gellius etiam X. 18. esse dicit, *qui Isocratem ipsum cum iis*, quos diximus, *certavisse memoriae mandaverint.* Sed omnem controversiam dirimit Theopompus, qui apud

---

d) „Lege, *πρὸς τὸν Χάρωνα λόγον.* Vid. Suid. v. *Χάρων*, ubi recte *περὶ Ναυκράτεως.*" TOUR. *B.*

Porphyrium, cujus locum retulit Euseb. P. E. X. 3. p. 464. gloriatur, magistrum Isocratem a se victum esse. Quis, qui Historicorum fidem recte aestimare didicit, non potius credat Theopompo, hujus ipsius certaminis actori, quam centum Suidis, incertam famam secutis? Tamen Taylorus Lect. Lysiac. c. III. in alia omnia discedit, et Pseudo-Plutarcho, rem recte narranti, insultat. Tantam caliginem cupiditas doctis etiam hominibus offundere solet. In Apolloniatem Isocratem acerbe et contumeliose invehitur Auctor Socratic. Epist. XXVIII. p. 65. *τὸν δὲ Ποντικὸν μαθητὴν ἀπέδειξε τῆς αὐτοῦ σοφίας διάδοχον. οὗ σὺ πολλοὺς τεθεαμένος σοφιστὰς βδελυρώτερον οὐχ ἑώρακας.* et mox p. 67. *μὴ θαυμάζειν δὲ, εἰ καὶ πως ἀναγνοὺς ὁ Ποντικὸς μωλύτερον καὶ φαυλότερον ποιεῖ φαίνεσθαι τὸν λόγον.* Sic ille locus scribendus, in quo, quid *μωλύτερον* esset, non intellexit Allatius. Lex. Rhetor. MS. *Μωλύτερον. τὸ ἀμβλύτερον, καὶ ἀνοηθέστερον e), καὶ ἄνθος οὐκ ἔχον.* ubi pro *ἀνοηθέστερον* lege *ἀνανθέστερον*, et ad eandem normam corrige Photium Lex. MS. et Etymologum M. Illam vero inter Socraticas epistolam Cl. Valckenarius suspicatur a Speusippo scriptam, factamque ab Isocrate, qui illum ipsum locum attigit Orat. ad Philipp. p. 87. D.

Anaximenes, Aristoclis F. Lampsacenus, discipulus Zoili et Diogenis Cynici, notior ut historicus, et dicendi magister, quam ut orator. Vide Meursium ad Chalcid. p. 419. et Vossium de Hist. Gr. I. 10. Attigit tamen genus deliberativum et judiciale. Dionys. Halic. in Isaeo p. 111. ejusque ingenio formata est oratio, quam Euthias *adversus Phrynem* habuit, ut ex Diodoro Perie-

---

e) Corrigit Toupius *νωθέστερον*, laudatis A. Gronov. in Aelian. V. H. p. 348. Schol. ad Nicandr. Ther. 32. et Suid. v. *βραδύς*. item Phot. in v. *B.*

gète narrat Athenaeus XIII. p. 591. E. ex Hermippo Harpocrat. v. *Εὐθίας*, ubi vide Maussacum. Diodorus id sine dubio tradiderat in libris *περὶ μνημάτων*, quos laudat Plutarchus Theseo p. 17. D. Themistocl. p. 128. D. Cimon. p. 488. C. Obiter monemus, *Διόδωρος* legendum esse in Pseudo-Plutarchi Hyperide p. 849. C. ubi nunc editur: *Ἡλιόδωρος ἐν τῷ τρίτῳ περὶ μνημάτων.* Vide Meursium ad Chalcid. p. 414.

Crates, Trallianus, Isocratis discipulus. Diogen. Laërt. IV. 23. Huic tribuerim *λόγους δημηγορικοὺς καὶ πρεσβευτικοὺς*, quos Apollodorus apud Diogen. ibid. refert ad Cratetem, Atheniensem, philosophum Academicum. Frustra Menagius Cratetis mentionem sibi reperisse visus est in Lucian. Rhet. praec. p. 9. Nam ibi non Crates memoratur, sed Critias, statuarius, ut bene vidit Solanus.

Theopompus, Damasistrati F. Chius, Isocratis discipulus. De hoc Cicero de Orat. II. 13. *Postea vero, quasi ex clarissima rhetoris officina, duo praestantes ingenio, Theopompus et Ephorus, ab Isocrate magistro impulsi, se ad historiam contulerunt, caussas omnino nunquam attigerunt.* ubi vereor, ne sciolus aliquis inculcarit verba, *quasi ex clarissima rhetoris officina*, ex Brut. 8. et Orat. 13. *Caussas* Cicero intelligit *forenses*, ut contextus docet. Nam Dionysius Hal. Ep. ad Pompej. p. 131. auctor est, Theopompum multas demonstrativi et suasorii generis orationes scripsisse. Immo Quinctilianus X. 1. p. 500. tradit, eum, *antequam ad historiam sollicitatus esset, diu oratorem fuisse*, atque eo *in historia similiorem esse oratori.* Ad suasorii generis orationes pertinent *αἱ πρὸς Ἀλέξανδρον συμβουλαί*, laudatae Ciceroni ad Attic. XII. 40. et Athenaeo VI. p. 230. F. *Ἐπιστολὴν πρὸς Ἀλέξανδρον* eas vocat Athenaeus XIII. p. 595. A. quod

aliquam epistolae formam haberent. Illa ipsa epistola referenda videtur inter ἐπιστολὰς τὰς ἀρχαϊκὰς γραφομένας, quas commemorat Dionysius l. c. ubi Fr. Sylburgius minus bene legit: ἐπιστολὰς τὰς ἀρχαϊκὰς· vel Ἀχαϊκὰς ἐπιγραφομένας. verissime Valckenarius: ἐπ. τὰς ἀρχαϊκῶς γραφομένας. At cave τὸν περὶ εὐσεβείας, quem laudat Scholiast. Aristophan. ad Av. 1354. vel orationem Theopompi putes, vel librum, ut Meursius ad Apollon. Dysc. Histor. Mirab. p. 99. et Vossius de Hist. Gr. I. 7. Scholiastae locus hic est: Κύρβεις — ἀπὸ τῶν Κορυβάντων. ἐκείνων γὰρ εὕρημα, ὥς φησι Θεόπομπος ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας. Quem locum ad verbum descripsit Tzetzes Chil. XII. 406. Verum nemo dubitet, quin Scholiastes scripserit: ὥς φησιν Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας. Inter Theophrasteos hic liber recensetur a Diogene Laërt. V. 50. Emendationem vero plane confirmant Porphyrius et Photius, illa ipsa verba, quibus Κύρβεις a Corybantibus nomen invenisse dicuntur, ex Theophrasto afferentes. Alter de Abst. Anim. II. 21. Μαρτυρεῖται δὲ ταῦτα οὐ μόνον ὑπὸ τῶν κύρβεων, αἱ τῶν Κρήτηθεν εἰσὶ Κορυβαντικῶν ἱερῶν οἷον ἀντίγραφα τινὰ πρὸς ἀλήθειαν. Sic ille locus scribendus. Alter Lex. MS. Κύρβεις. — Θεόφραστος δὲ, ἀπὸ τῶν Κρητικῶν Κορυβάντων· τῶν γὰρ Κορυβαντικῶν ἱερῶν οἷον ἀντίγραφα αὐτοὺς εἶναι. Ex eodem Theophrasti libro ductum est, quod Porphyrius habet II. 16. ubi parem librariorum errorem deprehendimus. Nam pro Θεόπομπος ἱστόρηκεν legendum Θεόφραστος ἱστόρηκεν. De Theopompo hoc etiam narrat Suidas: γεγονὼς — ὅτε καὶ Ἔφορος, Ἰσοκράτους ἀκουστής. ἅμα Ἐφόρῳ ἔγραψεν ἐπιτομὴν τῶν Ἡροδότου ἱστοριῶν ἐν βιβλίοις β'. Non injuria Vossio l. c. mirum videbatur, duos summos viros tantillae rei simul operam dedisse. Sed prava interpunctio, quae etiam in Kusteriana editione servata

est, virum egregium fefellit. Recte Meursius l. c. interpungendum vidit: γεγονὼς — ὅτε καὶ Ἔφορος, Ἰσοκράτους ἀκουστὴς ἅμα Ἐφόρῳ. ἔγραψεν etc. Theopompi *Epitomen Herodoti*, praeter Photium Lex. MS. et Suidam v. Σπουδάζω, laudat Grammaticus Sangermanensis MS. Ἀναβῆναι τὸν ἵππον, ἀντὶ τοῦ, ἐπιβῆναι. Θεόπομπος ἐν ἐπιτόμῳ τῶν Ἡροδότου. ubi Herodoti verba a Theopompo servata ostendit Piersonus ad Moerid. Attic. p. 4. Idem Grammaticus: Κακόβιος. Θεόπομπος ἐν τῇ ἐπιτομῇ Ἡροδότου. et: Φυγαδεῦσαι. τὸ φυγάδα ἐλάσαι. Θεόπομπος ἐπιτόμῳ τῶν Ἡροδότου. Quae loca huc retulimus, ut doceremus, Vossium, qui hanc Epitomen juniori cuidam Theopompo tribuit, conjectura aberrare. Nam Grammaticus ille non nisi vetustissimos, et classicos, quos vocamus, scriptores laudat, ut eorum auctoritate vindicet voces et loquendi formulas, quas Atticistae temere damnassent.

Glaucippus, Hyperidis filius, patris exemplo eloquentiae studium secutus est, et orationes scripsit. Pseudo-Plutarch. p. 848. D. et Photius p. 1480. Ejus orationem *contra Phocionem* laudat Plutarchus Phoc. p. 743. C.

Agnon, vel agnonides. Hic cum Theophrastum impietatis reum agere esset ausus, parum abfuit, quin ipse hoc crimine conflagraret. Diogen. Laërt. V. 37. Athenis pulsus a Macedonibus, post ab Antipatro, Phocionis precibus, reditum impetravit. Plutarch. Phoc. p. 754. F. Mox adversae Phocioni factionis dux et caput, a quo beneficium acceperat, ut Piraeei proditorem, condemnavit. Nepos Phoc. 3. et Plutarch. l. c. p. 756. F. 757. A. 758. A. Sed cum Athenienses sera Phocionis damnati poenitentia subiisset, ejus supplicio Phocionis manibus parentarunt. Plutarch. l. c. p. 759. B. Scripsit Agnonides *Rhetorices accusationem*. Quincti-

lian. II. 17. p. 105. *Agnon quidem detraxit sibi inscriptione ipsa fidem, qua Rhetorices accusationem professus est.* ubi frustra laborat P. Burmannus, non animadvertens, *Agnonem* dici, qui alibi *Agnonides* dicatur. In Nepote l. c. multi Codices *Agnone* habent pro *Agnonide;* quod non de nihilo esse, bene judicat Vir summus, T. Hemsterhusius ad Lucian. Timon. p. 157. qui plura exempla, in quibus nominum formae primitivae et patronymicae commutentur, dedit ad Aristophan. Plut. p. 325. Statim de Oratore dicemus, qui modo *Democles*, modo *Democlides* vocatur.

Callicrates. Dionysius Halic. in Dinarch. p. 118. fatetur, se nihil hujus oratoris vidisse, sed in Tabulis Pergamenis ei tribui Dinarchi orationem *contra Demosthenem.* Quod non intelligendum de oratione, quae nunc superest, sed de alia, quae periit. Nos quoque nullam hujus Oratoris mentionem invenimus.

Hactenus eloquentiam vidimus summo fastigio stantem. Nunc, quomodo sensim inclinarit, sequitur, ut dicamus. Cicero de Orat. II. 23. *Posteaquam, exstinctis his, omnis eorum memoria sensim obscurata est et evanuit, alia quaedam dicendi molliora ac remissiora genera viguerunt: inde Demochares, quem ajunt sororis filium fuisse Demosthenis; tum Phalereus ille Demetrius, omnium istorum, mea sententia, politissimus, aliique eorum similes extiterunt.*

De demochare *f*), quamquam in ejus historia illustranda versati sunt primarii viri, P. Leopardus Emend. VII. 25. G. J. Vossius de Histor. Gr. I. 11. J. Jonsius de Script. Hist. Phil. I. 17. et H. Valesius ad Excerpt. Polyb. p. 10. et in Not. Maussac. ad Har-

f) Quae hic de Demochare disputantur, supplevimus ex Annot. ad Rutil. Lupum p. 7 — 9. *B.*

pocrat. p. 295. quibus adde Corsinum Fast. Att. T. II. p. 96. tamen nos haud poenitet idem argumentum denuo tractare. Demochares, Leuconoënsis, orator et historicus insignis, patrem habuit Lachetem, matrem, Demosthenis sororem, avum Democharem, qui Demosthenis materteram in matrimonium duxerat. Vide Demosthen. adv. Aphob. I. p. 897. B. et II. p. 905. E. Suid. v. *Δημοχάρης*, et v. *Γύλων*. Summi, quos in patria gessit, honores referuntur in Decreto Atheniensium apud Pseudo-Plutarch. de Vit. X. Orat. p. 851. Labem, quam ejus vitae adsperserat Timaeus, gravi defensione eluit Polybius Excerpt. p. 53. De ejus oratoria facultate ita judicat Cicero de Orat. II. 23. *alia quaedam dicendi molliora ac remissiora genera viguerunt. Inde Demochares, quem ajunt sororis filium fuisse Demostheni.* Nobilis est ejus Apologia pro Sophocle, qui decreto suo philosophos Attica exegerat, quam laudant Aristocles apud Euseb. P. E. XV. 2. p. 791. et Athenaeus, non consultus a Fr. Vigero ad Eusebium, V. p. 187. D. 215. C. XI. p. 508. F. 509. A. XIII. p. 610. F. Secundo Athenaei loco sic editur: *περὶ ὧν Δημοχάρης ἢ Κράτης ἔλεγεν, ὥσπερ ἐκ θύμβρας κ. τ. λ.* Sed tollendum *ἢ Κράτης*, quod est librarii dubitantis, *Δημοχάρης*, an *Δημοκράτης* scribendum esset. De Democharis *Historia* ita Cicero Brut. 83. *Demochares autem, qui fuit Demostheni sororis filius, et orationes scripsit aliquot; et earum rerum historiam, quae erant Athenis ipsius aetate gestae, non tam historico, quam oratorio genere perscripsit.* Quod verissimum esse judicium, nemo, qui, quae ex illa habent Polyb. l. c. et Athenaeus VI. p. 252. F. legerit, dubitabit. Lucianus etiam in Macrob. p. 214. ejus historiam laudat. Nec aliunde, quam ex historia, hausta videntur, quae ex Demochare tradit Plutarch.

Demosth. p. 860. B. *g*). Praeter *Orationes* et *Historiam* Demochares etiam scripsit *Dialogos*. Harpocration: Ἴσχανδρος· — δοκεῖ δ' αὐτῷ (Ἰσχάνδρῳ) συνυποκρινόμενος Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ ἐν Κολυττῷ καταπεσεῖν, καθά φησι Δημοχάρης ἐν τοῖς Διαλόγοις. Quanquam hunc locum in corruptelae suspicionem adducit Pseudo-Plutarch. de Vit. X. Orat. p. 840. D. tragicam Aeschinis vocem confirmans, non ex *Democharis dialogo*, sed ἐκ τοῦ Δημοχάρους λόγου. Quemadmodum Demochares post mortem a Timaeo, sic vivus vehementer vexatus est ab Archedico Comico, qui illum negabat, propter vitae obscoenitatem atque oris spurcitiem, ἄξιον εἶναι τὸ ἱερὸν πῦρ φυσᾶν. Sic e Timaeo narrat Polybius l. c. Verum idem Timaeus apud Suid. v. Ὦι τὸ ἱερὸν πῦρ. non Archedicum, sed Democlidem, hujus convicii auctorem vocat: Τίμαιος ἐν λή. Ἱστοριῶν, ὡς οἱ περὶ Δημοκλείδην κατὰ Δημοχάρους εἶπον, ὅτι μόνῳ αὐτῷ πάντων Ἀθηναίων οὐκ ἔξεστι τὸ ἱερὸν πῦρ φυσῆσαι. Quem Democlidem Comicum esse credunt Leopard. l. c. Kusterus ad Suid. v. Δημοχάρης. Neque ab hac opinione alienus est Valesius ad Harpocrat. l. c. sed, cum nullus Comicus eo nomine commemoretur, Δημοκλείδην mutat in Τιμοκλείδην, patronymico posito pro Τιμοκλῆς. Enimvero nec Comicus intelligendus, nec hominis nomen mutandum. Nam *Democlides* est orator Atticus, Democharis aequalis, cujus mentionem facit Dionys. Halic. in Dinarch. p. 117. Sed ut loca inter se pugnantia concilientur, statuendum, a Timaeo duplicem proditum esse hujus convicii auctorem, Archedicum Comicum, et Democlidem Oratorem; Polybium vero et Suidam

---

g) Ubi pro vulgato Δημόχαρις legendum esse Δημοχάρης, et alii viderunt, et Cl. Wyttenb. monuit ad h. l. in Sel. Princ. Hist. Gr. Annot. p. 428. *B.*

satis habuisse, alterutrum e Timaeo commemorare. Ad Democharem nostrum etiam refertur, quod narrat Seneca de Ira III. 23. *Demochares ad Philippum, Parrhesiastes ob nimiam et procacem linguam appellatus, inter alios Atheniensium legatos venerat: audita benigne legatione, Philippus, Dicite, inquit, mihi, facere quid possum, quod sit Atheniensibus gratum? Excepit Demochares: Te, inquit, suspendere.* Nec dubitari potest, hunc ipsum Democharem intelligendum esse, qui ex linguae libertate, cujus etiam exempla sunt apud Aelian. V. H. III. 7. VIII. 12. non modo cognomen *Parrhesiastae*, sed etiam exilium invenit. Vide Plutarch. Demetr. p. 900. A. Verum, quod Demochares ad Philippum legatus profectus esse dicitur, temporis rationes satis refellunt. Nimirum Senecae, quod aliis locis bene multis, id hic quoque accidit, ut per memoriae lapsum Philippum diceret pro Antipatro. Res clara e Polybio l. c. *καθ' οὗ (Ἀντιπάτρου) πεπαῤῥησίασται πολλὰ καὶ δυνάμενα λυπεῖν.* Omnem denique dubitationem tollit Decretum Atheniensium supra laudatum, in quo cum omnes Democharis honores recenseantur, nulla legationis ad Philippum, contra diserta legationis ad Antipatrum fit mentio. In tota Democharis vita nihil magis eminet atque exstat, quam, quod ab avunculo Demosthene imbiberat, democratiae studium, tyrannidisque odium. Itaque a vero abhorrere videtur, quod Diogen. Laërt. VII. 14. tradit, Democharem gratiam, qua apud Antigonum Gonatam floreret, Zenoni philosopho venditasse. Superest, ut duplicem Fabricii in uno homine errorem castigemus. Nam Democharem, quem alibi recte inter oratores retulerat, Bibl. Gr. Vol. II. p. 57. inter philosophos Platonicos, et p. 402. inter philosophos Stoicos recenset, ductus levi vel nullo potius argumento, quod Demochares a Diog. Laërt. IV.

1. cum Arcesila, VII. 14. cum Zenone dicitur aliquem sum habuisse.

De DEMETRIO PHALEREO *h)* luculentus etiam locus st Ciceronis Brut. 9. *Phalereus successit eis senibus dolescens, eruditissimus ille quidem horum omnium, ed non tam armis institutus, quam palaestra. Itaue delectabat magis Athenienses, quam inflammaat. Processerat enim in solem, et pulverem, non e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti, octissimi hominis, umbraculis. Hic primus inflexit ationem, et eam mollem teneramque reddidit, et avis, sicut fuit, videri maluit, quam gravis: sed avitate ea, qua perfunderet animos,* (ὅπου χρὴ ταντλῆσαι, Longin.) *non qua perfringeret: et tantum memoriam concinnitatis suae, non, quemadmodum Pericle scripsit Eupolis, cum delectatione aculeos iam relinqueret in animis eorum, a quibus esset ditus.* Hunc primum inclinasse eloquentiam, etiam uinctilianus dicit, X. 1. p. 501. Ejus historiam enarrunt Diogenes Laërt. V. 75. seqq. et Jac. Perizonius Aelian. V. H. III. 17.

Reliqui hujus aetatis Oratores hi sunt:

DEMOCLES, Theophrasti discipulus. Is Lycurgi eros a Moeroclis et Menesaechmi calumniis defendit. eudo-Plutarch. in Lycurgo p. 842. D. Acerbo madicto insectatus est Democharem. Timaeus apud id. v. *Ωΐ τὸ ἱερὸν πῦρ.* Vide quae modo diximus. am orationis cujusdam, quae Dinarcho tribuetur, auctorem putat Dionysius Halic. in Dinarch. 117. *Democlides* patronymica forma vocatur ab

h) Phalereusne an *Phalerius* scribendum sit, disputatur ad Rutil. Lupum p. 128. De syllabarum numero et quantitate monuit Heusinger Obss. Antibarb. p. 372. *B.*

eodem Dionysio, et Timaeo l. c, Nec dubitem, quin Archon Eponymus fuerit Olymp. CVI. 1. Corsinus vero Fast. Att. T. IV. p. 59. Democlidem Sphettium dicens, manifesto errore illum confundit cum Dromoclide, Sphettio, ejusdem temporis oratore, cujus mentio fit a Plutarcho Demetr. p. 894. D. 905. B. Polit. praec. p. 798. E.

Charisius *i*). De eo Cicero Brut. 83. *Et quidem duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se, sed Attici tamen: quorum Charisius multarum orationum, quas scribebat aliis, cum cupere videretur imitari Lysiam. Demochares* etc. et mox: *At Charisii vult Hegesias esse similis.* Quinctilian. X. 1. p. 499. *Nec nihil profecto viderunt, qui orationes, quae Charisii nomine eduntur, a Menandro scriptas putent.* Quae veterum opinio, sive vera, sive falsa, multum valet ad Charisii orationes commendandas. Charisium non aliunde, quam ex Rutilio, cognitum habebat Barthius Advers. XXXIV. 19. quem, allatis Ciceronis et Quinctiliani locis, acerbe reprehendit Th. Reinesius Var. Lect. III. 14. Adde Daumium Ep. ad Reines. p. 60. Reines. ad Daum. p. 68. Daum. ad Reines. p. 76. Erunt fortasse, qui ejus nomen restituendum putent in Grammatico veteri Bibl. Coisl. p. 489. *Ὀργεῶνες εἰσὶν οἱ κοινωνοῦντες ἀλλήλοις θεῶν ἢ ἡρώων ἐν ἱεροῖς, καὶ κοινῇ θυηπολοῦντες, ὡς Χάρις λέγει ἐν τῷ κατὰ Διονυσίου. καὶ πάλιν ὀργεῶνες τινὲς, ἐν ἀπολογίᾳ ὕβρεως σαφὲς ποιεῖ.* Sed Grammatici veteres non nisi decem Oratorum Atticorum auctoritate uti solent, certe nusquam Charisii. Cl. Albertus ad Hesychium v. *Ὀργεῶνες* emendat *Χάρης*, intelligens Charetem, quem Suidas v. *Ἀντίπατρος*, ut sibi

i) Partim supplevimus ex Anpot. ad Rutil. Lupum I. 10. p. 37. *B.*

cum aliis Oratoribus dederetur, ut Antipatro postulatum scribit. Sed Chares imperator fuit, non Orator: de eoque Suidam accipiendum esse, planum est ex Arriano de Exp. Alex. M. I. p. 22. Huc accedit, quod Justinus XI. 4. narrat, non oratores tantum postulatos esse, sed etiam duces. Equidem non temere suspicor, nomen *Χάρις* ex *Δείναρχος* truncatum esse, cujus orationes *κατὰ Διονυσίου*, et *ἀπολογία ὕβρεως* laudantur a Dionysio Halic. in Dinarcho p. 116. 118.

Hegesias *k)*, Magnes, orator ex eorum numero, qui Asiani vocantur, primus Asiaticum dicendi genus invexit, Atticaeque eloquentiae integritatem corrupit. Vide Ciceron. Orat. 67. 69. Strabon. XIV. p. 959. Longin. *Π. Υ. §.* 3. et ibi Langbaenium. Ut verbis et sententiis ineptus fuit, sic maxime orationis structura, quam, praeter Ciceronem l. c. vehementer exagitant Dionysius Halic. de Compos. p. 5. 18. et Theon Progymn. cap. 2. p. 25. In orationibus, quarum etiam fragmentum est apud Strabon. IX. p. 607. imitari voluit Charisium, Menandri aequalem: ex quo, quando vixerit, intelligi potest. Cicero Brut. 83. *Charisii vult Hegesias esse similis, isque se ita putat Atticum, ut veros illos prae se paene agrestes putet.* Unus ex omni antiquitate Varro, teste Cicerone ad Att. XII. 6. fractum ejus dicendi genus probavit. Quanquam etiam Gorgias, cujus librum Rutilius vertit, de ejus eloquentia bene sensisse videtur. Nisi forte existimamus, eum figurarum exempla, quae aliunde sumere poterat, ab oratore, quem contemneret, sumsisse. Sed cave cum Graevio inter Hegesiae laudatores referas Lucianum

---

k) De Hegesia, et qui sequuntur, Cleochare et Isidoro, singula suo loco repetita sunt ex Annot. ad Rutil. Lup. I. 5. p. 25—27. I. 2. p. 5. II. 16. p. 128. *B.*

Rhetor. praec. p. 9. Nam ibi commemoratur Hegesias, vel Hegias, sculptor Atheniensis, ut bene vidit Solanus. Praeter *orationes* Hegesias scripsit *Alexandri M. Historiam:* in qua acerbe reprehendenda multi sunt Dionys. Halic. de Compos. p. 18. et Agatharchides, vel potius Rhetor quidam, apud Photium Cod. CCL. p. 1335. *Miraculorum fabularumque plenos libros* vocat Gellius IX. 4. Ex historia etiam petitum est dictum, quod habent Cicero de N. D. II. 27. et Plutarchus Alexandr. p. 665. F. hic vituperans, ille per memoriae lapsum Timaeo tribuens, et, ut concinnum, laudans. Ciceronis verba haec sunt: *Concinneque, ut multa, Timaeus: qui cum in historia dixisset, qua nocte natus Alexander esset, eadem Dianae Ephesiae templum deflagravisse; adjunxit, minime id esse mirandum, quod Diana, cum in partu Olympiadis adesse voluisset, abfuisset domo.* Plutarchus ita: καθ' ἣν ἡμέραν ὁ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἐνεπρήσθη νεώς· ᾧ Ἡγησίας ὁ Μάγνης ἐπιπεφώνηκε, ἐπιφώνημα κατασβέσαι τὴν πυρκαΐαν ἐκείνην ὑπὸ ψυχρίας δυνάμενον· εἰκότως γὰρ ἔφη καταφλεχθῆναι τὸν νεὼν, τῆς Ἀρτέμιδος ἀσχολουμένης περὶ τὴν Ἀλεξάνδρου μαίωσιν. Horum judiciorum tam discrepantium utrum probandum censes, Ciceronisne, an Plutarchi? Davisius ad Cicer. l. c. et viri eruditi, quos laudat, item Zach. Pearcius ad Longin. l. c. Plutarchi sententiam amplectuntur. Ego vero non dubitem Ciceronem sequi, inprimis intelligentem talium dictorum existimatorem. Nam dictum, si per se spectetur, lepidum et facetum est, placuissetque Plutarcho, si in familiari sermone audisset, vel in ludicro [illegible] legisset. Itaque hactenus reprehendendus erat [illegible]sias, quod bonum dictum inepte prodiderit in ar[illegible]nto gravi, quale est historiae a quo abesse debent [illegible]modi sales et lepores. Sic etiam judicat Solanus ad

Plutarch. l. c. Hoc dictum Plutarcho propter turpem, quam habeat, assentationem displicuisse, credunt Victorius Var. Lect. XVI. 15. et Vossius de Hist. Gr. I. 12. in quo illos falli puto. Nam etsi ab adulatoris ingenio fluxerit, tamen propter frigus notari, certum est. Sed jure Plutarchus ipse a Pearcio ridetur, qui, Hegesiae frigus reprehendens, dictum subjecerit Gallica hieme frigidius. Hegesiae nomen eximendum est Pseudo-Plutarcho de Vit. X. Orat. p. 844. B. *ὡς δὲ Ἡγησίας ὁ Μάγνης φησὶν, ἐδείθη τοῦ παιδαγωγοῦ, ἵνα Καλλιστράτου ἀκούσῃ.* Scripsit, vel certe scribere voluit: *ὡς δὲ Δημήτριος ὁ Μάγνης φησὶν.* Nam Demetrium Magnetem in libris *περὶ ὁμωνύμων*, de quibus vide Vossium de Hist. Gr. I. 23. Jonsium de Script. Hist. Phil. II. 17. p. 207. et Menag. ad Diog. Laërt. I. 38. de Demosthene scripsisse, intelligitur ex Plutarcho in Demosth. p. 853. A. et alibi, Photio Cod. CCLXV. p. 1478. et ipso Pseudo-Plutarcho l. c. p. 846. F. Ceterum Hegesiam Magnetem cum Hegesia, philosopho Cyrenaico, temere confundunt P. Burmannus ad Quinctilian. XII. 10. p. 1085. et J. Boherius ad Ciceron. Tusc. Disp. I. 34. quamvis Vossius l. c. ne confunderentur, multo ante monuisset.

Cleochares, Myrleanus, ex eodem numero Oratorum Asiaticorum, aequalis fuit Democharis oratoris, de quo supra diximus, et Arcesilae philosophi. Ejus nomen quoties occurrit, toties fere labem contraxit. Strabo XII. p. 850. *Ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι κατὰ παιδείαν γεγόνασιν ἐν τῇ Βιθυνίᾳ, Ξενοκράτης τε ὁ φιλόσοφος, — Κλεοφάνης τε ῥήτωρ ὁ Μυρλεανός.* Myrleanus Cleophanes, qui Orator fuerit, nusquam commemoratur. Repone, *Κλεοχάρης.* Diogen. Laërt. IV. 41. *Καὶ γὰρ (ὁ Ἀρκεσίλαος) — ἐπὶ πλέον ἐρασθῆναι λέγεται καὶ Κλεοχάρους τοῦ Μυρλεανοῦ. ἐφ' ᾧ καὶ πρὸς τοὺς κωμάσαντας*

εἰπεῖν, αὐτὸν μὲν θέλειν ἀνοῖξαι, ἐκεῖνον δὲ διακωλύειν ubi vulgo legitur *Λέωχάρους*. Sed *Κλεοχάρους* emendandum esse, me admonuit Valckenarius V. Cl. quo dudum amico, nunc etiam collega glorior. Mox idem Diogenes: *τούτου δὲ (Κλεοχάρους) ἥρων καὶ Δημοχάρης ὁ Λάσχητος, καὶ Πυθοκλῆς ὁ τοῦ Βουγέλου.* Praeter *Orationes*, quas Rutilius [I. 2 et 10.] laudat, Cleochares etiam scripsit quod ad Artem rhetoricam pertineret, ut intelligere licet ex impedito corruptoque loco Photii Biblioth. Cod. CLXXVI. p. 394. *Κλεοχάρης δὲ ὁ Μυρλεανὸς, ὑπὲρ τῶν Ἰσοκρατικῶν ἁπάντων οἶμαι λέγων, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐν πρὸς τὸν Δημοσθένην συγκρίσει μὴ τὰ πόρρω αὐτοῖς παρασχεῖν, φησί· τοὺς μὲν Δημοσθενικοὺς λόγους τοῖς τῶν στρατιωτῶν ἐοικέναι μάλιστα σώμασι, τοὺς δὲ Ἰσοκρατικοὺς τοῖς τῶν ἀθλητῶν.* E quo Cleocharis dicto, nescio, an colorem duxerit Quinctilian. X. 1. p. 492. *dum in iis, de quibus erit quaestio, meminerimus non athletarum toros, sed militum lacertos esse.* Idem tamen dictum Photius Bibl. Cod. CCLXV. p. 1474. et Pseudo-Plutarchus de Vit. X. Orat. p. 845. C. non Cleochari tribuunt, sed Philippo Macedoni. Vulgata Rutilii lectione deceptus Fabricius Bibl. Gr. IV. p. 481. tanquam diversos oratores recenset Cleocharem et Clearchum.

Isidorus, Pergamenus, postremus aetate Oratorum Asianorum, quos Rutilius laudat. Hujus oratoris unus, quod sciam, Diogenes Laërt. VII. 34. mentionem facit: *ἀλλὰ καὶ Ἰσιδώρῳ τῷ Περγαμηνῷ ῥήτορι, ὃς καὶ ἐκτμηθῆναί φησιν ἐκ τῶν βιβλίων (Ζήνωνος) τὰ κακῶς λεγόμενα παρὰ τοῖς Στωϊκοῖς ὑπ' Ἀθηνοδώρου τοῦ Στωϊκοῦ κ.τ.λ.* ex quo aetas ejus colligi potest. Rutilii locus II. 16. si Menagio in promtu fuisset, *Isidorum* in *Apollodorum* non commutasset.

Daphnis, myron, et sosicrates, quos Rutilius laudat, et ipsi Asiatici Oratores fuisse videntur. Sed

cum nullam eorum mentionem apud alios invenerimus, nihil certi pronunciare licet *l)*. Daphnidis quidem oratio laudatur I. 15. p. 52. Myronis, I. 20. p. 66. et II. 1. p. 73. Sosicratis, oratoris, mentionem nusquam nisi I. 8. p. 30. et II. 13. invenimus. Quae priore loco ejus afferuntur verba, haec sunt: *Non enim alius quis est, cujus opera in has difficultates inciderimus: sed initio ad bellum suscipiendum nos primum impulit Philippus, deinde in ipso belli labore ac periculo deseruit nos Philippus, novissime nunc calamitati nostrae, proinde atque culpae, succensuit idem Philippus.* Tempus, quo vixerit, hoc fragmentum indicat. Quodsi nobis de ejus patria constaret, intelligeremus, qui sint, quos Philippus primum ad bellum suscipiendum impulerit, et mox destituerit. Certe Athenienses intelligere, nec res, nec historia sinunt.

Recensuimus Oratores vere hoc nomine dignos, nec ultra progredi constituimus. Nam quicunque post hos a Cicerone et aliis commemorantur Oratores Rhodii et Asiatici, non tam Oratores, quam Declamatores fuerunt. Itaque licebit illos ex hac Historia tollere, praesertim cum nec Gorgias noster ullam eorum rationem habuerit.

Sed tempus est, ut declaremus id, cujus caussa omnis haec disputatio instituta est. Quaerebatur autem, quid sit, quare Gorgias, decem Oratoribus Atticis, qui bene dicendi lex et norma habebantur, non contentus, aliorum etiam auctoritatem adhibendam existimarit? Antiquissimorum magistrorum in Rhetorica et Poëtica illustranda haec ratio fuit, ut per omnes Oratores et Poëtas vagati, quid in quoque rectum et pulcrum re-

---

l) Quae sequuntur, partim nostris, partim ipsis Ruhnkenii verbis ex Annot. ad Rutilii loca laudata supplevimus. *B.*

perissent, laudarent, et ad imitandum proponerent, quid in quoque vitiosum, reprehenderent, et ad imitationem trahendum negarent. Quae res non potest melius, quam Aristotelis exemplo, declarari. Is in dicendi praeceptis tradendis se non uni Demostheni, aut reliquis novem Oratoribus, quasi in servitutem addixit, sed ex Androcle, Aristophonte, Iphicrate, Cephisodoto, aliisque multis excellentissimum quodque libavit. Poëtices praeceptis illustrandis exempla quamvis multa suppeditare poterant Homerus, Pindarus, Aristophanes, Sophocles, in suo quisque genere principes. At ille Empedoclem, Melanippidem, Anaxandridem, Dicaeogenem, aliosque plures assumendos putavit. Quod quin recte fecerit, non potest dubitari. Nam, ut Cicero dicit de Invent. II. 2. *in studiis a multis eligere homines commodissimum quodque, quam sese uni alicui certo volunt addicere.* Sed haec ratio mutata est tempore Ptolemaeorum. Exorti enim sunt duo summo ingenio et singulari doctrina Critici, Aristarchus et Aristophanes Byzantius, qui, cum animadvertissent, ingentem scriptorum turbam plus obesse bonis literis, quam prodesse, suum judicium secuti, certum omnis generis scriptorum delectum haberent. Itaque ex magna *Oratorum* copia tanquam in canonem decem duntaxat retulerunt, Antiphontem, Andocidem, Lysiam, Isocratem, Isaeum, Aeschinem, Lycurgum, Demosthenem, Hyperidem, Dinarchum. Ex *Heroicis poëtis* recepti sunt Homerus, Hesiodus, Pisander, Panyasis, Antimachus: e *Jambo-*
[illegible]is, Archilochus, Simonides, Hipponax: ex *Ele-*
[illegible], Callinus, Mimnermus, Philetas, Callimachus:
[illegible]cis, Alcman, Alcaeus, Sappho, Stesichorus, Pin-
Bacchylides, Ibycus, Anacreon, Simonides: e
[illegible]is, Aeschylus, Sophocles, Euripides, Ion, Achaeus:
[illegible]siquae Comoediae scriptoribus, Epicharmus, Cra-

tinus, Eupolis, Aristophanes, Pherecrates, Plato; ex *mediae*, Antiphanes et Alexis; ex *novae*, Menander, Philippides, Diphilus, Philemon, Apollodorus. In *Historicorum* censura probati sunt Herodotus, Thucydides, Xenophon, Theopompus, Ephorus, Philistus, Anaximenes, Callisthenes, Clitarchus: in *Philosophorum*, Plato, Xenophon, Aeschines, Aristoteles, Theophrastus *m)*. Tragicorum duplex ordo fuit. Principes illi, quos modo enumeravimus, *τῆς πρώτης τάξεως* fuerunt: Philiscus Corcyraeus, cum sex aliis, quos recenset Scholiast. Hephaestion. p. 32. 93. *τῆς δευτέρας τάξεως*. Vid. Suid. v. *Φιλίσκος Κερκ.* Hunc Criticorum canonem, praeter Proclum Chrestomath. p. 340. seqq. et Grammaticum Bibl. Coisl. p. 597. secutus est Quinctilianus libro decimo, ubi classicorum, quos dicimus, scriptorum censum agit. Primum vero delectum ab Aristarcho et Aristophane institutum esse, ejusdem Quinctiliani testimonio confirmatur, X. 1. p. 496. *Apollonius in ordinem a Grammaticis datum non venit, quia Aristarchus atque Aristophanes, poëtarum judices, neminem sui temporis in numerum redegerunt.* Quo loco quaeri potest, quomodo Callimachus, Apollonii aequalis, in Elegiacorum ordinem venerit? Sed illum fortasse posteriores Critici in numerum redegerunt, sicut Tzetzes in vita Lycophronis, Apollonium in Pleiadem

---

m) *Philosophos*, incertum quo casu omissos, suum in locum restituimus ex Vita Ruhnken. p. 145. sq. ubi idem exstat Scriptorum census, ex Ruhnkeniano Indice, ut videtur, repetitus, cum perdocta Cl. Wyttenbachii Annotatione p. 286. indeque *Philistum* etiam et *Clitarchum*, quorum antea non erat facta mentio, inter Historicos retulimus. Quam in alieno opere licentiam, si tamen licentia est appellanda, quae manum ei emendatricem adhibet, ne ipsum quidem Ruhnkenium, si viveret, moleste laturum fore, certo confidimus. *B.*

Poëtarum varii generis relatum tradit. Mox p. 497. *ex tribus receptis Aristarchi judicio scriptoribus jamborum ad ἕξιν maxime pertinebit unus Archilochus.* Scriptores, quos Critici in talem canonem retulissent, proprie dicebantur *in ordinem venire*, *in ordinem redigi*, *in numerum redigi*, *recipi:* contra, quos repudiassent, *numero eximi.* Quinctilian. I. 4. p. 18. *quo quidem judicio ita severe usi sunt veteres Grammatici, ut — auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero.* Quem locum Wowerius Polymath. c. XVI. et alii, quos nominare non est necesse, sic acceperunt, quasi *in ordinem redigere* esset inter viles abjicere, *numero eximere*, ex inferiore loco in superiorem restituere. Quo quid potest dici perversius? Apud Graecos signatum hac in re verbum est ἐγκρίνεσθαι. Suidas v. Δείναρχος. ῥήτωρ τῶν μετὰ Δημοσθένους ἐγκριθέντων εἷς. Photius Cod. LXI. p. 64. Αἰσχίνην Φρύνιχος εἰς τοὺς ἀρίστους ἐγκρίνει. Cod. CCLXII. p. 1460. ὧν λόγων τοῖς γνησίοις τρεῖς καὶ τριάκοντα ἐγκρίνουσιν. Lex. Sangerman. MS. v. Αἱμορυγχία. Φρύνιχος μέντοι οὐκ ἐγκρίνει τὴν φωνήν. Sic Cl. Toupius Emendat. T. III. p. 98. in Suida v. Πυθέας corrigebat: οὐκ ἐνεκρίθη μετὰ τῶν λοιπῶν ῥητόρων. Sed nihil mutandum. Nam simplex ἐκρίθη eandem vim habet. Ipse Suidas v. Λυκοῦργος. τῶν μετὰ Δημοσθένους κριθέντων ῥητόρων. et v. Νικόστρατος. ἐτάχθη δὲ ἐν τοῖς κριθεῖσιν ἐπὶ δευτέροις δέκα ῥήτορσι et v. Ὑπερίδης. ῥήτωρ, τῶν πρώτων κεκριμένων δέκα εἷς. et v. Ἀλέξανδρος Αἰτ. ὡς καὶ τῶν ἑπτὰ Τραγικῶν ἕνα κριθῆναι. Contrarium est ἐκκρίνεσθαι. Diodor. Sicul. T. II. p. 552. ὃν (Μύσωνα) ἀντεισῆξαν εἰς τοὺς ἑπτὰ σοφοὺς, ἐκκρίναντες τὸν Περίανδρον. Vide Scaligerum ad Euseb. Graec. p. 419. et Kuhnium ad Diog. Laërt. VIII. 47. Haec autem Criticorum censura scriptoribus, quos diximus, tantum

auctoritatis conciliavit, prope ut soli vigerent, et hominum studia tenerent. Certe Grammatici, qui sibi religioni ducerent, de Aristarchi judicio dubitare, non nisi ab eo probatos, interpretandos duxerunt, et Rhetores tantum ex receptis decem Oratoribus, velut unis veris et legitimis, artem suam illustrarunt. Plus boni, an incommodi ex his Criticorum decretis profectum sit, in utramque partem disputari potest. Utile erat, multos libros vulgares hominum manibus excuti, et perfectissima quaeque exempla ad imitandum proponi. Verum, quid perfectissimum sit, judicare, quam anceps est et difficile! Nonne suspicari licet, alios ex hoc scriptorum choro fastidiosius exclusos esse, alios nimis indulgenter receptos? Cur, ut hoc utar, Dinarcho, quem ipsi veteres *hordeaceum Demosthenem* vocant, inter decem Oratores Atticos locus datus est, praeteritis Callistrato et Leodamante, quorum eloquentiam iidem laudibus in coelum ferunt? Quanquam video, Grammaticum Bibl. Coisl. I. c. novem tantum Oratores Atticos, omisso Dinarcho, recensere. Sed sit unus et alter, quem admitti oportebat, repudiatus: teneat primas, cui secundae tribuendae erant. Leve hoc malum prae altero, quod inde consecutum est, videri debet. Etenim scriptores illi, quos Critici numero exemissent, primum legi, et in manibus versari, mox describi desierunt, et tandem, ut fieri necesse erat, plane interciderunt. Quae diximus, exemplo, quo nullum reperiri potest clarius, illustremus. Narrat Photius Cod. CCLXII. p. 1461. Paulum Mysum multas pulcerrimasque Lysiae orationes, velut spurias, damnasse. Ad cujus Critici auctoritatem cum se multi, qui ipsi, quid verum esset, judicare non possent, temere contulissent, orationes illas obelo notatas desiisse describi, atque ita, magno eloquentiae detrimento, periisse. Veruntamen non de-

fuerunt, qui suis sensibus potius, quam decretis Criticorum, credere mallent, atque adeo saepe inter classicos scriptores referrent, quos ab illis praeteritos, vel rejectos scirent. Tales patroni uni ex Oratoribus, Aristogitoni obtigisse videntur. Nam Quintilianus XII. 10. p. 624. ubi principes illos Oratores nominat, hujus etiam mentionem interponit, et Hermogenes de Form. orat. I. p. 296. asperitatis exempla ab illo petenda dicit. Itaque ejus orationes diutius, quam aliorum, superfuerunt, quippe laudatae ab Harpocratione v. *Αὐτοκλείδης*, et v. *Θέρσανδρος*. Supra e Quinctiliano monuimus, Aristarchi judicio tres receptos esse jamborum scriptores, in his Archilochum. Qui sint alii duo, dubitat Gesnerus V. Cl. ad Quinctil. an hodie sciri possit. Nobis satis certum videtur, Simonidem et Hipponactem fuisse, quos cum Archilocho conjungunt Lucianus Pseudolog. p. 163. Proclus Chrestomath. p. 342. et Grammaticus Bibl. Coisl. p. 597. Sed ecce! Plinius, neglecto Aristarchi judicio, jambographorum principem ponit Herodem, IV. Ep. 3. *Ita certe sum affectus ipse, cum Graeca epigrammata tua, cum jambos proxime legerem. Quantum ibi humanitatis, venustatis! quam dulcia illa! quam antiqua! quam arguta! quam recta! Callimachum me, vel Herodem, vel si quid his melius, tenere credebam* n).

---

n) Interpretes multa ad hunc Plinii locum moliuntur, satisque ostendunt, se de Herode Jambographo ne fando quidem quicquam audivisse. Ex ejus Choliambis fragmenta supersunt apud Zenobium VI. 10. Stobaeum S. LXXI. p. 439. LXXVI. p. 453. XCVI. p. 530. CXVIII. p. 591. et Maximum T. II. p. 636. Nomen ejus abiit in notius *Herodoti* apud Etymolog. M. p. 411. 41. *Ζήτριον διὰ τοῦ ι συνεσταλμένον, καὶ παρὰ Ἡροδότῳ· Ἄγ' αὐτὸν εἰς τὸ ζήτριον. Ἔστι δὲ χωλιαμβικὸν τὸ μέτρον.* In mendoso *Ἡροδότῳ* haerebat

s, etiam Prolegom. in Lycophronem alios potius, Aristarchum, secutus, in jambis palmam defert ıe, Archilocho, Hipponacti. Eodem igitur modo ıs noluit alieni judicii necessitate adstringi, sed m sibi putavit, eos laudare Oratores, quos suomet ensu probasset. Ac nescio, an praesentiens, quid rum esset, Oratorum vulgo neglectorum ratione la cavere voluerit, ne in oblivionem hominum nt, et tandem penitus interirent. — Ao. LXVIII.

Wesselingius Diss. Herodot. p. 29. Idem Etymologi us induxisse videtur Scaligerum ad Varron. de L. L. VI. 149. ut Jamborum scriptorem *Herodotum* vocaret. Atheeus III. p. 86. B. laudat *Ἡρώνδαν ἐν Συνεργαζομέναις*. i Is. Casaubonus negat se alibi Herondam Comicum inıire. Verum non Comicus laudatur, sed, ut ex subjecto oliambo apparet, Jamborum scriptor, Herodes, qui panymica et Doribus propria forma *Ἡρώνδας* dicitur; quod ıe vidit Salmasius Exerc. Plinian. p. 111. Illam nominum mam illustrarunt Hemsterhusius ad Callimach. Fragm. 590. et Valckenarius ad Schol. in Euripid. Phoeniss. p. i. Denique Herodem Jambographum cum Herode Attico vissimo errore confundunt Interpretes Plinii, et Fabricius l. Gr. Vol. VIII. p. 710. *R.*